



ÆNEAS

ET

ZACHARIAS.

EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES,
INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHI,
VIA JACOB, 24.

ΑΙΝΕΙΑΣ ΚΑΙ ΖΑΧΑΡΙΑΣ.

ÆNEAS GAZÆUS

ET

ZACHARIAS MITYLENÆUS

DE IMMORTALITATE ANIMÆ ET MUNDI CONSUMMATIONE.

AD CODICES RECENSUIT

BARTHII TARINI DUCÆI

NOTAS ADDIDIT

JO. FR. BOISSONADE.

—

ACCEDIT ÆNEÆ INTERPRETATIO AB AMBROSIO CAMALD. FACTA.

IAM

PARISIIS,

APUD J. ALBERT. MERCKLEIN,

VIA DES BEAUX-ARTS, N° 11.

—

M DCCC XXXVI.


BIBLIOTHECA · BODLEIANA ·

EDITORIS MONITUM.

ÆNEAS Gazæus et Zacharias Mitylenæus, philosophi ac theologi viri qui sæculis post Christum natum quinto et sexto floruerunt aut floruisse videntur, magnam quidem ex argumentorum quæ tractaverunt nobilitate et exquisita orationis suæ conformatione commendationem habent; sed nec minimum illis pretium conciliat venalium exemplorum raritas, quæ ipsa satis una foret ut novus editor consilium eruditis lectoribus suum probaret. Tanta est enim, ut nuper vir doctissimus, qui in urbe literatissima et bibliothecis cum privatis tum publicis ditissima habitat, græca Zachariæ verba non potuerit legere; et ipse ego utrumque scriptorem editurus, et omnia undequaque mihi suscepti laboris subsidia anxie conquirens, idque Parisiis, Turicensem Æneam a Wolfio curatum et Zachariam a Genebrardo latine conversum mihi comparare non valuerim. Nullus igitur dubito quin rem philosophiæ ac literarum antiquarum studiosis hominibus perjucundam fecerim, qui

auctorum par et arte et ætate similium post duo ferme sæcula denuo excudi curaverim. Nam a Barthiana editione, quæ Lipsiæ a. 1655 prodiit, tamdiu neglecti jacuerunt. Eis quidem subvenire Wernsdorfius voluit, ac, navata Himerio et Philæ non adeo infeliciter opera, ad Æneam edendum strenue ac diligentissime se accinxerat; sed consilium successu caruit. Erudita tamen quæ scripserat prolegomena, lectionesque varias e codice Augustano quo uno usus erat excerptas, magno rei literariæ bono Miscellaneis Criticis inseruerunt Friedemannus ac Seebodeus, unde illa post meam præfatiunculam legenda descripsi, has suo quamque loco memoravi. De Ænea igitur Wernsdorfium qui mihi otium fecit consulat lector; videat etiam paucula de illo ac de Zacharia initio commentarii, ubi et de editionibus ac codicibus fuit abunde monitum. Ex notis Barthii plurimas omittere mens fuit Wernsdorfio, quod impense laudo; nam plurimæ prorsus sunt absonæ, et sæpicule egregius ille minutiarum collector sacculos effudit. Ipse tamen integras eas apposui, ad Æneam et Zachariam; ut et ad hunc etiam Tarini editoris principis ac Frontonis Ducæi integras animadversiones; et has quidem non longas, illas vero longissimas : neque ob id me reprehensum iri spero. Nam libelli Barthiani raritas summa, summa quæ homini doctissimo debetur reverentia, eam a me postulare videbantur diligentiam,

ne quæ fuissent resecata a lectoribus non paucis desiderarentur ac meæ sic ipse operæ nocerem. Et id me confirmabat insuper, quod nuper quoque repertus fuerit homo doctus qui ineditam Barthianorum Adversariorum partem promeret e tenebris, necnon redemtor qui in opus tam inexspectatum nummulis non parceret. Inde intelligere mihi videbar nondum frigere saltem apud ejus populares viri eruditi famam, et fore in Germania, cui nunc potissimum regioni tales libri placent, lectores quibus gratificarer. Quicquid sit, Wernsdorfium laudo quidem Barthianis falcem rubis immittentem; eum imitari non ausus sum.

Lectoris critici ac futuri editoris gratia descripsi et absoluto volumini addidi latinam Æneæ versionem, quam olim Ambrosius Camaldulensis vir doctissimus ad codicem instituit, ab Augustano quem Wolfius est sequutus et a Parisinis quos adhibui immane quantum discrepantem. Tam notabile discrimen me ad id impulit ut versionem totam Ambrosii typis denuo imprimi ab redemtore peterem, qui, quum diu hæsisset, tandem se persuaderi passus est. Quod si de ejus editione citius inter nos constitisset, non mihi fuissent Ambrosii verba in notis sæpius commemoranda, ad quæ lectorem securus potuissem amandare. Sed quis æquior rerum id genus æstimator ob paginas quæ spisso volumini accreverint paucissimas succensebit? Vel duo, vel nemo. Id-

circo nec valde me excusatum velim, quod ex Ambrosii Genuensi editione eaque rarissima nonnullas Bracellii viri literatissimi epistolas non resecuerim, quæ sunt eleganter scriptæ, et quibus historia literaria, etiam publica commode augeri poterit.

THEOPHILI WERNSDORFII

DISPUTATIO

DE ÆNEÆ GAZÆI EDITIONE ADORNANDA.

I. Æneam Gazæum, cujus elegantissimos libros hic edimus, ante omnia monemus, discernendum ab aliis ejusdem nominis viris esse; non solum ab Ænea Ptolemaidis in Phœnicia episcopo concilii Nicæni temporibus, atque ab Ænea Parisino præsule, sed maxime ab Ænea Gazæo altero, qui, pariter Gaza ortus, patriæ urbis sacris præfuit regnante Theodosio superiore, atque cathedræ successorem habuit S. Porphyrium a. cccxcv, uti ex Bollandi Actis sanct. a. d. 26 Febr. narrat Seb. Tillemontius Hist. eccl. t. 10, p. 3, p. 135; et Baronius t. 5, a. 398, § 97. Noster rhetor hoc cive suo vixit multo serius.

II. Res ad eum pertinentes attigerunt aut commemorarunt jam alii, quos lector, si vult, adire poterit: nempe Conr. Gesnerus in Bibl. p. 13; Rob. Bellarminus De script. eccl. p. 123; Aub. Miræus Auctar. de scriptt. eccl. c. 109, p. 202; Du Pin, Bibl. des auteurs eccl. t. 4, p. 280; Guil. Cave Hist. litt. script. eccl. sæc. 5, p. 297; Baron. Ann. 484, § 90; I. A. Fabric. Bibl. gr. t. 1, l. 2, 10, 29, p. 427, et in Syllabo script. de ver. rel. Chr. c. 2, § 27, p. 107; I. Brucker. Hist. phil. t. 3, p. 526; L. Moreri Dict. hist. p. 77; Morellius Bibl. Patr. t. 12, p. 617; Beat. Rhenanus Præf. ad Paulum Wol-

zium editioni Æneæ præmissa. Tamen a veterum scriptorum nullo, quod sciam, ipsum ejusque libros nominatim laudari miror. Quamquam igitur quid in vita egerit prorsus est obscurum, tamen de ætate ejus, indiciis ex ipso collectis, scriptores recentiores consentiunt. Jam B. Rhenanus *circa Zenonis et Anastasii tempora floruisse* docet, tamen dubitanter: eum sequuntur Wolfius, Morellius, Bellarminus et alii. Ad sæculi quinti finem rejiciunt Du Pin, Fabricius, Bruckerus: ad annum CDLXXXVII refert Caveus. Ex mentione persecutionis Vandalicæ illi omnes id colligunt: sed plura extant in ipso Ænea et fere luculentiora indicia, ut ætas ejus sit satis certa. Namque in Dial. § 25 [p. 14], laudat Syrianum ac Proclum philosophos, quos sæculo quinto exeunte vixisse constat; quamvis Cel. Reiskius Obs. ad Anthol. Ceph. 755, p. 244, multis contendit Proclum jam Libanii ac Leontii æqualem fuisse, sæculo quarto exeunte quintoque ineunte viventem. Ipsum vicissim Æneam laudat atque exscribit Zacharias Mitylenæus, quem sæculo sexto medio diem obiisse scimus, ut eo antiquiorem paullo Æneam fuisse pateat, inter ætates Procli et Zachariæ interjectum. Porro noster discipulum se Hieroclis Alexandrini perspicue profitetur in Dialogo § 1 [p. 1]; quem Hieroclem Bruck. Hist. phil. t. 2, p. 306, sub Theodosio juniore docuisse credit, ego ad Leonis Thracis aut Zenonis regnum referre mallem. Namque ex Damascio Suidas in Ἱεροκλῆς, atque ipse Damascius ap. Phot. p. 1037, Hieroclis discipulum Theosebium ita laudat, ut cognovisse eum ac propius perspexisse videatur; quod de Damascio, qui demum post Justinianum Imp. scripsit, credi non posset, nisi Hieroclis ætatem temporibus Zenonis et Anastasii æquare velis. Ante Justinum certe quidem Æneam scripsisse necesse est. Namque calamitosissimam Antiochiæ stragem quæ a. 526, septimo Justini, accidit, cum maxima urbs caputque Orientis terræ motu iterato et incendio deleta fuit, non solum nunquam memorat, sed etiam Ep. 17 ad Dionysium Antiochenum urbem illam adhuc florentem superbamque describit. Denique Æneas

Dial. § 209 [p. 75], mentionem facit vexationis orthodoxorum Vandalicæ seque ait ipsum conspexisse martyres illos, quibus linguæ a Vandalo tyranno exsectæ fuissent; quod a. 484 accidisse existimatur; atque ita quidem de eo facto loquitur, ut se, stante adhuc ac florente regno Vandalorum, scribere significet : Λιβύην κατέχει τυραννίς. Istud autem regnum anno 533 ab Justiniano per Belisarium scimus fuisse eversum. Unde regnante Anastasio Æneam scripsisse intelligitur. Eadem ætatis ratio confirmari potest cogitatione æqualium ejus, quorum quidem ætas satis cognita sit et ad quos epistolas misit. Duæ extant Æneæ Epp., 19 et 20, Gesio iatrosophistæ inscriptæ; quem Suidas v. Γέσιος, sub Zenone vixisse affirmat et quem Zacharias Mitylenæus [p. 98] discipulum fuisse ait Ammonii Hermiæ sub Anastasio potissimum clari. Alia Ep., 10, Zosimo Gazæo sophistæ inscribitur, quem Cedrenus ab Zenone vita privatum fuisse testatur. Adde huc, siquidem sequi placet Fabric. Bibl. gr. 2, 10, 29, t. 1, p. 427, quod Æneas cive suo, Procopio Gazæo, familiariter usus fuit eumque in Ep. 19 appellavit *suum*. Procopium hunc, egregium S. S. interpretem ac rhetorem, sub Anastasio aut Justino Thrace floruisse certum est, quandoquidem Choricius discipulus ejus, qui eum in funere laudavit, sub Justiniano, teste Photio cod. 160, p. 337, vixit. At, ut verum fatear, in ista Ep. alius quidam Procopius Elpidii filius innui videtur.

III. Patria hujus viri, quod cognomine ipso indicatur, Gaza fuit, illustris et copiosissima urbs Palæstinæ Tertiæ, de qua legere licet Strab. 14, p. 523; Steph. Byz. p. 256; Euseb. Onomast. loc. Script. p. 83; Cellarium Geogr. t. 2, l. 3, 13, p. 603. Multis tamen locis Syrum se nominat, credo, quod Phœnices Gazæ conditores eandem gentem quam Syros esse putabat. Juvenis Alexandriæ in Ægypto philosophiæ operam navavit, audivitque Hieroclem Platonicum, Aureorum Carminum interpretem, tum multitudine discipulorum et docendi dexteritate clarissimum; ejusque ductu ita profecit philosophiæ cognitione, ut, salva tamen religionis christianæ

et professione et puritate, vulgo *Platonicus* Æneas appelletur. Græcusne fuerit natus ac postea Christianus factus, quod a Miræo, Caveo ac Bruckero asseri video, an christianis parentibus fuerit editus, nescio quidem; tamen cum nuspiam eum legam a græcis sacris ad nostra defecisse, cumque his sæculi quinti temporibus adultorum hominum conversiones fuerint rariores, verisimile puto istam Cavei opinionem non alio fundamento, quam Platonici cognomine, niti. Scholas igitur Hieroclis, ut philosophiam disceret, non ut superstitionibus græcis imbueretur frequentavit, quod multi alii christiani juvenes faciebant. Ægyptiacæ commorationis injicit mentionem non solum in Dialogo, sed etiam in Epistola 15, ubi se ait παρὰ τὰς Νείλου ὄχθας ταῖς Μούσαις συμπαῖξαι. Neque tamen philosophandi amore, humanitatis reliquæ et eloquentiæ præcipue studia neglexisse existimandus est juvenis. Quamvis enim quo doctore ista perceperit ignoretur, tamen in eadem urbe alexandrina se declamandi exercitationibus interfuisse Ep. 15 indicat; et, quod maximum est, ipse hic ejus, omnis doctrinæ genere refertus, liber et stili græci summa elegantia compositæ epistolæ, itemque Sophistæ cognomen, eum et eruditissimum et facundissimum fuisse, manifestant. In Ep. 16, ad Serapionem, commemorat, se suum eloquentiæ amorem rhetori huic fassum esse ac probasse. Post ægyptiaca studia eum Cpoli aliquando peregrinatum fuisse, ex eo potest colligi, quod se suis oculis conspexisse testatur martyras illos Africanos linguis mutilatos, quorum plerosque Constantinopolin se recepisse ibidemque consenuisse scimus. Ad anachoretas etiam Palæstinos ac Syros excurrisse ait, dum in Dial. § 206 [p. 73], miraculorum ab illis perpetratorum spectatorem se fuisse narrat. Iterum postea Alexandriam venisse, et ibidem cum philosopho Atheniensi Theophrasto congressum de immortalitate animorum disputasse, fingi in hoc dialogo video, factum esse haud puto. Adultum potius et ex peregrinationibus reversum in patria sedem fixisse ibique aut philosophiam aut eloquentiam professum, cathedram urbis tenuisse

discipulosque erudivisse existimo, inter quos Epiphanius rhetor in epigrammate vetere [p. 156] et Ep. 12, et Theodorus Smyrnæus Ep. 18, et plures nobiles Ep. 9 nominantur. Scholam quidem ejus oratoriam memorari non semel video in Epp., ut 11, itemque 13; qua se ex institutione juvenum victum quærere profitetur : ἡμῖν ἀπὸ τῶν λόγων ὁ βίος. Ep. 14 scripta ad parentem est, cujus filium ipse erudiebat. Ep. 17 juvenem a se institutum Dionysio Antiocheno commendat; itemque Procopium suum discipulum Ep. 19 Gesio medico mittit Alexandriam. Discipuli autem quanto magistrum prosecuti amore fuerint, ex eo intelligitur quod absentes non scripta solum ejus, sed imagines quoque secum habere desideraverunt. Ep. 12 Æneas mittit trans mare Epiphanio flagitanti pictam imaginem suam; et Ep. 18 a discipulis suis inter Iones servari pictas sui vultus effigies gloriabundus narrat. Fortunis usus videtur non contemnendis, sive eas hæreditate paterna acceperit, sive operarum institutionumque mercedibus collegerit. Saltim Ep. 25 hortos suos memorat, quos antlia mechanica irrigaverit. Quando vita functus fuerit ignoratur; putaverim tamen sat provecta ætate eum obiisse, forsan jam imperante Justino Thrace, cum non solum Gesio usus fuerit medico jam Alexandriæ versante, qui tamen Zachariam Mitylenæum habuit æqualem, sed etiam viderit discipulos Epiphanium ac Theodorum Smyrnæum jam adultos et ipsos docendi muneribus claros.

IV. Scripta ejus non alia aut laudantur a veteribus aut extant, quam quæ nunc edimus (1). Memorantur quidem forsan ab ipso *declamationes* aut orationes, quas ipsum more reliquorum Sophistarum scripsisse et foras dedisse verisimillimum est. Namque Ep. 12 se λόγους suos ad Epiphanium misisse ait, et Ep. 18 suos λόγους in Ionia lectitari gloriatur. Extant vero, quantum scimus, declamationes ejus nullæ.

(1) Editurus erat Wernsdorfius cum Dialogo Epistolas.

Porro Suidas v. Αἴνικος librum de mangonibus ei adscribit: Ἔστι δὲ καὶ Αἴνειος σοφιστὴς, οὗτινος βιβλία αἱ Μετάβολοι. Equidem hunc scriptorem parum moror; Conr. Gesnerus tamen ei fidem habet. L. Kusterus tragicum Eunicum innui credit. Fabricius Bibl. gr. t. 1, p. 427 [=p. 690], legi postulat Αἴνικος. Narrat quoque Conr. Gesnerus p. 13, et Fabric. l. c., *in Italiæ bibliothecis et Augustæ Vindel.* extare Æneæ elenchum τῆς παρ' Ἕλλησι λογομαχίας. Sed qui id opus ab hoc Dialogo discernere cum Gesnero vellet, profecto erraret. Neque enim in indicibus Italicarum bibliothecarum neque in Ehingeriano ac Reiseriano Augustanæ catalogo, posthac divulgato, vestigium istius operis apparet: et præterea, cur Dialogus noster, id quod in fraudem induxit Gesnerum, ea inscriptione notatus fuerit, mihi jam apertum est, qui ipse caput alterum hujus Dialogi in codice Augustano sic inscriptum reperi et edidi: ἔλεγχος τῆς παρ' Ἕλλησι λογομαχίας [vide p. 157]. Relinquuntur duo ejus ingenii vera opera, Epistolæ et Dialogus.

V. Epistolas 25 ad varios primus Romæ a. 1499 in quarta Aldus Manutius, Marci Musuri opera, edidit in *Epistolis diversorum philosophorum, oratorum, rhetorum*, etc., ubi eædem sex folia cum dimidio explent, inde ab ω 3 ad A 1. Quam epistolarum collectionem, adjuncta interpretatione latina satis mala, quam Cujacio Icto tribuit, iterum vulgavit Pyrrhus Caldoræus Coloniæ Allobr. 1606. fol. V. Fabr. B. G. t. 1, p. 410 et 427 [=676 et 690]. Inde Ioh. Patusa in Encyclop. philol. Venet. 1710, 8, exscripta Æneæ Epistolas quinque repetiit, teste Fabr. B. G. t. 13, p. 458. Ego omnes eas ex Aldina et Genevensi editione descriptas nullis adjutus codicis ullius auxiliis, hic denuo edo; fideliter exhibens græcum textum, prout Aldus eum dederat, multa loca emendans ex conjectura, sed in annotationibus, interpretationem latinam adjiciens meam; denique difficiliora intellectu loca brevibus annotationibus illustrans. Scribit C. Barthius Advers. l. 3; 20, p. 147, jam ideo reprehensus a Fabricio: *ficta in iis Epistolis etiam nomina sunt, ut Zosimus hic* (in Ep. 8), *quia vitalis prin-*

ceps, quia revera optimus inter eos quibuscum navigarat, siquidem tales fuisse autumat Æneas. At vero ipsis hominum exemplis docuimus, si quando licuit, minime ficta esse eorum nomina, ad quos Æneas scribat. Ideo non magis, quam Tullii aut Plinii, Epistolas Æneæ putamus per otium et stili exercendi causa scriptas, sed ex numero epistolarum ad amicos scriptarum studiose selectas. Libanium, in epistolis regnantem, Æneas videtur imitari voluisse præ ceteris, ejusque argutam brevitatem ita assecutus est, ut, quantum perspicuitate superat, tantum æquet stili tersi et concinni acumine.

VI. Dialogi autem, qui a principe persona *Theophrastus* vocatur, codices supersunt in variis bibliothecis non pauci. Augustanus tamen cod. unus editiones omnes genuit. Ceteri nondum inspecti neque cum edd. collati sunt; quales commemorantur hi a Montf. Bibl. Mscr. : nempe tres Paris., Bibl. reg. p. 738, C, n. 3070, et p. 730, E, n. 2276, et Bibl. Caroli de Montchal p. 899, D. n. 50; unus Brit. Bodl. bibl. p. 652, D, n. 1050; atque unus Ven. Bibl. S. Marci p. 471, D, n. G, 36. Quo terrarum autem abierit ille codex, quem e Græcia allatum Ambrosius Camaldulensis interpretatus fuit, explorare non potui.

VII. Editus autem hic dialogus aliquoties est. Primum *Ambrosius Camaldulensis*, vir græce latineque doctus eximie, eum fecit latinum, eaque interpretatio non solum manu exarata in quibusdam Italiæ bibliothecis asservatur, sed etiam typis exscripta bis est. Primum quidem Ven. 1513, quod disco ex P. Bael. Lex. hist. cr., art. Camaldoli not. B, et ex I. P. Niceronis Vit. erudit. a Baumgart. germ. ed. P. 15, p. 9. Hæc tamen Ven. ed. rarissima nec Fabricio, nec Miræo, nec Morerio, nec Caveo, nec Morellio, neque ipsi C. Gesnero nota fuit: quin ipse B. Rhenanus cognitam non habuit, ita loquens in principio epistolæ ad Rev. P. Wolzium abbatem Hugonicæ Curiæ in valle Vogesina, ipsius editioni præmissæ, ut semet putet primum eam interpretationem edere : *Hunc Æneæ cujusdam dialogum*, inquit, *Michael ille Humelbergius meus ex*

urbe mihi misit, ut Frobenianis typis apud nos excuderetur. Ego quidem ut primum accepi, cursim transivi, etc. Altera ed. prodiit Bas. 1516, in quarta, studio B. Rhenani, una cum Athenagora et Sixti Pythagoræi sententiis. Du Pinius neutram earum memorat. Namque et posterior editio conspicitur raro, et, cum diu satis in instructissimis variarum urbium bibliothecis quæsita esset frustra, tandem e Seren. Guelferb. Ducis apparatu librorum benigne commodata mihi fuit. Hæc ambrosiana interpretatio, siquid judicare valeo, reliquas omnes plurimum vincit accuratione et perspicuitate et elegantia; sed plurimum discrepat a nostris græcis, quippe ex alio valdeque diverso codice expressa. Hoc jam observavit Jo. Wolfius, nempe *rerum pariter et verborum ordinem non eundem in translatione veteri servari, quem græcus liber suus habeat, et alicubi integra folia, alicubi multos versus, interdum quædam verba deesse.* Neque enim solum vocabula aut incisa singularia addit aut omittit Ambrosius, sed etiam totos sermones : quin etiam aliquo loco § 49 [p. 24], et § 158 [p. 58] mira transpositio paginarum integrarum facta est et proinde disputationis totius ingens confusio, quam ortam crediderim ex bibliopegi errore, qui vetusti codicis folia perperam collocaverat et confuse compactum librum transmiserat aut ad interpretem aut ad græcum librarium : neque enim ab ipso Ænea hæc justo ordini contraria collocatio proficisci potuit. Nos autem harum varietatum ac discrepantiarum quamlibet suo loco notavimus et quæ nostris græcis deerant, latina adscripsimus, ne quid nostræ editioni, quod in Ambrosiana extaret, deesset. Multis autem contendit Nicero, p. 3 præf., Ambrosianam Justiniano Veneto missam esse suppositam, cum in ea narretur iter quoddam græcum Ambrosii cum Philelfo susceptum, quod nunquam suscipi potuerit. At in ea ed., qua ego fui usus, nil tale legitur (1).

---

(1) Scilicet non viderat Wernsdorfius editionem Venetam, nec Genuen-

VIII. Post camaldulensem abbatem de Ænea præclare meritus fuit *Jo. Wolfius*, Tigurinus, qui primus græce edidit e cod. uno Aug., et Episcopii suasu novam interpretationem addidit. Codicem gr. Æneæ C. Gesnerus, *ex illa nobili Reip. August. bibl. sibi suppeditatum*, jam prægresso a. 1557, *Wolfio describendum concesserat*, ut hic ipse ait in Ep. ad Hier. Frobenium et Nic. Episcopium typographos Bas. cal. Febr. 1558 Tiguri exarata et ed. præfixa. Hæc græcolatina ed. inter *Theologorum quorundam orthodoxorum libr. gr. typis Andr. Gesneri* prodiit *Tiguri* 1559, fol. Interpretatio vero Wolfii separatim divulgata sæpius est, primum, ut refert C. Gesnerus in Bibl., Bas. per Episcopium: credo, *quod hæc celeberrima et optimorum librorum feracissima officina jam antea quoque editum* Æneam, nempe ab Ambrosio translatum, *quasi proprium possidebat*, ut Wolfius in laudata ep. loquitur. Tamen hancce editionem latinam neque ego vidi, neque Fabricius novit. Repetita autem Wolfii interpretatio est in Bibl. Patrum, nempe in Paris. Bignei t. 8, ac sec. ed. t. 9; in Colon. t. 5, p. 3; et in maxima seu Lugd. t. 8. Præterea tota Andr. Gesneri græcolatina Æneæ ed. bis recusa prostat, primum a *Frontone Ducæo* in Auct. græcol. Bibl. Paris. t. 2, p. 373, Par. 1624 fol.; iterum ab *Aeg. Morellio* in Bibl. Patr. Par. a. 1654, t. 12, fol. p. 617 sq. Hicce Jo. Wolfii labor est omnino magni faciendus, quippe cui primam lucem græcus Æneas debet: quamquam, ut verum fatear, neque græca descripta e codice neque exscripta typis accurate satis sunt, in fine etiam duo loca aliquot linearum omissa, [illegible]que inscriptiones capitum recisæ, emendandorum [illegible]ipturæ vitiorum nulla prorsus cura habita, quod cuivis [illegible]t lectiones castigatiores in hacce nostra ed. cum

[illegible]

sem [illegible] ad calcem voluminis repetitam, in cujus præfatione de Ambrosii peregrinatione Constantinopolitana disertissima sunt verba Aug. Justiniani. Vide infra p. 465.

lectt. Wolfianis comparanti. Interpretatio latina quidem et perspicua est, eoque Barthiana multo melior; sed passim nimium libera et græcis verbis copiosior ac paraphrasi similior, itemque sæpe falsa sive ob festinationem interpretis, sive ob difficultatem intelligendi, sive ex aliqua græcæ linguæ ac rerum maximeque historiarum ignorantia. Jam Morerius sic judicat : *cette traduction de Wolf n'est pas fidèle et a été mise dans la liste des livres censurés.* Morellius (1) : *Postea prodiit ex interpretatione Jo. Wolfii Tig. hæretici, cujus interpretationi parum fidendum* (2).

---

(1) Hæc verba non Morellii esse puto, quæ leguntur in Ducæana a. 1624, sed ipsius Ducæi. Vide infra p. 156, 1.

(2) Tales equidem judices parum curo, at ipsum Wolfium audiamus semet accusantem et excusantem in laudata ep. ad Frobenium et Episcopium. « Ac primum quidem græcum exemplar meum cum translatione veteri (ambrosiana) contuli, quæque deerant addidi : deinceps autem cum Basileam venissem, tuque, Episcopi, novam te traductionem meam, quam veterem interpolatam, malle, et mihi tunc dixisses et deinceps Tigurum reverso tuis ad me literis significasses, etiam in eo ipso, ut ne tibi roganti deessem, operam dedi; idque feci eo libentius, quod rerum pariter et verborum ordo non idem in translatione veteri servatus esset, quem gr. lib. meus haberet, quodque alicubi integra fo'ia, alicubi multi versus, interdum verba quædam deessent. Quam me rerum confusionem digerente desiderataque verba atque folia ad restaurandum et implendum ipsum opus adscribente, ne quis suam veteri interpreti conversionem vel temere mutatam, vel rebus ab ipso consulto prætermissis auctam vel etiam depravatam quereretur, vestro consilio factum est, ut sua illi salva manserit et ad meum græcum exemplar facta conversio nova habeatur. In qua profecto fateor me, et temporis angustia et negotiis subinde novis ingruentibus impeditum, non quantum volui quantumque fortassis animo magis vacuo et a negotiis liberiore potuissem, præstitisse; ausim tamen hoc vobis polliceri, hunc jam librum, si non elegantiorem et faciliorem, saltem pleniorem et perfectiorem factum. Nam de mea conversione nihil quicquam dicam, nisi me studuisse, ut bona fide græca redderem latinis eaque interdum etiam facerem planiora. Quod si consecutus sum, non dubium est, quin optimis quibusque gratissimum fecerim : sin aliquod seu

IX. Tandem denuo Æneam edidit *C. Barthius* una cum Zach. Mitylenæo, Lips. ap. Jo. Bauerum 1655, seu 1658, in quarta. Græca scriptura prorsus ex Tigurina A. Gesneri ed. est expressa sine auxilio cod. ullius aut ed. alius, præterquam Ambrosianæ interpr., ita tamen, ut aliqua operarum sphalmata, quæ Gesnerianam insederant, tollerentur, sed eorum loco alia longe plura et multo graviora inferrentur et multis locis integræ lineæ, ut p. 17, p. 25, 37, 73, in Barthii interpr. omnino positæ, in græcis omitterentur : et quamvis sphalmatum index ad calc. libri sat magnus conspiciatur, tamen vix sexta pars e tanto sphalmatum commissorum acervo notatus deprehenditur; ita ut ista Barthiana sit omnium vitiosissima editio. Ferri id posset, quamvis satis molestum, non Barthio tamen exprobrandum, nisi ipse, infelicissimas suas emendationum conjecturas pro lectionibus Wolfianis subjiciendo, tam audacter scripturam græcam corrupisset : quam licentiam detestatus, interdum severius castigavi. Raro quidem aut ab historia aut a contextu aut ab Ambrosiana interpretatione adjutus recte restituit scripturam veram, ut § 26 [n. 147], ἡ μυῖα, § 137, σκιᾶς, § 184 [n. 536], χαλκείῳ, § 200 [n. 563], ἀρμένιον, § 204 [n. 572], σπυρίδι, quibus ego castigationibus minime irascor. Sæpius autem frivole mutavit scripturam § 6, 125, 137, 104, 159, scriptoremque venustissimum contaminavit potius quam purgavit. Sed præter Barthium adhuc alius, nescio quis, in Æneam grassatus fuit, scripturam mutando contra Barthii sensum et conscientiam, semel quidem felicissime, § 126 [n. 418], ἐπίλειψις ponendo; alias ut

---

ignorantia seu oblivione peccatum sit commissum, equidem admonitus et libenter agnoscam et diligenter emendabo. Istum enim librum dignum existimo, qui et fideliter et eleganter convertatur. Quorum alterum ipse quidem studui, alterum autem ut neque a proposita re neque ab autoris verbis recederem longius, minus potui præstare. Spero tamen æquis et alienis ab invidia animis vel ipsa voluntate et studio satisfactum esse ». Hæc Wolfius ipse. (Wernsdorfii nota.)

audacissime sic illiteratissime, ut § 125 [n. 415], scribendo ἔχυρα, 126 [n. 421], τοσούτου, 152 [n. 471], ἐπικολάζεσθαι, 176 [n. 521], ἀφθιτός, 194 [n. 552], ἐξεπόνησε, etc. Is corruptor, haud scio, aliquisne Barthii discipulus fuerit, cui cura typorum commissa esset, an amicus aliquis. Præterea Barthius tribus aut pluribus locis annott. ait: *alii scribunt* τοῦτο, ut p. 274, p. 275; item, *emendatio aliorum est* hoc vel hoc, p. 296; item, *hæc scriptura fatua non est, si a libro aliquo est*. Quibus locutionibus vanus homo fucum lectoribus facit, quasi præter tigurinam editionem aliud quid scriptum vidisset, quum satis certum sit nihil eum vidisse. Id enim perspicue indicat ipse pp. 295, 296; 302: *opus erit*, inquit, *meliori exemplari, quam fuit Augustanum, ut hic et alii hujus auctoris loci constituantur: nam conjecturis solis postponent pauci, ut sunt hominum ingenia, lectionem editam*. Interim explorare nondum potuimus, quis ille *alius* sit, ad cujus var. lect. provocet ille. Id suspicor, habuisse eum ad manum exemplum aliquod tigurinæ editionis, ubi eruditus quispiam, pristinus libri possessor aut lector, forsan ipsi Barthio æque ac mihi ignotus, ad oram libri apposuerit conjecturales emendationes; quod factitare solent multi. In eas quum incidisset Barthius atque eædem e cod. aliquo an e conjectura natæ essent ipse nesciret, *ab aliis legi ita*, *suggeri aliam lectionem*, *scribere alios ita*, obscure ambigueque significavit. Quod vero ad interpr. lat. Barthii hujus attinet, quam ego pessimam omnium judico, apposita ea quidem græcæ scripturæ est, sed ita negligenter, ut lineæ paginæque græcæ interdum minus æquis passibus cum latinis procurrant. Ipsa interpr. horrida, sæpe barbara ac quam minime elegans et ita propter affectatas, obsoletas Plautinasque dictiones et ob imitationem Apuleii aliorumque citeriorum scriptorum passim sic obscura, ut nova interpr. lat. ad intelligendam Barthii interpr. opus esse videatur. Sed, quod maximum vitium est, eadem sic licenter scripta est, ut Barthii disputationem, non Æneæ, legas: quandoquidem adduntur multa et omittuntur alia, structuræ-

que periodorum confunduntur eoque sententiæ ipsæ immutantur, ut ad intelligendam græcam scripturam hæc interpr. nihil profecto adjumenti afferat. Taceo errores interpretis, quos Wolfianis aberrationibus nec pauciores nec leviores passim castigavi. Quare Barthius Æneam quidem *de integro latinum fecit*, quod jam in Advv. 59, p. 2794, promiserat, sed ut Wolfianam interpretationem servari potius præstitisset. Eidem editioni subjecit annotationes non paucas, bonas paucas, quibus aut græca verba emendare studet, qui tamen labor, si a tribus quatuorve locis discesseris, infelicissime cessit homini laborioso magis quam ingenioso, aut res ipsas ex antiquitate et historia explanare ac dilucidare conatur, quod non dubito quin efficere potuisset, si minus festinationis ac negligentiæ, plus laboris atque otii attulisset, homo tantæ lectionis et tam varia eruditione instructus. At multa magis ad ostentandam doctrinæ copiam pertinent, quam ut ea doctrina Æneas juvetur. Nos tamen, quæ bona attulit, grati interdum laudavimus, inutilia et mala cætera rejecimus. Eruditi tamen hucdum in Barthiana ista ed. acquieverunt, neque postea de meliore cogitatum a quoquam fuit.

X. Meretur tamen hicce scriptor πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, ut majus aliquod studium in eodem ornando et illustrando ponatur, quum tot gaudeat eximiis doctrinæ elegantiæque dotibus, tam feliciter et subtiliter gravissima chr. religionis placita defendat, totque commoditates lectoribus offerat. Si in laudando eo multus esse vellem, transcriberem insignia elogia, quibus ejus et pietatem et eruditionem cumulant viri eruditi, Bellarminus l. c.; Casaub. in Casaubonianis ab I. C. Wolfio ed. p. 17; Lipsius in Physiol. stoic. l. I, 18, p. 94; Jo. Pierius Valer. Hieroglyph. l. 26, 34, p. 268; Baltus (Défense des SS. Pères accusés de Platonisme, l. 3, 7, p. 304); Wolfius in præf. Æneæ præmissa, aliique multi. Unius adscribam tamen B. Rhenani verba : *Eruditio certe hominis et mysteriorum philosophiæ præsertim platonicæ neutiquam vulgaris cognitio, tum poeticarum fabularum passim intertexti flores illis fuisse*

temporibus vicinum arguunt. — Hoc libelli sumes in manum. Nam res continet theologi cognitione dignas, idque multo sanctius, quam scotistæ argutantur.

XI. Primum enim rerum divinarum totiusque religionis christianæ uberrimam cognitionem, quam jam discipulus ejus vet. epigr. gr. [p. 156] prædicavit, merito in eo suspicimus; maxime cum eum in argumento feliciter elaborasse videamus, in quo plerique christiani doctores offenderunt. Quis enim veterum de natura animorum eorumque origine cautius disputavit? quis errores platonicæ scholæ sapientius evitavit? Quare nostrum quilibet, mirabilium Justini, Clementis, Tatiani Methodiique et Origenis placitorum memor, prudentiam Æneæ exosculatur, quod, secus atque isti, animam omni corporea fece liberam et ex deo ortam per parentes neque ante mundum conditam seorsimque in cœlo versatam, sed cum corpore simul natam introducit. De geniis porro sacris ac dæmonibus, quos incorporeos et deo subjectos et ad ministeria obeunda destinatos credit, dubito an multi veterum æque sana disseruerint. Divinæ autem providentiæ sapientiam quis pleniore ore laudavit? quis occultissimas ejusdem vias in rebus humanis gubernandis et destinationes fortuitorum, ut existimantur, casuum decentius manifestavit? quis innocentiam dei in permittendis hominum peccatis sanctius asseruit? libertatem autem humanorum consiliorum et factorum quis fortius defendit? denique de æterna Filii generatione et processione Spir. S. neque Athanasius, neque Gregorius ὁ θεολόγος magis orthodoxe magisve subtiliter philosophatus fuit.

XII. Habet quidem pauca, quibus lector sapientior offendatur; ut quod nonnulla platonicorum scita cum christianis perperam confundit, ut rectissime jam observavit I. Bruck. Hist. phil. t. 3, p. 527; quod v. c. Spiritum S. describit veluti animam mundi platonicam; item quod naturam hominis non informat, qualis nunc est post depravationem ex Adamo natam, sed qualis ea divinitus data et condita fuerat, ut paululum πελαγιανίζειν videatur. Quæ omnia minime probo, tamen

studio philosophos græcos imitandi excuso. Non magis placet, quod ipse monasticam vitam impensius laudat, quod a reliquiis sanctorum corporum prodigia edi dæmonasque fugari existimat, quod valde credulus pro veris factis miracula anachoretarum commemorat. Sed ea temporum, non scriptoris, vitia esse arbitror. Vivebat enim ea ætate, qua nihil anteferebatur monachorum rebus, et qua vel sapientissimus vir summusque theologus Theodoretus in hist. religiosa ad communes errores abreptus desipere cogebatur. Quare, si fortuna in nostrum delatus fuisset ævum, recideret sibi nonnulla ipse cautiusque sentiret de multis. Illud etiam moleste fero, quod in Epp. profanas dictiones interdum usurpat et christiano indecoras, ut cum Ep. 5, jurat μὰ τοὺς θεούς· Ep. 7, ait σπονδὰς ποιησώμεθα θεῶν μὲν Ἑρμῇ, ἀνθρώπων δὲ Ἡροδότῳ· et Ep. 8, Φίλιον Δία nominat.

Cum ista vero rerum divinarum peritia incredibilem conjungit profanæ eruditionis copiam. Nulla historiarum veterum pars, sive vera sive fabularis, ignota ipsi fuit, ut sæpe eas reconditas res narret, quarum memoriam apud alios scriptores rariorem deprehendas. Historicos autem ac mythologos veteres quot legerit, intelligitur ex iis, quæ in tam parvo libello tanta copia ex Herodoto, Eudoxo, Pindaro, Thucydide, Apollodoro, aliisque nunc perditis scriptoribus recitantur. Homericas denique sententias ac dictiones quam scite quamque venuste passim usurpet, vides. Philosophiæ autem veteris quanta cognitio! sectarum enim cunctarum placita habuit percepta : Platonem Plotinumque devoraverat : platonicam autem seu alexandrinam disciplinam sic tenuit, ut Hieroclis discipulum facile agnoscas. Verumtamen , unde viri amor veri et judicii sagacitas maxime perspicitur, *omnes percurrens sectas nil tamen invenit melius, quam credere Christo.* Neque enim ex platonica schola majus quicquam accepit, quam facultatem contemnendi Platonem; et doctrina inde accepta non ad aliud quid usus est, quam ad refellendam eam doctrinam. Neque tamen idem passus est, quod supe-

rioribus christianorum doctoribus accidit, ut feliciores essent in destruendis græcorum decretis, quam in asserendis christianorum. Namque non minus fortiter et accurate stabilit ac corroborat christiana dogmata, quam confutat profana græcorum. Confutans autem, dictionès sententiasque Hieroclis sui ac Plotini plurimum usurpat, ut fere plagii literarii suspicionem incurrat. Quod tamen ipsum deliberato consilio ab eo fieri arbitror, ut, quorum scita convellit, eorum adhibeat verba; Plotini nempe, ubi platonica præcepta tollit, Origenis, ubi ab Origene de resurrectione dissentit: videlicet, partim ut ingenii dexteritatem ostendat, qua male dicta possit in bene dicta convertere, partim ut illorum utendo verbis, veluti exserto digito, quosnam adversarios pungat, demonstret, partim etiam ut veræ doctrinæ adversarios suis ipse jugulare gladiis videatur.

XIII. Quid denique dicam de stili græci totiusque elocutionis elegantia? quæ eo laudanda est magis, quo rariores inter christianos scriptores fuerunt, qui aliquantulum operæ in exornanda oratione posuissent. Est enim Basilio Cæsareensi, Gregorio Naz., Joanni Chrysostomo Theodoretoque æquiparandus, quos venustate stili scimus excelluisse, et nulli sophistarum inter græcos postponendus. Etenim scribit pure, perspicue et ornate; tamen, ut in dialogo, minime sublimis assurgit, sed nativum planumque dicendi genus sequitur, magis ut doceat quam commoveat, a fuco sophistico et sesquipedalium verborum nugis alienus, vulgaris structuræ periodorum tenax, juncturæ multum incuriosus, verborum parcus, nisi cum dilucidari oratio potest merismo, quo libenter utitur. Quod autem priores interpretes, Wolfius ac Barthius, a mente elegantissimi scriptoris toties aberrarunt, ipsorum magis culpa et negligentia philosophiæque veteris inscitia, quam scriptoris obscuritate, contigisse existimo. Insunt enim huic socratico dialogo cum aliis virtutibus etiam socraticæ veneres, humilis dulcisque elocutio et genus disputandi minime contentiosum ac pugnax, multus potius le-

pos et jocus magis facetus quam dicax, qualis est Æschinis ac Xenophontis.

XIV. Eo tamen mihi videtur violari τὸ πρέπον, quod Atheniensis ille πάνσοφος Theophrastus, qui dialogi initio omnibus suæ ætatis hominibus doctrina sapientiaque antestare perhibetur, progressu disputationis nil tanta dignum promissione præstat, potius brevissime dubitandi rationes enunciat, et, ubi Euxitheus eas evertit, statim veluti pedaneus senator assentit, aut velut ignavus pugil uno exanimatus adversarii ictu palmam tradit : contra Euxitheus, qui se discendi causa advenisse profitetur, doctorem docet idque uberrime et copiose, ut docendi causa dicere videatur. Qua in re utrum reddita personæ sint convenientia ubique, lector judicet : quamvis mihi, fateor, sæpius subnata suspicio est, ab Ænea ipso doctorem atticum uberius docentem fortiusque urgentem fuisse introductum, sed malos librarios improbo quodam impulsos zelo, sermones ejus in providentiam dei et doctrinam Christi injurios recidisse ac mutilasse et enervasse, ut horum potius culpa tanquam puer pugnet, qui tanquam veteranus gladiator sine missione pugnaturus exhibetur. Atque in hanc suspicionem adducor consideratis quibusdam locis ambrosianæ interpretationis, quæ a græcis nostris omnino absunt, ut § 114 [n. 391], quamvis ab Ænea vere scripta videntur et convenienter quidem Theophrasti personæ. Observavit etiam C. Barthius Advers. 3, 4, p. 113, istam Theophrasti inertiam, sed ironiæ tribuere eam maluit : *ironica autem Æneæ ejus*, inquit, *non pauca sunt, ut cum initio Theophrasti eum philosophum tantopere laudat, quem postea discipulum velut suum docet ea, quæ ipse se docturum jactaverat:* etc., etc.

ΑΙΝΕΙΟΥ

ΤΟΥ ΓΑΖΑΙΟΥ

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

ΑΙΝΕΙΟΥ

ΤΟΥ ΓΑΖΑΙΟΥ

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ *.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΙΓΥΠΤΟΣ, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣ. ΕΥΞΙΘΕΟΣ, ΣΥΡΟΣ.
ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ, ΑΘΗΝΑΙΟΣ **.

ΑΙΓΥΠΤΟΣ.

Ποῖ δὴ καὶ πόθεν, Εὐξίθεε (1);

ΕΥΞΙΘΕΟΣ.

Παρὰ τῶν Σύρων πρὸς Ἀθηναίους (2), ὦ Αἴγυπτε· σκαιὸς δέ τις ἄνεμος (3) τὴν ναῦν ἐκβιάζεται καὶ προκαταλύει τὸν πλοῦν. Καὶ ἰδού σοι πάρειμι, τὸν Νεῖλον, οὐ τὸν Ἰλισσὸν (4), τὴν δὲ Φάρον (5), οὐ τὸν Πειραιᾶ, θεώμενος.

ΑΙΓΥΠΤΟΣ.

Ἦ πολλὴν (6) χάριν οἶδα τῷ πνεύματι, ὅτι σε παρὰ φίλους καταίρειν (7) ἐκβιάζεται. Ἦ οὐ μέμνησαι τῆς τοῦ Ἱεροκλέους φιλοσοφίας, παρ' ᾧ φιλοσοφοῦντες ἐκ παιδὸς (8)

καὶ ἀλλήλων ἐρῶντες πολλοὺς ἀγείρει τοὺς ἐραστάς (9), ἐγὼ νῦν οὐκ οἶδα (10) τοσοῦτον ἀλγήσας, ὡς ὅτε παρ' ἡμῶν ἀπῇρας, πολλῆς σοφίας σαυτὸν γεμίσας, τῆς Συρίας (11). Καὶ συχνὸς μὲν ὁ χρόνος, οὔπω δὲ κατέλυσε τὸν ἔρωτα· ἀλλ' ὁμοίως ἀκμάζει ὥσπερ ἂν εἰ χθὲς ἀπῇρας (12)· καίτοι πολλῶν ἐτῶν οὐκ εἶδον οὐδὲ ᾤμην ὄψεσθαι· ἀλλά μοι τύχη τις συναγωνιζομένη τὴν ποθουμένην παρ' ἐλπίδα θηρεύει (13).

ΕΥΞΙΘΕΟΣ.

Νῦν τῇ τύχῃ συνήδομαι (14). Καὶ οὐκ ἄρα σκαιὸς ἦν ὁ ἄνεμος, ἀλλ' εὐχαρίς τε καὶ τῷ ἔρωτι φίλος, εἴγε τῷ ἐραστῇ παρατείνεται τὸν ἐρώμενον. Ἀλλ' εἰπέ μοι· ἔτι παρ' ὑμῖν (15) εἰσὶν οἱ τῆς φιλοσοφίας δεικνύντες τὰς τελετάς (16), οἷος ἦν Ἱεροκλῆς ὁ διδάσκαλος; ἔτι δὲ φοιτῶσι νέοι καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ, οἷος ἦν Πρωταγόρας ἐκεῖνος ὁ Λύκιος, ὁ ἐμὸς μὲν ἡλικιώτης (17), κάλλει δὲ καὶ εὐφυΐᾳ προήκων;

ΑΙΓΥΠΤΟΣ.

Πάλαι μὲν ἦν τὰ καλὰ, νῦν δὲ οἴχεται καὶ διαλέλυται (18). Ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἐθέλει μανθάνειν, εἰς τοὺς μαθητὰς ἐγγεγραμμένος (19)· ὁ δὲ διδάσκειν οὐκ οἶδε, τὸν μυσταγωγὸν ὑποκρινόμενος. Καὶ ὀρχήστρα μὲν εὐθηνεῖ καὶ ἱπποδρομία (20), φιλοσοφία δὲ καὶ τὰ μουσεῖα εἰς δεινὴν ἐρημίαν ἀφῖκται.

ΕΥΞΙΘΕΟΣ.

Ταῦτα καὶ αὐτὸς ὑποπτεύων, τὴν Αἴγυπτον παρα-

δραμὼν (21), τὰς Ἀθήνας ἐζήτουν (22), εἴ τίς που σοφὸς παρ' Ἀθηναίοις ὑπολείπεται (23). Βούλομαι γὰρ πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ ὃ τοῖς τε πάλαι καὶ τοῖς νῦν πολλὴν παρέχει τὴν ἀπορίαν (24), ὡς ἄλλοτε ἄλλα περὶ αὐτοῦ διαλέγεσθαι (25).

ΑΙΓΥΠΤΟΣ.

Ἔχεις, ὦ φιλότης (26), τὰς Ἀθήνας. Εἰ γὰρ μήτε τὴν Ἀκρόπολιν, μήτε τὰ Προπύλαια, μήτε τὰ νεώρια βούλει θεωρεῖν, ἀλλ' ἄνδρα σοφὸν, κατῆρεν ἡμῖν τὸ μέγα κλέος τῶν Ἀθηναίων (27) ὁ Θεόφραστος, καὶ τρίτην ἄγει ταύτην ἡμέραν (28). Ἀλλὰ παρ' αὐτὸν ἴωμεν (29)· παρ' ἐκείνου γὰρ μάθοις ἂν ὅ τι ζητεῖς, ἢ μάθοις ἂν ὡς οὐδὲ παρ' ἀνθρώπων (30) τοῦτο προσήκει ζητεῖν. Οὐ γάρ ἐστιν οὔτε παρ' Ἀθηναίοις, οὔτε παρ' ἄλλοις Θεοφράστου σοφωτέρῳ περιτυχεῖν (31).

ΕΥΞΙΘΕΟΣ.

Ἕρμαιον (32) λέγεις, εἰ παρὰ τὸν Νεῖλον (33) εὕροιμ' ἂν τὴν τῶν Ἀθηναίων φιλοσοφίαν, ὡς μήτε πελάγη μεγάλα διατέμνειν, καὶ ταῦτα μανθάνειν. Ἀλλ' ἴωμεν· ἤδη γάρ με Θεοφράστου πεποίηκας ἐραστήν.

ΑΙΓΥΠΤΟΣ.

Ἥκω σοι τὸν Εὐξίθεον ἄγων ἀντεραστὴν, ὦ Θεόφραστε· ἐρᾷ γὰρ καὶ αὐτὸς φιλοσοφίας.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

Ἦ μάλα μοι παλαιὸς φίλος (34) ὁ Εὐξίθεος, εἴ γε φιλοσοφίας ἐραστής. Καλὸν γὰρ καὶ σπάνιον τὸ χρῆμα, ἐπεὶ

καὶ παρ' Ἀθηναίοις, ἔνθα μάλιστα διεφάνη φιλοσοφία, παντελῶς ἐξελήλαται καὶ ἐς τὸ μηδὲν ἀπέῤῥιπται (35).

ΕΥΞΙΘΕΟΣ.

Μάτην ἄρα πρὸς Ἀθηναίους ἐκομιζόμην, εἰ μηδένα φῂς καταλιπεῖν ἀξιόχρεων (36) τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι. Οὐ μάτην δὲ προκατέλυσα τὸν πλοῦν, εἰ, κατά τι θεῖον, τὸν (37) φιλοσοφίᾳ προσήκοντα καὶ τῶν Ἀθηναίων τὸν κράτιστον παρὰ τὸν Νεῖλον εὑρίσκω. Ἀλλ' εἰπέ μοι (λέγει γὰρ ὁ Αἴγυπτος ὡς οὐκ ἔστιν ἄλλοθεν ἢ παρὰ σοῦ μανθάνειν)· ἔξεστιν ἐρωτᾷν ὅ τι καὶ βούλομαι;

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

Ἐρώτα δὴ, εἴπερ μοι βούλει χαρίζεσθαι· οὐδεὶς γάρ με πολλῶν ἐτῶν ἠρώτηκε καινὸν οὐδέν (38).

ΕΥΞΙΘΕΟΣ.

Εὐτυχοῦμεν, εἴ γε μανθάνειν ἔξεστι καὶ τῷ ἐκδιδάσκοντί τι χαρίζεσθαι (39).

Πότερον (40) ἐνταῦθα προβεβίωκεν (41) ἡ ψυχὴ καὶ πάλιν βιώσεται; ἢ, τὸν παρόντα βίον βεβιωκυῖα, τῶν τῇδε πραγμάτων ἀπηλλάγη (42);

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

Προβεβίωκε καὶ βιώσεται· τουτὶ γάρ με διδάσκειν ἐθέλουσιν οἱ πάλαι σοφοί (43).

ΕΥΞΙΘΕΟΣ.

Λέγεις ὡς πολλάκις ἡ αὐτὴ ψυχὴ κάτεισιν εἰς τόνδε τὸν βίον;

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

Λέγω μὲν οὖν (44), εἰ μή τι σοφώτερον λέγεις.

ΕΥΞΙΘΕΟΣ.

Ἥξει δὲ αὖθις ἑκοῦσα, ἢ ἐξ ἀνάγκης;

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

Ἐγώ σοι διανοίγειν, ὥσπερ ἐν ἱεροῖς (45), πειράσομαι τὰ τῶν παλαιῶν ἀπόῤῥητα. Ὁ μὲν γὰρ Ἡράκλειτος (46) διαδοχὴν ἀναγκαίαν τιθέμενος, ἄνω καὶ κάτω τῆς ψυχῆς τὴν πορείαν ἔφη γίγνεσθαι. Ἐπεὶ κάματος αὐτῇ τῷ δημιουργῷ συνέπεσθαι καὶ ἄνω μετὰ τοῦ θεοῦ τόδε τὸ πᾶν συμπεριπολεῖν καὶ ὑπ' ἐκείνῳ τετάχθαι καὶ ἄρχεσθαι, διὰ τοῦτο τῇ τοῦ ἠρεμεῖν ἐπιθυμίᾳ καὶ ἀρχῆς ἐλπίδι κάτω φησὶ τὴν ψυχὴν φέρεσθαι (47). Ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἐκφοβεῖ, νόμον εἶναι λέγων ταῖς ψυχαῖς ἁμαρτούσαις ἐνταῦθα πεσεῖν (48)· ὑπὸ δὲ σοφίας τὴν ἀεικίνητον καὶ αὐτοκίνητον ἐκεῖνος ψυχὴν εἰς φυτὸν ἐῤῥίζωσε. Λέγει γοῦν (εἰς καιρὸν γὰρ τοῦ ἔπους μέμνημαι)·

« Αὐτὰρ ἐγὼ γενόμην κούρη τε κόρος τε
« Θαμνός τ' οἰωνός τε· »

ὑποδεικνὺς (49) ἠρέμα ὃ καὶ Πυθαγόρας ἠνίττετο (50). Ὁ δέ γε Πλάτων ὁ ἡμέτερος πρόγονος (51) πολλά τε καὶ καλὰ ψυχῆς πέρι διαλέγεται περί τε τῆς πορείας, καὶ πολλαχῇ λέγων, οὐ ταυτὰ πανταχῇ λέγει (52). Ἀλλὰ νῦν μὲν ὁ ἐν Φαίδωνι Σωκράτης αὐτὸ τὸ αἰσθητὸν ἅπαν ἀτιμάσας καὶ τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς κοινωνίαν μεμψάμενος, ὡς δεσμῷ (53) τινι καὶ οἷον ἐν σήματι τῷ σώ-

ματι θαπτομένην τὴν ψυχὴν ὀλοφύρεται (54), καὶ τὸν ἐν ἀποῤῥήτοις λόγον ἀποθαυμάζει λέγοντα ὡς ἔν τινι φρουρᾷ, ἐπειδὴ ἀφικόμεθα, γεγόναμεν (55)· καὶ τόδε τὸ πᾶν Ἐμπεδοκλῆς μὲν ἄντρον πεποίηκεν (56)· ἐν Πολιτείᾳ δὲ Πλάτων μεταβάλλων σπήλαιον ὀνομάζει (57), ἀμέλει καὶ τῶν δεσμῶν λύσιν καὶ τοῦ σπηλαίου φυγὴν τὴν ἐντεῦθεν τῆς ψυχῆς ἔφη πορείαν (58). Ἄλλοτε δὲ ὁ τοῦ Φαίδρου Σωκράτης τὰς κατιούσας ψυχὰς τῶν πτερῶν ἐψιλωμένας φησὶ θεωρεῖν· τὴν γὰρ πτεροῤῥυήσασαν βαρύνεσθαι καὶ φέρεσθαι κάτω, ἕως ἂν στῇ σώματι προσπελάσασα· καὶ, ἐπειδὰν ὁ τῆς κάκης ἵππος βρίθῃ, ἄνω μένειν καὶ ἐποχεῖσθαι βεβαίως οὐ δύναται· καὶ αὕτη τῆς ἀφίξεως αἰτία (59)· καὶ περίοδοι πάλιν ἀνελθοῦσαν αὐτὴν αὖθις τῇδε φέρουσι, καὶ κρίσει καὶ δίκῃ καταπέμπουσιν· ἀλλὰ καὶ κλῆροι καὶ τύχαι καὶ ἀνάγκαι καθέλκουσιν (60). Οὕτω πανταχοῦ τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς κάθοδον μεμψάμενος, τὸν Τίμαιον συντιθεὶς, μεταβαλλόμενος τὴν ἄφιξιν ἐπαινεῖ (61), καὶ τόνδε τὸν κόσμον ἀποθαυμάζει, θεὸν εὐδαίμονα προσονομάζων καὶ τὴν ψυχὴν ἐνταῦθα φανεῖσαν ἀσπάζεται· παρ' ἀγαθοῦ γὰρ αὐτὴν δημιουργοῦ δεδόσθαι πείθεται καὶ τοὺς ἄλλους πείθειν παρασκευάζεται· ἔδει γὰρ ἔννουν εἶναι τόδε τὸ πᾶν (ἄνευ δὲ ψυχῆς οὐχ οἷόν τε ἦν γενέσθαι), ἀλλὰ καὶ τέλειον (62)· τοῦτο δὲ ἡ ἑκάστου ψυχὴ δίδωσι τῷ παντὶ, τὸ αἰσθητὸν ἐγείρουσα καὶ συνέχουσα καὶ κοσμοῦσα καὶ τάττουσα· ὥστε ἑκοῦσαν ἑκόντι τῷ δημιουργῷ διακονεῖν πρὸς τὸ μὴ ἀτελὲς διαμένειν τόδε τὸ καλὸν αὐτοῦ ποίημα· ἠβούλετο

γὰρ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ αὐτοῦ δεικνύναι ὅσαπερ ἐν τῷ νοητῷ προϋπάρχει (63). Ταῦτα μὲν ὁ πρόγονος (64)· ὁ δὲ τούτου μαθητὴς Ἀριστοτέλης οὐ ταῦτα, ἀλλ' ἐντελέχειαν ὀνοματοποιῶν εἶναι τὴν ψυχὴν, οἷον τῇ ὕλῃ τὸ τέλειον ἐπεισάγουσαν καὶ εἶδος οὖσαν οὐκ ἀθάνατον, ἀλλὰ τὸν θύραθεν νοῦν (οὕτω γὰρ ὀνομάζει) μόνον ἀθάνατον εἶναι, καὶ τὴν ψυχὴν ἔξωθεν· οὐ γὰρ οἴκοθεν ἔχει καθάπερ ἀκτῖνι τῷ νῷ τῇδε καταλάμπεσθαι (65).

ΕΥΞΙΘΕΟΣ.

Εὐδαίμων εἶ, ὦ Θεόφραστε, ὅτι, πολλῶν ὄντων καὶ ποικίλων τῶν πάλαι λεγομένων, οὐδέν σε διέλαθεν, ἀλλὰ πάντα διδάσκεις σαφῶς, ὡς αὐτὸς ἐξευρὼν, οὐ τὰ τῶν παλαιῶν διεξιών (66). Μνημονικὸς δὲ τοῦ Ἱππίου μᾶλλον ἐφάνης (67), καὶ οὐκ ἀμελέτητος (68). Ἀλλὰ τί δράσω (69) ἀμφίβολος ἔτι διαμένω, καὶ οὐκ ἔχω τίς γένωμαι (70), οὐκ εἰδὼς ὅτῳ χρὴ μᾶλλον συνέπεσθαι, πότερον Ἡρακλείτῳ, ᾧ δοκεῖ τῶν ἄνω πόνων τῆς ψυχῆς (71) ἀνάπαυλαν εἶναι τὴν εἰς τόνδε τὸν βίον φυγὴν, ἢ τῷ Ἐμπεδοκλεῖ (72), ὃς κατὰ τίσιν ὑπὲρ ὧν ἥμαρτεν ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν ἀπέῤῥιψεν, ἢ τῷ Πλάτωνι μᾶλλον, ὃς νῦν μὲν κατὰ τίσιν, νῦν δὲ πρὸς τὸ τέλεον εἶναι τόδε τὸ πᾶν (73), καὶ νῦν μὲν ἄκουσαν, νῦν δὲ ἑκοῦσαν, καὶ ἐνίοτε μὲν πρὸς βίαν, ἐνίοτε δὲ αὐτοκινήτως ὅπῃ βούλεται τὴν ψυχὴν φησὶν ἐκπέμπεσθαι (τὸν γὰρ Ἀριστοτέλην σιωπήσομαι, ὃς δι' ὑπερβολὴν σοφίας (74) τὴν τῆς ψυχῆς ἀθανασίαν ἀφείλετο)· τὰ ἀλλήλων ἕκαστοι κατα-

λύοντες καὶ τοῖς ἄλλοις καὶ αὐτοῖς τἀναντία φιλοσοφοῦντες (75).

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

Βούλονται μὲν οἱ ἐξ Ἀκαδημίας πείθειν ὡς διαφωνεῖ Πλάτων (76) αὐτὸς ἑαυτῷ, νοήματα καὶ ὀνόματα, ὡς ἂν ἐθέλωσι, μετατιθέντες, ὥσπερ οἱ τοὺς χρησμοὺς πρὸς τὴν ἑαυτῶν βούλησιν (77) ἑρμηνεύοντες· δοκοῦσι δέ μοι παντελῶς ἐκϐιάζεσθαι (78). Οὔτε γὰρ γέγονεν, οὔτ' ἂν γένοιτο μᾶλλον τοῦ Πλάτωνος ἱκανὸς ἑρμηνεῦσαι σαφῶς πᾶν ὅ τι ἂν ἐθέλῃ (79). Οἱ δὲ αἰσχυνόμενοι τὸ δοκεῖν διαφωνεῖν, ἑτέραν ἐξ ἀπολογίας αὐτῷ κατηγορίαν ἐφέλκονται· ἢ γὰρ ἀσαφὴς (86) διδάσκαλος ὁ φιλόσοφος, ἢ φθόνῳ τὴν διάνοιαν ἀποκρύπτει. Οὐδέτερον δὲ πέπονθεν ὁ Πλάτων· ἀλλὰ τοὺς τἀκείνου σοφιζομένους λέληθε τὴν τῶν Χαλδαίων καὶ Αἰγυπτίων (81) φιλοσοφίαν εἰσφέρων τῇ Ἑλλάδι καὶ τὰ Πυθαγόρου καὶ Ἡρακλείτου καὶ Ἐμπεδοκλέους ἐπιδεικνὺς (82), ὅθεν ἄλλοτε ἄλλων λόγων ἐστὶν, ὡς ἂν μηδὲν τῶν πανταχοῦ σοφῶς εὑρημένων διαλάθοι (83) τοὺς ἐν Ἀκαδημίᾳ φιλοσοφοῦντας· οἷον καὶ περὶ τῆς ὕλης (84) πῇ μὲν γεγενῆσθαι, πῇ δὲ ἀγένητον αὐτὴν ἀποφαίνει (85). Οἱ δὲ ὕστεροι τὸ γλαφυρὸν καὶ ποικίλον τῆς Πλάτωνος γνώσεως ἀγνοήσαντες καὶ ὀρεγόμενοι τοῦ πρῶτος ἕκαστος ἐπινοεῖν τι καινὸν, ἐν σφίσιν αὐτοῖς συνεταράχθησαν, καὶ, διασκεδασθέντες, οὔτε τῷ Πλάτωνι, οὔτε ἀλλήλοις συνέπονται.

ΕΥΞΙΘΕΟΣ.

Ἃ πολλάς μοι παρεῖχε τὰς ὠδῖνας, τίκτεις οὐκ ἀγεννῶς (86). Ἐγὼ δὲ πρὸς ταύτην ἰλιγγιάσας τὴν ἀπορίαν (87), πατρίδος καὶ φιλτάτων ἐπιλελησμένος (88), ἔπλεον Ἀθήναζε. Νῦν δέ σοι περιτυχὼν, καὶ τὴν ἐν σοὶ σοφίαν θαυμάζων, ἔτι μᾶλλον τεθαύμακα εἰ, ταῦτα καταμαθὼν, ἔτι Πυθαγόρᾳ καὶ Πλάτωνι, Χαλδαίοις τε καὶ Αἰγυπτίοις ἄνω κάτω συμπαραχθῇς, οἵγε (89) μὴ ταυτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγουσιν ἅπαντες, μηδὲ τὰ αὐτὰ ἕκαστοι. Ἀπειρίας δὲ τἀναντία λέγειν, οὐκ ἐπιστήμης· καὶ, ὡς ἔοικε, τούτου τοῦ δόγματος οὐ θεὸς ἦν ἡγεμών (ἢ γὰρ ἂν ταυτὸ πᾶσιν ἐδόκει), ἀλλ' ἀνθρωπίνη τις οἴησις (90) ἐν ᾗ πολλά τε καὶ ἐναντία ποικίλλεται.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

Οἶδα, ὦ 'γαθέ· ἀλλὰ καὶ Πλάτωνι συνδοκεῖ τοῖς αὐτοῦ πείθεσθαι, ἕως ἂν θειότερος ἄνθρωπος αὐτοῦ ἀναφανεὶς αὐτὸ τἀληθὲς ἐκδιδάσκῃ, ᾧ προσήκοι πάλιν συνέπεσθαι (91).

ΕΥΞΙΘΕΟΣ.

Ἦ καλῶς λέγεις. Ἀλλ' εἰπέ μοι, εἰ δή ποτε (92) διενοήθης καὶ τοῦτο· ἐμὲ γὰρ ἐκταράττει τῶν πάλαι φιλοσοφούντων ἡ ταραχή. Οἱ μὲν γὰρ εἰς ἀνθρώπους αὖθις, οἱ δὲ εἰς θηρία τὴν ψυχὴν ἀπέῤῥιψαν.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

Εἰ πάντα (93) εἰδείης, θαυμάσαις ἂν ὅση τῶν λεγόντων ἡ μάχη. Ἐγὼ γὰρ, κατ' ἐμαυτὸν στὰς (94)

« Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ (95) »,

οἷον ἐκ περιωπῆς (96), τῆς μάχης τὴν ποικιλίαν ἐθεώρουν· καὶ σοὶ ταύτην (φιλήκοος γὰρ εἶ (97) καὶ φιλομαθής) ἐθέλω συγγράφειν. Αἰγυπτίοις μὲν γὰρ δοκεῖ τὴν αὐτὴν ψυχὴν καὶ ἄνθρωπον καὶ βοῦν καὶ κύνα καὶ ὄρνεον καὶ ἰχθὺν μεταμπίσχεσθαι (98)· καὶ νῦν μὲν αὐτοῖς οἷόν τι θηρίον, μύρμηξ ἢ κάμηλος, τὴν γῆν νέμεται, νῦν δὲ εἰς ἰχθὺν ὀλισθήσασα (99), κῆτος ἢ ἀφύα (100) γενομένη, τὴν θάλατταν ἔδυ· αὖθις δὲ εἰς ὀρνέου φύσιν μετατιθεμένη, κολοιὸς ἢ ἀηδὼν ὀφθεῖσα, εἰς ἀέρα διέπτη, ἄλλοτε ἄλλο δεικνῦσα τῶν ζώων, ἕως ἄν, ἅπαντα διεξελθοῦσα, πάλιν ἀναδράμοι ὅθεν τὸ πρῶτον κατέβη (101).

ΑΙΓΥΠΤΟΣ.

Φεῦ τῆς τερατολογίας (102)! Εὐδαιμονοίην ἂν εἰ κάμηλος ἢ κῆτος ἢ κολοιὸς ἐγενόμην (103).

ΕΥΞΙΘΕΟΣ.

Σὺ μέν, Αἴγυπτε, καταγελᾷς· ἐγὼ δὲ τὸν Θεόφραστον ἐκπέπληγμαι, εἰ ταῦτα εἰδὼς ἔτι τοῖς Αἰγυπτίοις συμφύρεται (104).

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ.

Αὐτὸς ὁ Ἀπόλλων (105) καὶ ὁ τούτου παῖς (106) ὁ Πλάτων ὁμογνώμονες, ὦ Εὐξίθεε, τοῖς Αἰγυπτίοις γεγόνασιν· ὁ μὲν οὕτω πως (107) χρησμῳδῶν ὁ Ἀπόλλων καὶ κελεύων τοῖς τῶν Αἰγυπτίων εὑρήμασι (108) πανταχοῦ πείθεσθαι· ὁ δὲ δὴ Πλάτων, τὸν Τίμαιον ἐπιδεικνύς, τὰς τῶν ἀνδρῶν ἔφη ψυχὰς ἐν τῷδε τῷ βίῳ θηλυνομένας (109) εἰς γυναῖκας ἀναβιῶναι (110), κακίας δὲ ἐμπεπλησμένας

(21) D et Ba, περιδραμών. ABC, παραδραμών. Et Aug. παραδρ... « Sigla non intellecta », inquit Wernsd., « quæ est παρα, non περι, tametsi speciem τοῦ ε habeat ». Mendum frequens, ac sæpe condonandum, tanta est utriusque compendii plerumque similitudo. Eustathius Epist. 7, p. 314, 75 : ὁποῖόν τι καὶ ἡλίκον ταῖς καλάνδαις κατὰ τῶν ἄλλων ἡμερῶν τὸ ἐκνίκημα ὁ Σῦρος ἔχει περιστῆσαί σοι σοφιστής. Codex recte, παραστ. Ibid. p. 317, 1 : ἡ τῶν σχεδικῶν νεημάτων τύραννος ἀνάγκη τὴν παλαιὰν χρῆσιν βιασαμένη περινομεῖ. Reponas e codice παραν. Idem Epist. 48, p. 351, 93 : περὶ σοὶ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ὑπονοῶ. Codex, παρά σοι. Idem Epist. 39 : οὕτως διετέθην ὡς ἐὰν ἀπέθανεν ἐμοὶ (cod. ἐμός) γνήσιος συγγενής ... ὦ περιμυθία τοῦ καλοῦ μου κυρίου Ἰωάννου ... περιμυθοῦ δὲ καὶ τὴν ἐλεεινὴν ἐκείνου γυναῖκα τρόποις ἄλλοις τε καὶ διὰ τοῦ φαίνεσθαί σε μὴ πάντοτε κλαίοντα καὶ λυπούμενον· οὕτω γὰρ καὶ ἐκείνη περιμυθίαν τινὰ λήψεται. Codex, παραμυθία, παραμυθοῦ, παραμυθίαν. Philostratus V. A. 3, c. 1 : δένδρα δέ οἱ προσόμοια φύει περὶ τὰς ὄχθας. Est παρὰ in cod. optimo 1696. Ipse Wolfius in Ænea legisse videtur παραδραμὼν, qui verterit : « Ægypto præter-

ita ». Et sic Ambrosius legebat : « Ægypto obmissa ». Male Barthius : « Ægypto circumvecta ».

(22) Τὰς Ἀθήνας ἐζήτουν] « Sedem videlicet sapientiæ. Nam urbs hæc pro ipsa capitur sapientia. Martialis lib. 6, ep. 64 : *Sed tibi plus mentis, tibi cor limante Minerva Acrius, et tenues finxerunt pectus Athenæ*. Sic mox Noster : ἔχεις τὰς Ἀθήνας ». BA.

(23) D et Ba, παρὰ Ἀθ. ABC, παρ', et sic esse puto in Aug. Cf. mox v. 14, et p. 4, 1.

(24) Πολλὴν παρέχει τὴν ἀπορίαν] « Sane vero. In hoc enim negotio omnis sapientiæ cardo vertitur, omnis doctrina vera, et animam contingens edocensque, concurrit atque absolvitur ». BA.

(25) D et Ba, ἄλλα καὶ περί. ABC et Aug. sine καί. Copulam non vertit Ambrosius, nec verterunt qui eam habent.

(26) Ὦ φιλότης] « Frequens Græcis locutio : perfecte amans et amate, quasi ipsa sis dilectio. Sic hominem virtutibus instructum virtutem ipsam dicimus. Vide ad Mallium Claudiani [an ad v. 140 Belli Getici? ubi explicatur periphrasis « Virtus Scipiadæ » pro ipso Scipiade] ». BA. Adde Barth. n. 115, et mea ad Simoc. p. 180. Illam formulam habet quoque Zacharias non semel : pp. 86, 10; 139, 4; 144, 15. Dommerichium admiror, qui in Hermia Irris. § 18 ὦ φιλότῃ reliquerit mendum antiquum ac ridiculum, quum jam recte legeretur ὦ φιλότης in Maraniana.

(27) D et Ba, κλέος Ἀθηνῶν. Aug. κλέος τῶν Ἀθηνῶν. Sequor ABC. Ambrosius : « maxima Atheniensium gloria ».

(28) Καὶ τρίτην ἄγει ταύτην ἡμέραν] « Scribas ; καὶ τρίτην ἄγει ἐνταῦθα ἡμέραν. Etsi usus voculæ καὶ talis non insipidus ». BA. Favet conjecturæ Ambrosius : « tertiumque apud nos hunc agit diem ». Wolfius etiam : « et tertium hic jam agit diem ». Nihil tamen movendum. Nam quod præcessit pronomen ἡμῖν et in hoc altero membro vim exercet suam.

(29) Παρ' αὐτὸν ἴωμεν] « Artificiose sermonem abrumpit, velut gavisus bono amici capitis, tantum quantocyus doctorem visuri ». BA. Statim accessit γὰρ ex C; de quo jam monueram ad Simoc. p. 264, n. 2. Ambrosius : « is enim te vel quæ cupis edocebit » ; Inde invenisse γὰρ Ambrosium non statim sequitur, quum Barthius, qui conjunctione græca caret, latinam habeat : « nam aut hoc quod cupis edoceberis ».

(30) Οὐδὲ παρ' ἀνθρώπων] « Divinitati hominem admovet, ut solet omne genus sophistarum : vise singulas paginas Eunapii et aliorum ». BA. Plus in hoc loco videre sibi visus est Barthius, quam inest revera.

(31) D, σοφωτέροις. Ba, σοφωτέρους. « Melius scribes σοφώτερον. Et sic legisse vides [imo, video] veterem interpretem Ambrosium Camaldulensem ». BA. Ambrosius : « neque usque alibi Theophrasto sapientiorem cui congredi possis invenies ». Legerat Ambrosius σοφωτέρῳ, quod edidi ex ABC et Augustano. De correctione jam monueram ad Aristæn. p. 640.

(32) Ἕρμαιον] « A Mercurio objectum lucrum. Hesychius : ἕρμαιον, εὕρημα ἢ κέρδος. Suida : ἕρμαιον, τὸ ἀπροσδόκητον κέρδος. Infra Noster [p. 30, ubi n. 278] ». BA. Nemesius De nat. c. 33, p. 278 : ὁ θησαυρὸν ἀπροσδοκήτως εὑρὼν, ἑκουσίως μὲν ἑρμαίῳ περιέτυχεν, οὐ προαιρουμένως δέ. Philo Legat. § 43 : τούτοις ἕρμαιον ἦν ἡ φυγὴ καὶ ἰσότιμος καθόδῳ. Heliodorus 7, 20 : οὐχ ἅρπαγμα, οὐδὲ ἕρμαιον ἡγεῖται τὸ πρᾶγμα. Codex Ven. 409, ποιεῖται. Et est quidem solennis junctura verborum ἕρμαιον ποιεῖσθαι, cujus exempla exhibui ad Phil. Her. p. 654. Ipse Heliodorus 8, 20 : ἅρπαγμα τὸ ῥηθὲν ἐποιήσατο ἡ Ἀρσάκη. Quem cf. et 7, 11 ; 8, 9 ; 9, 17. De nomine ἕρμαιον adde interpretes ad Aristæn. 1, 19 ; Kneb. ad Theagem p. 35 ; Krabing. ad Syn. Calv. p. 219 ; Barth. infra ad Zachar. n. 364.

(33) Παρὰ τὸν Νεῖλον] « Græco fastu, quem subsannat simul. Gens enim fatue fastuosa barbaras omnes alias vocabat ». BA. Mox, pro εὕροιμ' ἂν, quod recepi ex ABC, D εὕροιμεν ἂν, Ba, ἔροιμεν ἄν. D et Ba, μεγάλα πελάγη. ABC meo ordine.

(34) Παλαιὸς φίλος] « Velut usu ipso probatus : adeo egregia et

omni exceptione superior res est (innuere vult jactator) nostra hæc sapientia». BA. Statim ὁ accessit ex ABC.

(35) Εἰς τὸ μηδὲν ἀπέῤῥιπται] «Locutio proverbialis, *in nihilum rejecta res*, omnibus fere linguis atque idiotismis familiaris». BA. Modo D et Ba, παντελῶς ἄγνωστος καὶ ἐς τ. Sequor ABC. Est in Aug. ἄγνωστος, et supra, γρ. ἐξελήλαται. Ambrosius habuit ἄγνωστος: «jam fere penitus ignota est et pro nihilo abjecta».

(36) D et Ba, φῄς ἀξιόχρεων καταλιπεῖν. AB, φὴς κατ. ἀξ. C, φὴς κ. ἀξ. Aug. ἀξ. κατ., sed, positis signis α β, librarius legi jussit, κατ. ἀξ. Maluerunt καταλείπεσθαι interpretes; saltem id verterunt. Bene habet καταλιπεῖν, subaudito σε: «si neminem ibi te reliquisse ais».

(37) D, εἰ κατὰ θεῖον, τόν. Wolf. vertit: «quando mihi, ceu deo ad philosophiam duce, præcipuum Atheniensium virum ad fluenta Nili reperio». Ba, εἰ Ἀξίθεον τὸν φιλ. Quam tamen lectionem non vertit: hæc enim apposuit latina: «numinis nos peculiaris quidam favor huc adegit, ut Atticorum præclarissimum sapientiæque divinæ virum hic apud Nilum offendam». Et in nota κατὰ θεῖον τὸν φιλοσοφίᾳ πρώτεύοντα male juncta male interpretatur: «divinum in modum, super mortales. Noverat fastum tumidorum nebulonum optimus scriptor; quem cum summa vanitate et ignorantia junctum toties irridet et incessit Lucianus». Significat κατά τι θεῖον, quod ex ABC recepi, «divino quodam munere». Ambrosius rectissime id intellexit. Infra p. 37, 25: κατὰ θεῖον, οὐ κατ' ἐλπίδα, διαφυγόντων. Bene ibi Barth.: «numinis ope, contra omnem spem». Ad sententiam conferam verba Æneæ p. 2, 7: ἀλλά μοι τύχη τις συναγωνιζομένη τὸν ποθούμενον παρ' ἐλπίδα θηρεύει. Legendus Heraldus ad Arnobium 3, p. 143.

(38) Καινὸν οὐδέν] «Omnia innuit, quæ sub quæstionem cadant, sibi esse solutione facilia. Καινὸν, ad quod stupere aut deliberare usus opusque fuerit». BA.

(39) Recepi τι ex ABC. In Aug., supra τῷ ἐκδιδάσκοντι, scriptum est τοῦ ἐκδιδάσκειν. Ambrosius: «felices plane sumus, qui eum virum nacti fuerimus, cujus cum doctrina benevolentia contendit, quique quos uberius docuerit, eos charius diligit». Aliud vel

agebat vel legebat aliud. — Obiter τι restituatur Luciano Tyrann. 20 : ἀνεβόησε τοῦτο. Codex 2956, ἀνεβόησέ τι τοῦτο. Velim ἀνεβόησέ τι τοιοῦτο. Dion. Chrys. Orat. 70, p. 374 : οὐ μὰ τὸν Δία, ἀστρονομίαν ἡγησαίμην ἂν ἔγωγε προσήκειν αὐτῷ, πολὺ δὲ μᾶλλον κυβείαν! Codex 3009 : ἀστρ. ἂν ἡγησαίμην ἔγ. πρ. αὐτῷ τι, π. δὲ μᾶλ. κ.

(40) D et Ba, πρότερον. ABC, πότερον, et sic fere Aug.

(41) Προβεβίωκεν] « Ante hanc suam vitam vixit ». BA.

(42) D, τῶν τῇ δὲ πρ. ABC et Ba cum Aug., τῶν τῇδε. Emendaveram ad Theoph. Simoc. Epist. 5, n. 6, ubi similia apposui. Prava distinctio parilium syllabarum vitiat Lucianum Tyrann. 10 : τίς ὁ ἐκεῖνα μὲν παύσας, τάδε παρεσχημένος; Bene codex 2956, τὰ δὲ παρ. Melius, puto, foret, τάδε δὲ παρ.

(43) Ambrosius : « ut est veterum opinio philosophorum ». Quod est liberius scriptum. Sensus est : « id enim me docere volunt prisci sapientes » ; scilicet id mihi persuadere, si possint, conantur; id se docere profitentur. E quo loquendi modo videtur Theophrastus non firmissimam inesse sibi persuasionem innuere. Wolfius Ambrosio quidem liberior est, sed intimam pervidit sententiam : « si quidem verum est quod sapientes prisci tradiderunt ».

(44) D et Ba, λέγω γὰρ μὲν οὖν. In Aug. est γὰρ deletum, puto. AB, λέγωμεν οὖν. C, λέγω μὲν οὖν. Mox D et Ba, ἥξει δὲ πάλιν. ABC, ἥ. δὲ αὖθις.

(45) Ὥσπερ ἐν ἱεροῖς] « Nam mysteria indicia erant arcanarum rerum. Res ipsas docebantur, hoc est quæ mysteriis indicabantur, qui initiabantur. Omnis illa arcanorum series theologiam complectebatur, qualis erat in cæcis hominibus diversa, et sæpe criminosis obscœnisque factis dictisque velabatur et constabat ». BA. Cf. n. 16.

(46) Ἡράκλειτος] « Opiniones et scita tenebrionum vide in Plutarchi Placitis, in Stobæi Physicis, Laertio, aliisve philosophorum eclectis et biographis. De Heracliti hoc scito Stobæus Eclog. Phys. cap. περὶ τῶν ἐνεργειῶν τῆς ψυχῆς [Eclog. 1, c. 52, p. 906]. Omissum

mox aliquid suspicamur». BA. Vide Heeren. ad Stob. l.; Davis. ad Maxim. Tyr. Diss. 41, 4; Goens. ad Porphyr. De antro p. 90. Exstat de Heraclito Schleiermacheri Commentatio, quam non novi, quam legant qui poterunt.

(47) D, Ἡρ. διαδοχὴν ἀν. τιθ. ἄνω κ. κ. τῆς ψ. τ. πορ. ἐ. γ. ἐπεὶ κάματος ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἄνω μοχθεῖν καὶ τοῖς θεοῖς συμπεριπολεῖν καὶ ἄρχεσθαι· διὰ ... κάτω φ. φέρεσθαι τὴν ψυχήν. Et sic Ba, nisi quod indiligens omiserit τῆς. Ambrosius etiam sic legerat, ut ex ejus versione patet. Ipse recepi codicum scripturam, quibus consentit Bulengerus hunc locum adponens Eclog. ad Arnob. p. 160. Sensus est : « quoniam ipsi labor est opificem comitari, et superne cum deo circa universum hocce circumagi, et sub illo poni et ejus imperio subjici, propterea ... ». In vulgata recensione verba ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς originem habent in Stobæi loco laud., quem describere integrum omnino est operæ pretium : Ἡράκλειτος ἀμοιβὰς ἀναγκαίας τίθεται ἐκ τῶν ἐναντίων, ὁδόν τε ἄνω καὶ κάτω τὰς ψυχὰς διαπορεύεσθαι ὑπείληφε, καὶ τὸ μὲν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένειν κάματον εἶναι, τὸ δὲ μεταβάλλειν φέρειν ἀνάπαυσιν. Præivit etiam Plotinus Ennead. 4, 8, 1, p. 468, quem legas omnino.

(48) De illa Empedoclis opinione, animas ad terram demitti ut pœnas ob delicta luant, Æneas iterum p. 7, 18. Vide omnino Sturz. Emped. p. 453, qui veterum locos congessit, inter quos hunc Plotini ibid. : Ἐμπεδοκλῆς τε εἰπὼν ἁμαρτανούσαις νόμον εἶναι ταῖς ψυχαῖς πεσεῖν ἐνταῦθα. Inde sua sumsit Æneas. Porphyrius De antro c. 10 refert ex Heraclito τέρψιν εἶναι αὐταῖς (animabus) τὴν εἰς τὴν γένεσιν πτῶσιν. Ibi Goens.

(49) D et Ba, ἐνταῦθα πεσεῖν· ὑποδεικνὺς, mediis omissis quibus Ambrosius etiam caruit; et quæ ex ABC inserui, suntque apud Bulengerum. Ba et C, τὴν αὐτοκίνητον καὶ ἀεικίνητον ἐκ. ψυχήν. Epitheta eodem ordine quo AB, posuit Hermes Stobæi Ecl. 1, 43, 4, p. 718, de anima : τυγχάνει οὖσα ἀεικίνητος κατ' οὐσίαν, καὶ κατὰ νόησιν αὐτοκίνητος. Dixit εἰς φυτὸν ῥιζῶσαι animam Empedoclem ob sequens γενόμην θαμνός. Ipsos Empedoclis versus tractavit erudite Sturz. p. 466 seqq. et 645. Prior, quem memoriter Æneas affert et imperfectum, etiam in codicibus vitiosus, qui habent κοῦρος τε, plenior est apud alios, scilicet : Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε. Cf. infra n. 99.

(50) Æneas iterum e Plotino profecit. Plotinus loco laud.: Ἐμπεδοκλῆς ... τοσοῦτον παρεγύμνου ὅσον καὶ Πυθαγόρας, οἶμαι, καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου ᾐνίττοντο περί τε τούτου, περί τε πολλῶν ἄλλων. ... Λείπεται δὲ ἡμῖν ὁ θεῖος Πλάτων, ὃς πολλά τε καὶ καλὰ περὶ ψυχῆς εἶπε. Quæ ultima proximis Æneæ verbis sunt similia.

(51) Πλάτων ὁ ἡμέτερος πρόγονος] « Noster rex, noster parens. Ut Romulum regem patrem populi dixit Ennius [Ann. 1, p. 38], qui improlis tamen fuit. *Majorem* nos maluimus, exemplo Senecæ alibi indicato [scilicet Barthius in versione latina scripsit: « major autem noster Plato ». Ita loquutum Senecam non reperio; sed Apulei sunt verba Floridorum initio: « major meus Socrates »]. Sic *filii*, discipuli sectarum quarum libet. Sed de stirpe ipsa Platonis originem jactare suam videtur iste Theophrastus [Cf. n. 64] ». BA. Ambrosius: « avus autem noster Plato ». Wolfius: « proavus ». Puto nunc πρόγονον de antiquo magistro capiendum. Marinus Procli πατέρα Syrianum et προπάτορα Plutarchum vocat, qui instituerant eum, non genuerant: vide ibi Fabric. p. 127. Apsines Eunapii p. 70: περὶ τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις ἀγωνιῶν ἐληλύθειν. Discipulos τέκνα vocat. Ibi Wyttenb. Plutarchus De adul. p. 63, D: ἐοικότα γε τέκνα φύεται γονεῦσιν ἐν φιλοσοφίᾳ. Psellus, Opusculis ineditis, p. 140 editionis futuræ, de discipulis: εἶτα ἐγὼ τοιούτους ὄντας καὶ περιειπόμην καὶ ἔσαινον, καὶ νῦν μὲν παῖδας, νῦν δὲ ἀδελφοὺς ἐπωνόμαζον. Rursus idem p. 144: οὓς ταῖς λογικαῖς ὠδῖσι φθάσας ἐγεννησάμην. Elegans est locus Joannis Hier. Vita Jo. Damasceni p. 239: φιλοῦσι γὰρ ὥσπερ οἱ πολλοὶ φυσικοὺς παῖδας τεκεῖν, ἐντεῦθεν τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν διαμένειν οἰόμενοι, οὕτω καὶ οἱ φιλοσοφίαν ἐκμελετήσαντες τέκνα τεκεῖν διὰ φιλοσοφίας τε καὶ μυήσεως ποθοῦσιν, ἵνα τὸ κατὰ φιλοσοφίαν γένος χρυσοῦν ἐν βίῳ μέχρι παντὸς διασώζηται. Vide et Elsner. Observ. t. 1, p. 59; Menard. ad Barn. p. 81; Wolf. ad Liban. Epist. 285.

(52) D, καλὰ περὶ ψυχῆς διαλ. περί τε τῆς πορείας πολλαχῇ λέγων, οὐ ταυτὰ πανταχοῦ λέγων. Ba, καλὰ ψυχῆς περιδιαλέγεται· περὶ δὲ τῆς πορ. πολλ. λέγων, οὐ ταῦτα πανταχοῦ λέγει. August., καλὰ ψ. πέρι διαλ., et in fine λέγων. Sequutus sum ABC. Barthius etiam ταυτὰ vertit, etsi ταῦτα scripserit. De reponendo ταυτὰ monui alicubi ad Pselli Opuscula, quæ sibi tradita, ut vulgaret, domi tenet captivaille ipse qui redemit. Animæ πορείαν quid sit ipse mox explicat auctor. Vide et Plotini locum infra n. 57. Plotinus ἄφιξιν dixit p. 469, 3:

περί τε ἀφίξεως αὐτῆς πολλαχῆ εἴρηκεν ... σὺ ταυτὸν λέγων πανταχῆ φαίνεται. Quæ verba respexit Æneas.

(53) Ba, μὲν ἐν Φ. Σ. αὐτῷ τό. D et Ba sine ὡς. Respicitur Platonis Phædo c. 6, ubi Wyttenbachius est legendus, qui multis locis multa cum doctrina est usus, non neglecto Ænea, sed quem e vitioso Barthii textu tantum noverat. Vide et Heind. ad Phæd. § 16.

(54) D, ἐν σώματι θαπτομένην τῷ σώματι. Ba, ἐν σήματι θ. τῷ σώματι. Ordinem alium nominum dederunt ABC, quibus consentit Bulengerus p. 161. Et favet alter Æneæ locus p. 44, 8 : ψυχὴν ... δεσμῶσιν εἰς σῆμα τὸ σῶμα πέμπουσι. — « In Cratylo [§ 37] : Socr. τὸ σῶμα λέγεις; Herm. Ναί. Socr. Πολλαχῆ μοι δοκεῖ τοῦτό γε, ἂν μὲν καὶ σμικρόν τις παρακλίνῃ καὶ πάνυ. Καὶ γάρ σῆμά τινές φασιν αὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι, etc. Phædonem laudat nomine Noster. Heracliti parem, si non et meliorem, sententiam vide apud Sextum Pyrrhon. lib. 3, c. 24 ». BA. Adde Heindorf. ad Platonis verba, τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα, Gorg. § 104; Anonymum (Helwichium) in Observ. Halens. t. 6, p. 236; Stallbaum. Prolegom. in Phileb. p. 25; Lobeck. Aglaoph. pp. 760, 795; et infra Barth. n. 387.

(55) Plato Phæd. § 6 : ὁ μὲν οὖν ἐν ἀποῤῥήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι, ... μέγας τίς μοι φαίνεται καὶ οὐ ῥᾴδιος διϊδεῖν. — Pro ἀποθαυμάζει, Barthius unus ἀποθαυματίζει. De Augustano tacet Wernsdorf. Verbum inauditum patientius tulit Wyttenbachius ad Phæd.

(56) D et Ba sine μὲν, quod est in ABC et Bulengero. Ad πεποίηκεν adscriptum est in margine codicis C, γρ. εἴρηκεν. Bulengerus habet quidem εἴρηκεν. Sed præstat valde editum πεποίηκεν, de poeta. Versibus scilicet dogmata inclusit Empedocles. Multi eum ejus verbi sensum illustraverunt, nuper Sinner. ad Symp. Plat. p. 82; Krabing. ad Syn. Calv. p. 228; Uster. ad Plut. Consol. p. 22. — Ἐμπεδοκλῆς ἄντρον] « Quum de vitæ retinaculo, non ipsa vita sermocinetur. Verba Empedoclis sunt : Ἠλύθομεν τόδ' ὑπ' ἄντρον ὑπόστεγον. Ita mundum vocat hunc, in quem animas demitti censebat. Vide Porphyrium De antro Nympharum Homerico [c. 8 et Anim. p. 96]. » BA. Multa huc facientia vide in Wyttenb. Opusc. t. 2,

p. 527; in Empedocle Sturz. p. 455; quæ inter Plotini hunc locum Enn. 4, 8, 1, p. 469, ab Ænea ferme descriptum : τὸ αἰσθητὸν πᾶν πανταχοῦ ἀτιμάσας (Plato) καὶ τὴν πρὸς τὸ σῶμα κοινωνίαν τῆς ψυχῆς μεμψάμενος, ἐν δεσμῷ τε εἶναι καὶ τετάφθαι ἐν αὐτῷ τὴν ψυχὴν λέγει, καὶ τὸν ἐν ἀποῤῥήτοις λεγόμενον λόγον μέγαν εἶναι, ὃς ἐν φρουρᾷ τὴν ψυχήν φησιν εἶναι. In usu verbi ἀτιμάζειν præibat ipsis Plato Phæd. § 59 : τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειάν ἀτιμάζων.

(57) Aug., μεταβάλλων, ut ceteri, sed cum superscripto aoristo μεταβαλών.—Ἐν Πολιτείᾳ ... σπήλαιον] « Initio libri septimi De republica. Atque eo perlecto superior emendatiuncula cadit : τὸ πᾶν enim vitam omnem denotat. Quare et asteriscum ei notandæ posuimus, ut sequi et omittere nobiscum qui velit, possit ». BA. Nescio quam dicat emendatiunculam, quem asteriscum. Intelligendum τόδε τὸ πᾶν de hocce universo mundo. Plotinus l. l. p. 469 : καὶ τὸ σπήλαιον αὐτῷ (Platoni) ὥσπερ Ἐμπεδοκλεῖ τὸ ἄντρον. Τόδε τὸ πᾶν, δοκῶ μοι, λέγουσιν ὅπου γε λύσιν τῶν δεσμῶν καὶ ἄνοδον ἐκ τοῦ σπηλαίου τῇ ψυχῇ φησὶν εἶναι τὴν πρὸς τὸ νοητὸν πορείαν. Loco Platonis usus est Porphyrius De antro c. 8, diserte : οἱ πυθαγόρειοι καὶ μετὰ τούτους Πλάτων ἄντρον καὶ σπήλαιον τὸν κόσμον ἀπεφήναντο. — Μεταβάλλων] « Fuit enim Empedocles ante Platonem. Hic natus Olympiade est 88; Empedocles obiit 83, aut 84. Et Empedoclis alia Platonem expressisse constat. Sextus Empiricus lib. 1, Contra mathem. [§ 303] : τοῖς ὁμοίοις τὰ ὅμοια γινώσκεται, ὅπερ, ἀπὸ Πυθαγόρου δοκοῦν κατεληλυθέναι, κεῖται μὲν καὶ παρὰ Πλάτωνι ἐν τῷ Τιμαίῳ · εἴρηται δὲ πολὺ πρότερον ὑπ' αὐτοῦ Ἐμπεδοκλέους · Γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ, Ἠέρι δ' ἠέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον, Στοργὴν δὲ στοργῇ, νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ. Qui scriptor sapientiam hujus viri pluresque versus enarrat quam quisquam fere aliorum. Sed μεταβάλλων sententiam mutasse Platonem indicat, velut mox μεμψάμενος, τὸν Τίμαιον συντιθείς, μεταβαλλόμενος, τὴν ἄφιξιν ἐπαινεῖ ». BA. Cf. n. 126, ubi μεταβαλόντες.

(58) D et Ba, ἐνταῦθα. Wyttenbach. ad Phæd. p. 136 legebat ἐντεῦθεν, quod dederunt ABC et Bulengerus p. 162. Locum Plotini, quem Æneas sequitur, vide in præcedente nota. Ceterum sunt in Bulengeri scriptura varietates non paucæ quas negligo; nam locum ad suum usum recitavit, non prorsus integrum.

(59) Ex Aug. notat Wernsd. τὴν γάρ τοι πτερ. D et Ba, προσπε-

λάσασα· καὶ αὕτη τῆς ἀφίξεως αἰτία. Quæ inserui media sumpsi ex ABC. Male προσπελάσασαν in C. Memorabilissimus est Platonis locus in Phædro § 55 : ἡ δὲ πτερορρυήσασα φέρεται, ἕως ἂν στερεοῦ τινος ἀντιλάβηται. Et § 57 : βρίθει γὰρ ὁ τῆς κάκης ἵππος μετέχων. Plotinus p. 469 : ἐν δὲ Φαίδρῳ πτερορρύησιν αἰτίαν τῆς ἐνταῦθα ἀφίξεως. Videndi Zacharias infra cum n. 507; Hansch. De enthusiasmo platonico 4, 16; Creuzer. Præp. ad Plotin. p. 37; Vallin. ad Boeth. p. 74. Basilius scholiis ineditis ad Gregorii Naz. Orationem 24, p. 425, B: τοῦ βίου τὸ πέρας λέγει κατάλυσιν, διότι, ὥσπερ ἐν καταλύματι μακρᾶς ὁδοῦ, ἕκαστος ἡμῶν τὸ τοῦ βίου πέρας τελέσας, οἷον διαναπαύεται τῶν συζυγέντων πώλων ἀπολυθέντων τῆς ψυχῆς.

(60) D et Ba, περίοδοι πάλιν ἀνελθοῦσαν αὐτὴν τῇ δὲ φέρουσιν. ABC, π. π. ἀν. α. αὖθις τῇδε φέρουσι. Et in codice Augustano etiam fuit ante τῇδε olim aliquid in margine notatum, nunc evanidum, ut legi nequeat. Plotinus p. 469 : καὶ περίοδοι αὐτὴν ἀνελθοῦσαν πάλιν φέρουσι τῇδε, καὶ κρίσεις δὲ καταπέμπουσιν ἄλλας ἐνταῦθα, καὶ κλῆροι καὶ τύχαι καὶ ἀνάγκαι.

(61) « Vitiata distinctio, et excidit vocula. Scribe : οὕτω πανταχοῦ τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς κάθοδον μεμψάμενος. Τὸν Τίμαιον δὲ συντιθεὶς, μεταβαλλόμενος τὴν ἄφιξιν ἐπαινεῖ. Recteque Ambrosius vertit ». BA. Barthiana scriptura locus non indiget, qui per se rectissime habet. Nec favet Barthio Ambrosius, qui vertit : « Ita quum omnibus in locis descensum animæ ad corpus detestatus esset, Timæum postea conscribens, mutata sententia, hujusmodi adventum laudat ». Plotinus p. 469 : καὶ ἐν τούτοις ἅπασι μεμψάμενος τὴν τῆς ψυχῆς ἄφιξιν πρὸς σῶμα, ἐν Τιμαίῳ περὶ τοῦδε τοῦ παντὸς λέγων, τόν τε κόσμον ἐπαινεῖ. De platonico animæ descensu usitatissimum nomen κάθοδον attigi ad Eunap. p. 263. Vide et Goens. ad Porphyr. p. 90; infra n. 101.

(62) D et Ba, παρ' ἀγ. γὰρ τοῦ δημιουργοῦ αὐτὴν δεδ. Ba, ἄνευ δὲ ψυχῆς εὖ τε, οἷον ἦν, γενέσθαι. ABC, γὰρ αὐτὴν δημ. Et sic voluit scribere librarius Aug. In AC e regione vocis ἔννουν scriptum est in margine γρ. ἔμπνουν. In C librarius scripsit tantum γρ. Plotinus p. 469 : καὶ θεὸν λέγει εὐδαίμονα, τήν τε ψυχὴν παρὰ ἀγαθοῦ τοῦ δημιουργοῦ πρὸς τὸ ἔννουν τόδε τὸ πᾶν εἶναι δεδόσθαι· ἐπειδὴ ἔννουν μὲν αὐτὸ ἔδει εἶναι, ἄνευ δὲ ψυχῆς οὐχ οἷόν τε εἶναι τοῦτο γενέσθαι.

(63) Pergit ibidem Plotinus : ἥ τε οὖν ψυχὴ ἡ τοῦ παντὸς τούτου χάριν εἰς αὐτὸ παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπέμφθη· ἥ τε ἑκάστου ἡμῶν, πρὸς τὸ τέλεον αὐτὸ εἶναι· ἐπειδὴ ἔδει ὅσον ἐν νοητῷ κόσμῳ τὰ αὐτὰ ταῦτα γένη ζώων καὶ ἐν τῷ αἰσθητῷ ὑπάρχειν. — D et Ba, ἐβούλετο. Est ἠβούλετο in ABC. Aug., πρὸς τῷ μὴ ἀτ... ἠβούλ. Nec semel infra id augmentum pro syllabico dabunt codices. Cf. infra n. 341, ut et n. 340 ad Zachariam. Ducas Hist. p. 7, D : προκαταστήσας... ἡγεμόνας ὡς αὐτὸς ἐβούλετο. Debuisset Bullialdus codicis scripturam ἠβ. exhibere. Plerumque augmento per η Ducas utitur. Est tamen p. 18, C, ἐβούλοντο etiam in codice. Heliodorus 1, 27 : ὅσους ἐδυνάμην. Codex Venetus 409 : ὅσους ἠδυν. Lucianus Tyrann. 10 : οὐκ ἐβουλήθην; Codex 2956 : οὐκ ἠβ. Ibid. 11 : ἐφόνευσα δι' ὃν ἐκεῖνος ζῆν οὐκ ἐδύνατο. Cod. οὐκιδύνατο, id est, οὐκ ἠδύνατο. Ibid. 12, editum ἐβούλετο ... ἧσσον γίγνεσθαι mutat codex in ἠβ... ἴσον γίνεσθαι, quæ fuit veterum editionum lectio. Sed totam sententiam, quæ non est nitida ac vexat interpretes, describam : οὐ γὰρ ἐβούλετο τοῦ πεπραγμένου ἧσσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδικίας. Nescio quid egerint recentes critici. Propono legendum : οὐ γὰρ ἠβούλετο τοῦ π. ἧσσον γ. τὸ τῆς διανοίας· videlicet, noluit legislator scelere patrato minus esse mente conceptum scelus. Ceterum sunt in illo Luciani libello loci alii in quo ἐβούλετο, ἐβουλόμην, ἐδύνατο non mutantur in codice, saltem in meis schedulis; estque res levidensior, cujus causa nolim, qui non sim editor, codicem denuo explorare.

(64) Ὁ πρόγονος] « Notavi [n. 51] stirpem Platonis jactare videri hunc sophistam. Eam opinionem confirmat absoluta ista appellatio ». BA. Est in Bibliotheca P., ταῦτα μὲν ὁ Πλάτων, teste Wernsdorfio, qui πρόγονος notavit ex Aug. Et πρόγονος in ABCD et Ba. Wolfius : « atque hæc quidem Plato ». Ambrosius : « hæc Plato noster ».

(65) Ὀνοματοποιῶν] « Notat vanitatis Aristotelem. Sed et alii Entelechiam hanc exsibilant. Vide pulcerrimum librum Nemesii capite secundo [p. 68]; quæ disputatio cum Æneæ nostri ista componenda erit. De Aristotelis autem super immortalitate animæ sententia magnopere nunc quoque interpretes disceptant. Et videtur ita scripsisse homo vaferrimus, ut certum quid scripsisse nollet; quod et postea fecit, sed aperte, de tota animæ natura

Galenus. Nemesius [c. 2, p. 86] : Γαληνὸς δὲ ἀποφαίνεται μὲν οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ διαμαρτύρεται ἐν τοῖς ἀποδεικτικοῖς λόγοις ὡς οὐδὲν εἴη περὶ ψυχῆς ἀποφηνάμενος. Quibus concurrit eorum sententia, qui animam incomprehensibilem statuerunt : de quo vide Sextum Pyrrhonicarum libro 2, cap. 5 [§ 31, p. 74] ». BA. — D et Ba, οὐ ταῦτ' ἀλλ' ἐντελέχειαν... εἶδος οὖσαν τῷ σώματι συνδιαλύεσθαι. Tum sequitur Euxithei responsum, εὐδαίμων. Quam lectionem vertit Ambrosius. Exhibeo scripturam codd. AB, cui consentit C, nisi quod τοῦτον pro οὕτω ferat. Bulengerus, Eclogis ad Arnob. p. 124, hanc sententiam e codice protulit, nonnulla, ut videtur, ipse pro libitu aut re sua immutans; habet τοῦτον. Apponit etiam opportune Aristotelem De gener. anim. l. c. 3 : λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι καὶ θεῖον εἶναι μόνον. Ad ipsum nomen ἐντελέχειαν satis mihi sit admovere locum Ciceronis Tusc. 1, 10 : « quintum genus (principiorum Aristoteles) adhibet vacans nomine, et sic ipsum animum ἐνδελέχειαν appellat novo nomine, quasi quamdam continuatam motionem et perennem ». Ibi Davis., qui et Æneam non neglexit; coll. Schotto Tull. Quæst. 4, 21; Pag. Gaudent. De phil. cc. 120, 121.

(66) Sic D et Ba, quod prætuli scripturæ codicum ABC, οὕτω τὰ τῶν π. Et Ambrosius οὐ legebat : « ut tua, non aliorum inventa prosequi puteris ».

(67) Μνημονικὸς δὲ τοῦ Ἱππίου μᾶλλον] D et Ba, μᾶλλον τοῦ Ἱπ. Meo ordine ABG et Aug. — « Non notarunt proverbium. Est autem non sine sale in hominem jactatorem sumtum a prisco apud Platonem in Hippia Majore [§ 12] : ΣΩ. Ναὶ μὰ Δία, ὦ Ἱππία, εὐτετύχηκάς γε ὅτι γε Λακεδαιμόνιοι οὐ χαίρουσιν ἄν τις αὐτοῖς ἀπὸ Σόλωνος τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἡμετέρους καταλέγῃ· εἰ δὲ μή, πράγματ' ἂν εἶχες ἐκμανθάνων. ΙΠ. Πόθεν, ὦ Σώκρατες; ἅπαξ ἀκούσας πεντήκοντα ὀνόματα, ἀπομνημονεύσω. ΣΩ. Ἀληθῆ λέγεις· ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐνενόησα ὅτι τὸ μνημονικὸν ἔχεις. Quod posterius comma interrogationis notula erigas [Scilicet : ἀληθῆ λέγεις;]. Socrates enim primum percontatur hominem an serio talia pronunciet. Μνημονικὸν autem *memorativum* non inepte latine traducas ». BA. Hunc locum excitat ex « elegantissimo Procopii Gazæi libro » Borremansius Var. Lect. c. 3, p. 17 (ob errorem circa Procopii nomen notatus Wolfio ad Casauboniana p. 224), et Barthium reprehendit proverbium notantem quod nullum est.

Et p. 69, 12, Euxitheus iterum Theophrastum, ob insignem memoriæ vim laudat : οὐ γὰρ ἐπιλέλησαι, μνημονικώτατος ὤν. Cf. Zachar. p. 132, 16.

(68) Οὐκ ἀμελέτητος] Memini primorum Platonis Symposii verborum : δοκῶ μοι περὶ ὧν πυνθάνεσθε νῦν οὐκ ἀμελέτητος εἶναι. Nuper e paucissimis libris adverbium νῦν recepit doctiss. editor, quod jungit cum ἀμελέτητος εἶναι. Sed eo positum est modo, ut potius ad πυνθάνεσθε referatur. Si dicere voluisset Plato, quod dixisse putat vir d., ipsi fere credo scribendum fuisse : νῦν δοκῶ μοι, δοκῶ μοι νῦν, δοκῶ μοι ... οὐ νῦν ἀμελέτητος εἶναι, οὐκ ἀμελ. νῦν εἶναι, οὐκ ἀμελ. εἶναι νῦν. Quæ sequuntur καὶ γὰρ ἐτύγχανον πρώην non probant esse *nunc* non imparatum qui loquitur, sed ad ea de quibus *nunc* interrogatur paratum esse ut respondeat. Si priori interrogationi tunc imparatus respondere non potuisset, id disertius nunc fuisset lectoribus significandum. Est etiam aliquid de sequentibus quod moneam. Τῶν οὖν, Plato ait, γνωρίμων τις ὄπισθεν κατιδών με, πόῤῥωθεν ἐκάλεσε, καὶ παίζων ἅμα τῇ κλήσει, Ὁ Φαληρεύς, ἔφη, οὗτος Ἀπολλόδωρος, οὐ περιμενεῖς; Quæritur quis jocus verbis insit. Alludi ad avem φαλαρίδα nuperum est inventum, quod dici potuisse ingeniosum equidem non invideo, miror magis. Nihil fere est difficilius hodie quam jocos tales circa verba intelligere; sed et periculum faciam num et ipse possim ingeniosum quid proferre. Scilicet opinor jocum esse in interrogandi formula, ὁ Φαληρεύς οὗτος! « heus tu homo a Phalero » ! Talis compellandi modus potuit tunc habere aliquid ludicri, qui nunc quoque haberet. Addam nomen ipsum Ἀπολλόδωρος non valde desideratum iri, si abforet.

(69) Τί δράσω] « Sed incertus sum quid concludam, cui sententiæ adjiciam calculum. Tacita dissidentium philosophorum nota, qui altercando veritatem amiserunt. In Aristotele quidem φιλονεικίαν notat Noster infra [p. 53, 14.]. Tertullianus generatim philosophiam ab his turbis concussionem veritatis appellat c. 3 libri De anima; et in Apologetico [c. 46, p. 382] *mimice* eos *veritatem affectare* dicit, eam studio gloriæ corrumpentes ». BA.

(70) Τίς γένωμαι] « Tanta pervicacia erat logodædalorum in sectis, ut humanitatem pene ipsam exuerent, quum in eas transirent, non tam homines videlicet, quam cynici, peripatetici, stoici, etc. ;

uti multis demonstrat Lucianus, omnibus comœdis et satiricis scriptor notandis vitiosis moribus sollertior ». BA. Plurima ex Luciano et aliis congessit Haverc. ad Tertull. l. l.

(71) « Ταῖς ψυχαῖς malint alii. » BA. Si quid mutandum, foret τῇ ψυχῇ facillima mutatio, ob solennem literarum ης ῃ permutationem. De Heracliti opinione supra nn. 46, 47.

(72) Ba, καὶ τῷ Ἐμπεδοκλεῖ. De Empedoclis opinione supra n. 48.

(73) Τέλεον εἶναι τόδε τὸ πᾶν] « Ne qua pars universi ἄθεος esset. Sic enim infra Axitheus noster hanc sententiam declarat [p. 44, 9]: τὴν δὲ ἀνθρωπίνην ψυχὴν τὴν γῆν διακοσμεῖν, ὡς μηδένα τόπον ἄθεον παρεωρᾶσθαι. Vide Timæum Περὶ παντός [c. 4, 1] ». BA. D et Ba, τέλειον. ABC, τέλεον. Timæus Locrus l. c.: μετὰ δὲ τὰν τῶ κόσμω σύστασιν, ζώων θνατῶν γέννασιν ἐμαχανάσατο, ἵν' ᾖ τέλεος.

(74) Accessit φησὶν ex C, quod Ambrosius habuisse videtur. Δι' ὑπερβολὴν σοφίας, ut p. 30, 9: δι' ὑπερβολὴν δικαιοσύνης. Cf. p. 56, 6. Nemesius c. 42, p. 333: τὸ θειότατον καὶ δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας ἀπιστότατον ἔργον τῆς προνοίας. Clemens Alex. Pæd. 3, c. 11, § 63: ἀπατῶσι τοὺς ἄνδρας διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς κόμης. Et § 79: τὴν Αἰνείου γυναῖκά φασι δι' ὑπερβολὴν σεμνότητος μηδὲ τῆς Τροίας ἁλισκομένης περιδεᾶ γενομένην ἀποκαλύψασθαι. Diodorus Sic. 1, c. 29; Philo De agric. § 35.

(75) Syntaxis est imperfecta, ut nonnihil periisse putem. Ba, διαλύοντες. D et Ba, ἑαυτοῖς. AB, αὐτοῖς. C, αὑτοῖς.

(76) D et Ba, ὡς οὐ διαφωνεῖ. ABC sine negatione, quam non vertit Ambrosius. Et abesse debere patet ex sequentibus, αἰσχυνόμενοι τὸ δοκεῖν διαφωνεῖν.

(77) Πρὸς τὴν ἑαυτῶν βούλησιν] « Sane versutia satis crassa deceptorum eo adigebat stultos, quum oracula ederentur, quæ ad suum quisque negotium posset deducere. Exemplum videas apud Apuleium libro 9, [p. 181], in his sortibus : *Ideo conjuncti terram proscindunt boves, Ut in futurum læta germinent sata.* Ea sententia ambigua erant oracula; ut quod trifurcifer Alexander dedit Marco

in Quados moventi : leonibus in Danubium projectis, vel ipsi vel hostibus obventuram victoriam. Quod, et alia ad totum hoc genus spectantia, vide in Luciani Pseudomante [c. 48] » BA.

(78) Notat Wernsdorf. e Bibl. PP. ὑβριάζεσθαι; ex Aug. ἐκβιάζεσθαι. Hoc est in ABCD et Ba.

(79) Ἑρμηνεῦσαι σαφῶς πᾶν ὅ τι ἂν ἐθέλῃ] Accessit ἂν ex ABC et Aug. — « Platonici styli laudat perspicuitatem. Pertinet huc prorsus quod in omnibus bono oratori necessariis eum excelluisse scribit Quintilianus, lib. 1, c. 20. Qui tamen abhinc paullum recedit, velut divino instinctu loquentem faciens, lib. 10, c. 1 : *philosophorum, ex quibus se plurimum traxisse eloquentiæ M. Tullius confitetur, quis dubitet Platonem esse præcipuum, sive acumine disserendi, sive eloquendi facultate divina quadam et Homerica? multum enim supra prosam orationem et quam pedestrem Græci vocant surgit, ut mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus.* Quæ verba ideo lubens adscripsi, quod non inepte videam mutata in scripto exemplari, sive ista potius exinde corrupta. Scribunt membranæ, *sed quodam deifico;* ut non ad unum oraculum istud alliget suum semideum rhetor. De luciditate autem Platonis vide Dionysium Halicarnassæum de reprehenso ejus stylo ad Cn. Pompeium scribentem [§ 2] ». BA. Burmannus ad Quintil. p. 903 confutavit absurdum Barthii de lectione *deifico oraculo* commentum. Sunt et in meis ad Eunap. p. 286, ad Simocatt. p. 266, notis exempla similia. Plutarchus De adul. c. 14 : εἶτ' ἀκούσας ὅ τι ἂν εἴπῃ, χρησμὸν εἰληφέναι φήσας, εὖ γνώμην, ἄπεισιν. T. Livius 34, 50 : « fremitus adprobantium dicta fuit, monentiumque « aliorum alios ut eas voces, *velut oraculo missas*, in pectora ani« mosque demitterent ». Sed talia nunc nihil ad rem.

(80) Ἀσαφής] « Sane studio talis est, si est, ne divinæ res populo vilescerent. Quo sensu etiam abs se obscure scriptos commentarios Dianæ templo commendasse ferunt Heraclitum [vid. Diog. Laert. 9, 6, ubi Menag.]. Sane exigendorum scriptorum Platoni tempus non defuit. Octoginta enim Dialogis ejus annos aiunt impensos. Dionysius idem De compositione [c. 25, p. 406] : *Isocrates Orationem Panegyricam, quemadmodum scriptores asserunt, qui illi*

brevissimum tempus assignant, decem annis composuit; Plato vero Dialogos comens et calamistris inurens ac veluti coronis incingens, octoginta ipsis annis elaboravit. Qui numerus mihi tamen uno vicennio abundare videtur, nisi tricennium ipsum verius dixeris ». BA. Falsus est interpretationis Barthius. Verba ipsa Dionysii eum satis refellunt : ὁ δὲ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ διαλόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκων οὐ διέλιπεν ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη. Plato annum natus octogesimum Dialogos comens non intermittebat; sed non eos per octoginta annorum decursum comserat et ornaverat.

(81) Τῶν Χαλδαίων καὶ Αἰγυπτίων] « Inde illa cum Sacris Litteris congruentia. Apud has enim gentes Mosaïcæ et Abrahamicæ sapientiæ erant reliquiæ. Lactantius lib. 4, c. 2 : *soleo mirari quod, quum Pythagoras et postea Plato, amore indagandæ veritatis incensi, ad Ægyptios et Magos et Persas usque penetrassent, ut earum gentium ritus et sacra cognoscerent (suspicabantur enim sapientiam in religione versari), ad Judæos tamen non accesserint.* Platonici autem libri quid minus Sacris Litteris habeant vide apud B. Augustinum lib. 7 Confessionum c. 20, 21, etc. Multi Patrum Græci et Latini de hoc ». BA. Pausanias 4, 32, 4 : Χαλδαίους καὶ Ἰνδῶν τοὺς μάγους πρώτους οἶδα εἰπόντας ὡς ἀθάνατός ἐστιν ἀνθρώπου ψυχή· καί σφισι [καὶ Ἑλλήνων ἄλλοι τε ἐπείσθησαν καὶ οὐχ ἥκιστα Πλάτων. Vide Buleng. Eclog. ad Arnob. p. 380. Ægyptios auctores esse dogmatis de animarum immortalitate earumque in varia corpora migratione tradit Herodotus, 2, 123. Clemens Alex. Strom. 6, § 27 : παρὰ Πυθαγόρου δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι Πλάτων ἔσπακεν, οἱ δὲ παρ' Αἰγυπτίων. Vide Zachariam infra p. 102, 18; Davis. ad Tuscul. 1, 16; Wyttenb. Opusc. t. 2, p. 522; Warren. ad Hierocl. p. 245, ubi et insunt quæ utiliter admoveantur confutationi quam mox instituet Euxitheus.

(82) Ἐπιδεικνύς] « *Reserans.* Sæpius ita utitur hoc verbo; ut postea [p. 10] : ὁ δὲ δὴ Πλάτων τὸν Τίμαιον ἐπιδεικνὺς τὰς τῶν ἀνδρῶν ἔφη ψυχὰς ἀναβιῶναι ». BA.

(83) Ba, ἄλλοθεν ἄλλων. ABC, διαλάθῃ. D et Ba, διαλάθοι. Permutantur passim η et οι. Sed ὡς ἂν διαλάθοι potui relinquere; nam

sæpius Æneas optativo utitur : p. 14, ὡς ἂν πάθοι, ὡς ἂν ὑβρίζοιτο : p. 16, ὡς ἂν εἰσδύνοι : p. 29, ὡς ἂν συνταχθείη : p. 32, ὡς ἂν μὴ συνταράττοιτο, ὡς ἂν μάθοιμεν : p. 64, 4.

(84) Περὶ τῆς ὕλης] « De materia, sive, ut Chalcidius amat appellare [p. 379, ubi Fabric.], sylva, diversas Platonis sententias notat reperiri. Laertius [3, 69] : δύο δὲ ὁ Πλάτων τῶν πάντων ἀπέφηνεν ἀρχάς, θεὸν καὶ ὕλην, ὃν καὶ νοῦν προσαγορεύει καὶ αἴτιον· εἶναι δὲ τὴν ὕλην ἀσχημάτιστον καὶ ἄπειρον, ἐξ ἧς γίνεσθαι τὰ συγκρίματα. Ἀτάκτως δέ ποτε αὐτὴν κινουμένην ὑπὸ τοῦ θεοῦ φησὶν εἰς ἕνα συναχθῆναι τόπον, τάξιν ἀταξίας κρείττονα ἡγησαμένου· τραπέσθαι δὲ τὴν οὐσίαν ταύτην εἰς τέτταρα στοιχεῖα, πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν. Quæ doctrina manifesto infert ante dei opem accedentem fuisse materiam illam. Et ita docuisse Platonem tradit Apuleius [De doctr. Plat. 1, p. 3, 25]. Contra autem conditam Timæo docet, et in eum Chalcidius [§ 276, p. 381] : *factam vero*, inquit, *sylvam, et ita factam ut sit quæ non fuerit, sic probant, quod opificibus mortalibus apparata ab aliis opificibus sylva præbeatur, hisque ipsis natura suppeditet, naturæ deus, deo nemo apparuerit* [imo *apparaverit*, ut Fabriciana], *quia nihil deo sit antiquius. Ipse igitur sylvestres impensas mundi fabricæ sufficientes utilesque constituit.* Et ejus opinionis veritatem agnovit Trismegistus, cujus ista verba refert Physicorum c. 14 Jo. Stobæus [1, c. 12, 2; t. 1, p. 316] : καὶ γέγονεν· ἡ ὕλη γὰρ ἀγγεῖον γενέσεώς ἐστι, γένεσις δὲ ἐνέργεια τοῦ ποιητοῦ τοῦ ἀγεννήτου θεοῦ· τὸ σπέρμα οὖν τῆς γενέσεως λαμβάνουσα γέγονε, καὶ τρεπτὴ ἐγένετο καὶ ἰδέας εἶχε μορφοποιουμένη· ἐφέστηκε γὰρ αὐτῇ τρεπομένη ἡ τεχνιτεύουσα τὰς τῆς τροπῆς ἰδέας· ἀγεννησία οὖν τῆς ὕλης ἀμορφία ἦν, ἡ δὲ γένεσις τὸ ἐνεργεῖσθαι. Materiam solam nullam existere statuunt physici, ut habes apud Nicephorum Blemmidam c. 6 [Epit. Phys. p. 56, 8]. Cadit ergo et hujus fictitiæ æternitas, quam asserebant præcipue stoici : vide Chrysippum et Zenonem dicto capite apud Stobæum [§ 5, pp. 322, 324]; Plotinum, peculiari libro de Materia; Joannem Saresburiensem Metalogici libro 4, c. 35. Sequutusque illos Hermogenes hæreticus. Tertullianus [Adv. Hermog. c. 1] : *a christianis conversus ad philosophos, de Ecclesia in Academiam et Porticum, inde sumsit a Stoicis materiam cum domino ponere, quæ et ipsa semper fuerit, neque nata neque facta, neque initium habens omnino nec finem, ex qua dominus omnia postea fecerit.* Cujus adversus eum librum legere præstiterit super hoc negotio, quam quicquid unquam alias

philosophorum effutiverint supputatiunculæ. Vide lib. 131, c. 1», Adversariorum ». BA. Quæ Barthianorum Adversariorum pars nondum lucem vidit, nec videbit. Interim consuletur non sine fructu lib. 54, c. 25.

(85) D, γεγεννῆσθαι πῆ δὲ ἀγέννητον. Ba, γεγεννῆσθαι π. δ. ἀγέννητον. ABC, γεγενῆσθαι π. δ. ἀγένητον. Aug., ἀγένητον. ABC, ὑποφαίνει. Ambrosius : « alicubi factam, alibi vero infectam pronuntiat ». Habuit quod scripsi. Statim ABC, οἱ δ' ὕστεροι.

(86) D et Ba Theophrasto tribuunt verba ἃ πολλάς μοι παρέχει (ABC, παρεῖχε) τὰς ὠδῖνας· Euxitheo demum τίκτεις.....Ambrosius, mutans quæ non intelligebat : « nec Platoni jam, nec sibi ipsis cohæserunt. EUXITH. Præclare tu quidem Platonem tueris tuum ». Barthius ad verba ἃ πολλάς....: « Quippe omnium quæstionum disceptationumque enodatorem et enucleatorem profitebatur, ut patet ex principio Dialogi ». Jam illis in se receptis significat Euxitheus talia magnas sibi intelligendi difficultates, magnos afferre labores, quæ facili quasi mentis partu exponit Theophrastus. Nota alia est Barthii, quam describam diligentiæ tantum gratia, ad ὠδῖνας : « parturientis instar; cui alter subjicit τίκτεις οὐκ ἀγεννῶς, ut irrideat veritatis conscius turgidam sophistæ sempervanitatem. Latio autem hæc traducere ut sonant velle, sit gravitatem styli ineptiis contaminare ». Qui ineptias tantopere fugiebat, Barthius vertit inepte : « quæ res multiplici me dolore afficit. AX. Sane recte tu hæc censuisti ».

(87) Πρὸς ταύτην ἰλιγγιάσας τὴν ἀπορίαν] « Vertiginem quamdam passus; aut caligans, qui morbus oculorum apud Pollucem lib. 4, c. 25 [§ 184]. Vertiginare Tertullianus usurpat in vexatissimo illo Pallio [c. 3]; unde *vertiginans* hoc loci traducere possis. De vertigine Isidorus Orig. lib. 4, c. 7. « BA. Pari junctura verborum Synesius Epist. 44, p. 183, D : οὐκ ἰλιγγιάσεις; οὐκ ἀπορήσεις; Libanius, etiam apud Lennep. qui multus est de illo verbo ad Phalar. p. 37 : μᾶλλον τῶν ἀνδραπόδων ἰλιγγιῶντας καὶ ἀπορoῦντας. Cf. Anecd. mea t. 5, p. 220; n. 136 ad Zachariam.

(88) D et Ba, ἀπολελησμένος. ABC et Aug., ἐπιλέλ. Passim obtinet

illa synchysis præpositionum. Phlegon De mirab. c. 3 : διαβάντας ἐπὶ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν. Leg. διαβ. ἀπό.

(89) Ba, συμπαραχθείς. ABC, συμπαραθείς. Aug., ut videtur, συμπαραχθείς. D, συμπαραχθῇς. Ambrosius : « si, hæc explorata habens et cognita, Pythagoram adhuc et Platonem, Chaldæosque et Ægyptios, infra supraque componens venerari persistis, quando non eadem eisdem de rebus sentiunt ». Legit ergo συμπαραθείς, unde se male extricavit, et, pro οἵ γε, εἴ γε. Est οἵ γε in D, Ba, ABC; sed in B, cum notula γρ. εἴ γε· in C, superscripto εἰ. Servo οἵ γε et συμπαραχθῇς, sicque intelligo : « si, hæc qui didiceris, adhuc cum Pythagora, ceteris, sursum vorsum abripi te patiaris, qui quidem... » Mox D et Ba, ταυτὰ ἕκαστοι. ABC, τὰ αὐτὰ ἕκ. D et Ba, ἔοικεν et ἢ γάρ.

(90) Ἀνθρωπίνη τις οἴησις] « Opinio, mentis humanæ ludibrium; cujus monstri plurima convicia sunt apud præstantissimos scriptores. Cebes in Tabula variabilis formæ meretrici eam comparat. Multus in ea vituperanda Marcus imperator. Generatim opinionum omnium confutationem inter sese commissarum profitetur Sextus Pyrrhonius, cujus scriptoris libris neque ingeniosius neque ineptius exstat quicquam ». BA. De Cebete lapsus est memoria Barthius. In Tabula sedet πεπλασμένη τῷ ἤθει mulier, non Οἴησις, sed Ἀπάτη. De οἰήσει Wyttenb. ad Plut. De aud. p. 39, D. Philo Fragm. p. 668 : οἴησις ἀκάθαρτον φύσει. Idem De circumc. extr. : γνῶναι τινὰ ἑαυτὸν καὶ τὴν βαρεῖαν νόσον τὴν οἴησιν ψυχῆς ἀπώσασθαι.

(91) D, τοῖς αὐτοῦ πείθ. ἕως ἂν θ. ἄνθρ. αὐτοῦ ἀναφανεὶς αὐτῷ τἀληθὲς ἐκδιδάσκοι, ᾧ προσήκοι πάλιν συνέπεσθαι. Ba, ... προσήκει πᾶσιν. AB, τοῖς αὐτοῦ. C, τ. αὐτοῦ. ABC sine αὐτοῦ ante ἀναφ., et αὐτοῦ deletum in Aug. In AB, αὐτὸ τἀλ. ἐκδιδάσκει. C, αὐτὸ τἀλ. ἐκδιδάσκῃ. Aug., προσήκει. AB, προσήκει πάλαι συνέπ. C, προσήκει πάλαι (superscripto πάλιν) συνεπ. Ambrosius : « quoad sacratior aliquis homo appareat in terris, qui ipsum fontem veritatis aperiat, quem rursus sequantur omnes ». Patet legisse πάλιν in suo codice. Sed potuit αὐτοῦ non reperisse. Quod tamen si repererit ac per verba *in terris* verterit falsus fuit. Nam αὐτοῦ ad ipsum Platonem retulerim, alio ductus Nostri loco sub finem Dialogi p. 77, 26 : αὐτὸς γὰρ ὁ Πλάτων μέχρι τούτου κελεύει πείθεσθαι Πλάτωνι, ἕως ἂν αὐτοῦ σοφώτερος ἀναφανῇ.

Wolfius : « dum aliquis divinior homo in terris appareret, qui veritatem ipsam aperiat; cui conveniens sit omnes assentiri atque obtemperare ». Corrigebat αὐτὸ τἀλ., quæ fuit et Ambrosii lectio, ac non suum πάλιν vertebat, sed πᾶσιν. Et inde venisse opinor πᾶσιν in Barthianum contextum. — Ἕως ἂν θειότερος] « Sententia Platonis reperitur in fine Dialogi ». BA.

(92) Ba, ἢ καλῶς. Aug. ABC, ἢ κ. D et Ba, ἤδη ποτέ. ABC, εἰ δή ποτε. Ambrosius : « rectissime omnino : sed dic, obsecro, num ... ».

(93) D et Ba, πάντας. ABC et Aug., πάντα. Ambrosius : « si cuncta didicisses ».

(94) Κατ' ἐμαυτὸν στάς] « Sensualium rerum emotus turbis, quæ animo incidentes non sinunt eum speculari solo intellectu. Sane emoveri his oportet, quum impediant ne quid recte homo intelligere possit, ut ait alibi Plato : ἄνθρωποι μὲν δὴ, ἅτε τοῦ τῆς αἰσθήσεως πάθους ἐμπιπλάμενοι, ὥστε καὶ, ὁπότε νοεῖν προαιροῖντό τι νοητὸν, ἐμφανταζόμενον ἔχειν τὸ αἰσθητὸν ὡς καὶ μέγεθος συνεπινοεῖν καὶ σχῆμα καὶ χρῶμα, πολλάκις οὐ καθαρῶς τὰ νοητὰ νοοῦσι. Hoc autem non fieri aliter, quam quadam in sese mentis collectione experitur quisque; et ita describunt rem multi præclari auctores, perperam inter eos reprehenso Claudiano, ut ad eum docemus [Rapt. 1, 4, ubi *mens congesta*] ». BA. Platoni Phæd. § 29, anima sic in sese collecta et recondita dicta est συνηθροισμένη αὐτὴ εἰς αὐτήν. Et § 33 : αὐτὴ δὲ εἰς αὑτὴν ξυλλέγεσθαι καὶ ἀθροίζεσθαι παρακελευομένη. Auctor Vitæ Syncleticæ § 9 : εἰ μὲν καπνώδεις καὶ σκοτειναὶ ὁμιλίαι παρῆσαν, ταύτας ἀπέφυγεν, τοῖς ἔνδον ταμείοις τῆς ψυχῆς ἑαυτὴν συνάγουσα. Alia dedi ad Marin. p. 111; dederunt Matthiæ ad Hippocr. De hon. Proleg. p. 18; Warren. ad Hierocl. p. 293; Jacobs. ad Philostr. p. 659; Creuzer. ad Procl. in Alcib. p. 16.

(95) Hexameter versus Homericus ». BA. Ex Il. Λ, 164. D et Ba, ἐξ ἀνδροκτασίας. ABC, ἔκ τ' ἀνδροκτασίης. Et ἀνδροκτασίης in Aug.

(96) Οἷον ἐκ περιωπῆς] « Hesychius : περιωπὴ, ἄποψις, τόπος ὑψηλὸς ὅθεν ἐστὶ περισκοπῆσαι, ἀκρώρεια. Aliter : περιωπὴ, περιάθρησις, ὡς Θουκυδίδης [4, 86]· Pollux l. 2, c. 4 [§ 54] ». BA. Barthius Advers. 10,

12, ait quam vocat Æneas *arcem* esse animum a turbis et negotiis omnibus remotum, respectu ad hunc locum. Metaphora nominis περιωπὴ frequens est. Joannes Monachus in meis Anecdotis t. 4, p. 129 : ἐκβοᾷ πᾶσιν ὡς ἐξ ἀπόπτου τινὸς καὶ ὑψηλοτάτης περιωπῆς. Ibi not. Philo De spec. legg. § 1 : τείνων ὥσπερ ἀπὸ σκοπιῆς τὸ τῆς διανοίας ὄμμα. Et § 8 : ὡς ἀπὸ σκοπιῆς ἐσωφρόνισεν ἀνθρώπους. Adde Barth. ad Claud. Gild. 249; Wass. ad Thucyd. l. l.; not. ad Hesych.; Notit. Mss. t. 11, part. 2, p. 65; Hemsterh. et Jacobitz. ad Luc. Char. 2. Synesius Dione p. 42, C : εἰ μὴ φιλοκρινοίη τε αὐτὰς καὶ τὴν μὲν ἐκ περιωπῆς ἀποσκοποῖτο, τὴν δὲ καὶ πρόσω ἰοῦσαν περιεργάζοιτο. Bene codex quem vidi φυλοκρινοίη, habet et ἰοῦσα. Reperi et in alio, πρόσω προϊοῦσα. Varietatem verborum φυλοκρινεῖν φιλοκρινεῖν tetigi ad Anecd. t. 2, p. 338 et alibi. Libanius t. 4, p. 11, 20 : οὐ γὰρ ἔνεστι τηνικαῦτα τοὺς αἰτίους καὶ τοὺς φαυλοτάτους κρίνειν. Augustanus Reiskii : τοὺς ἀναιτίους ἐξετάζειν φιλοκρινεῖν. Deleatur saltem ἐξετάζειν, quod est τοῦ φιλοκρινεῖν, imo τοῦ φυλοκρινεῖν interpretatio. Codex 963 : οὐ γὰρ ἔν. τ. τοὺς αἰτίους φυλοκρινεῖν. Photius contra Manich. 1, p. 127 : ἐξήταζόν τε καὶ ἐλογοθέτουν λεπτομερέστερον, καὶ τοὺς ὑπαιτίους τῶν ἀναιτίων φυλοκρινοῦντες, τοὺς μὲν ἀπέλυον... Eustathius Opusc. p. 99 habet πεφυλλοκρίνηται, delendo altero lambda.

(97) « Φιλήκοος καὶ φιλομαθὴς iterum ex fastu sunt sophistico. Stolidus autem homo in recensendis commentis ponit doctrinam, non eventilandis. Quam in eo vecordiam placide inducta veritate castigat abblandiens Axitheus, suæ mox doctrinæ inrefutabilium effectuum operatione fidem astruens ». BA.

(98) AB, μετεμπίσχεσθαι. Habent μεταμπίσχεσθαι ceteri, et Bulengerus qui Æneæ fragmentum, seu Ænesii, satis longum descripsit Eclogis ad Arnob. p. 105, sed id liberrime mutilatum et immutatum. Cf. n. 127, et ad Zachar. n. 408. — De Ægyptiorum circa metempsychosim opinationibus classicus est Herodoti locus 2, 123; ad quem consulantur Creuzeri Commentationes p. 315 sqq.

(99) Εἰς ἰχθὺν ὀλισθήσασα] « Velut de se nugatus est Empedocles his versibus : Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε, Θαμνός τ' οἰωνός τε καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς [cf. supra n. 49]. Quo sane nihil potuit unquam quisquam stultius excogitare. Philosophiam autem istam ex Ægyptiorum sapientia attulit in Græciam Pythagoras.

Vide cum primis Iamblichum [Vita Pyth. § 151], licet audacissime mentientem; de Ægyptiis Herodotum in Euterpa [§ 123] ». BA.

(100) D et Ba, κῆτος ἢ μεμβράς. In Aug. μεμβρὰς, suprascripto ἀφύα, et in margine ἰχθύδιον εὐτελὲς, Wernsdorfio conjiciente ἀφύα. ABC, ἀφύα. Ambrosius : « balena seu rumbus ». Elegi nomen quod plus auctoritatis habuit. Infra p. 16 est ἀφύαις sine varietate. Potest μεμβρὰς pro glossemate haberi; nam Hesychius : ἀφύα, μεμβράς. Junxit tamen μεμβράδας καὶ ἀφύας μεγαρικὰς Alciphro 3, 53, ubi not.; quem locum monstrabat Wernsdorfius. Ceterum de aphya antiquorum, quo nunc sit dicenda nomine non minima est difficultas. Legendus Camus. ad Aristot.; Cuvier. ad Plin. H. N. 31, 44. Cf. Barth. infra n. 154; Herald. ad Arnob. p. 147. — « Aristophanes Vespis [493] : ἢν μὲν ὠνῆταί τις ὀρφῶς, μεμβράδας δὲ μὴ θέλῃ. Scholiastes : μεμβρὰς, εἶδος ἀφύας. Vide Suidam, Ἀφύα : Pollucem lib. 6, c. 9 [§ 51] ». BA. — Mox εἰς ὀρνέου φύσιν idem valet atque εἰς ὄρνεον. De qua periphrasi egi ad Simoc. Epist. 11, p. 237. Lucretius 1, 16 : « omnis natura animantum ».

(101) D et Ba, sine ἄν. — Τὸ πρῶτον κατέβη]. « Descensus animarum Platonicus. Vide Stobæi Physica [1, c. 52, § 35] ». BA. Supra p. 4 fin. ψυχὴ κάτεισιν. Cf. nn. 61, 383.

(102) Φεῦ τῆς τερατολογίας] « Ægypto detestationem et irrisionem tribuit dogmatum sophisticorum, sed raram et velut coactam; ne hominem turgidum opinione et fama excuteret studio audiendi: summo artificio, quali quidem totus ille dialogus compositus est in invidiam multorum ex principibus veteriorum. Sic ipsum etiam irrisorem majore miraculo castigat Axitheus ». BA.

(103) D, εὐδ. ἂν εἰ κάμ. ἢ μεμβρὰς ἢ κολ. γενοίμην. Ba sic, sed cum ἢ pro εἰ. AB, εὐδ. ἂν ἢ κάμ. ἢ κῆτος ἢ κολ. ἐγενόμην. C, quod edidi. Ambrosius : « quam sane felix fuero, si camelus et rumbus ac pica fiam »? habuit scripturam eamdem Wolfio.

(104) D et Ba, ἔτι τ. Αἰγ. συμφύρεται. Aug., συμφύρεται, notante συμφέρεται e Bibliotheca PP. Wernsdorfio. ABC, ἐπὶ τ. Αἰγ. συμφύρ. Etsi φύρεσθαι et φέρεσθαι sæpissime confundantur (quod ostendunt notæ Creuzeri ad Plot. De pulcr.; Matthæi ad Eclogas Jo. Chrys.

p. 179; Krabingeri ad Syn. Calv. p. 227, 6; Segaar. ad Clement. p. 137; mea ad Andreopuli Syntipam, p. 181; coll. nn. 286, 454, infra), unius Bibliothecæ, et ad codices non recensitæ, lectio συμφέρεται non magni est æstimanda. Est in συμφύρεται aliquid ironiæ et aceti. Diceret aliquis vernacule oratione quidem humili, sed sana : « Je m'étonne que Théophraste, instruit si bien de tout cela, « *se vautre* encore avec les Égyptiens ». Supra p. 9, 6 : τεθαύμακα, εἰ ταῦτα καταμαθὼν ἔτι Πυθαγόρᾳ καὶ Πλάτωνι, Χαλδαίοις τε καὶ Αἰγυπτίοις ἄνω κάτω συμπαραχθῇς. Quod quidem verbo συμφέρεται favere videtur.

(105) Ἀπόλλων] « Etiam serio Hebræis assentientem hunc laudat sub finem Dialogi Axitheus [p. 73] : τὰ δὲ τῶν Ἑβραίων λόγια, ἃ τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος ἀνύμνησε λόγια, πανταχοῦ προλέγει οὐ τοῦ ἀνθρώπου τι μέρος, ἀλλ' ὅλον ἀναβιῶναι τὸν ἄνθρωπον. Et ita dæmonis responsis ad sua stabilienda solentes utuntur Christiani, jam inde a Theophilo, Justino, aliis. Vide Lactantium libro primo [c. 7] ». BA.

(106) ὁ τούτου παῖς] « Divinitati Platonem consecrat. Apuleius [De doctr. Plat. init.] : *sunt qui Platonem augustiore conceptu prosatum dicunt, cum quædam Apollinis figuratio se Perictionæ miscuisset.* Σπεύσιππος δὲ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλάτωνος περὶ δείπνου καὶ Κλέαρχος ἐν τῷ Πλάτωνος ἐγκωμίῳ, καὶ Ἀναξιλίδης ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ φιλοσόφων, φασὶν ὡς Ἀθήνησιν ἦν λόγος ὡραίαν οὖσαν τὴν Περικτιόνην βιάζεσθαι τὸν Ἀρίστωνα καὶ μὴ τυγχάνειν, παυόμενόν τε τῆς βίας ἰδεῖν τὴν τοῦ Ἀπόλλωνος ὄψιν· ὅθεν καθαρὰν γάμου φυλάξαι, ἕως τῆς ἀποκυήσεως : Laertius [3, 2]. Quem declarat Hesychius Illustrius [in Πλάτων] : Πλάτων ὁ φιλόσοφος λέγεται μὴ γάμον τινὰ μηδὲ ὁμιλίαν σώματος καθάπαξ ἀνασχέσθαι· φασὶ δὲ ὡς ἔκ τινος θείας ὄψεως ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἔγκυος γέγονεν, ἐπιφανέντος αὐτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος· καὶ ἡνίκα ἔτεκε τὸν Πλάτωνα, τότε αὐτῇ ὁ ἀνὴρ συνεγένετο. Vide Origenem lib. 6 in Celsum [p. 280] ». BA. Vide et Menag. ad Diogen., et infra n. 563.

(107) D, ὡς ἠξίθεε τοῖς Αἰγ. γεγόνασι· ὁ μὲν οὕτως πως. Ba, ὦ Ἀξ. τ. Α. γεγόνασι· ὁ μεν οὕτως πῶς. Quod mendum πῶς pro πως tetigi ad Simocattam. Quatuor habeo Hermiæ Irrisionis editiones, in quibus τὸ μέτρον οὕτω πῶς ἀποφαίνεται, conservante id religiosius Dommerichiana § 16. — Aug. ὦ Εὐξ. Et Ambrosius id legit. ABC, ὁμογνώμονες τοῖς Αἰγ. γεγ. ὁ μ. οὕτω πως.

(108) Videtur sibi Wernsdorf. legisse in Augustano χρησμῳδῶν ὡς Ἀπόλλων. Unde nihil efficietur commodi. Putaverim fere delenda verba ὁ Ἀπόλλων, quippe scholium pronominis præcedentis ὁ μέν. — Τοῖς τῶν Αἰγυπτίων εὑρήμασι] « Ægyptiorum sapientia græcanicæ studiis præfertur. Theodoretus Therapeut. 5, [p. 557] : περὶ δὲ Αἰγυπτίων περιττὸν οἶμαι λέγειν· καὶ γὰρ αὐτοὶ τῶν φιλοσόφων οἱ πρῶτοι κρείττους εἶναι τούτους ἔφασαν τῶν ὀνομαστοτάτων γεγενημένων παρ' Ἕλλησι. Quin apud eos vulgares habitæ disciplinæ, quæ acutissimæ Græcis. Justinus Martyr Responsione 25 [p. 450] : ἀστρονομία δὲ καὶ ἀστρολογία καὶ γεωμετρία παρ' Αἰγυπτίοις τότε χυδαῖά τε καὶ πεζὰ καὶ ἀγοραῖα μαθήματα λελόγιστο. Et sapientiam inde petebant, qui in Græcia insignes ejus ergo esse laborabant; quibus innumerat Orpheum, Homerum, Solonem, Pythagoram, Platonem idem scriptor Parænetico [c. 14, pag. 18]. Vide Diodorum Siculum [1, c. 69]. » BA.

(109) Aug. ἀνδρῶν, superscripto ἄνων, id est ἀνθρώπων. Id compendium male puto fuisse intellectum a descriptore hujus sententiæ in Notit. mann. t. 6, p. 506 : ἃ γὰρ οὐδὲ τοὺς βελτίστους τῶν ἄλλων ἐστὶν ἁμαρτ[άνειν], πῶς ὑπὸ τῶν οὐρανὸν ἐχόντων πλημμελοῖτο; Fere affirmaverim esse in ipso codice ἄνων, nec legendum ἄλλων sed ἀνθρώπων. Sæpe compendia viris etiam doctissimis et in codicum manuscriptorum lectione versatissimis fraudi fuerunt. In Appendice Arsenii hocce exhibitum fuit grammaticastri fragmentum : « sequuntur φιλόστοργα· δεῖ τὴν ἐπιστολὴν μὴ κατεγλωττισμένην εἶναι μηδ' ὑπεραττικίζουσαν, ἀλλὰ τῆς μὲν συνηθείας ἀττικωτέραν, τῆς δ' ὑπὲρ τὸ μέτρον ἀτθίδος συνηθεστέραν ». Quid significet φιλόστοργα nec editor ipse vir eruditissimus facile, puto, dixerit. Fuisse existimo in ipso codice compendium intricatum, quod non nomen φιλόστοργα, sed φιλοστράτου tenet inclusum. Est enim sententia e flosculis philostrateis composita. Philostratus V. A. 1, 17 : λόγων δὲ ἰδέαν ἐπήσκησεν, οὐ ... οὐδ' αὖ κατεγλωττισμένην καὶ ὑπεραττικίζουσαν· ἀηδὲς γὰρ τὸ ὑπὲρ τὴν μετρίαν Ἀτθίδα ἡγεῖτο. Idem Epist. 1 : δεῖ γὰρ φαίνεσθαι τὴν τῶν ἐπιστολῶν ἰδέαν ἀττικεστέραν (codices 1696, 2551, ἀττικωτέραν) μὲν συνηθείας, συνηθεστέραν δὲ ἀττικίσεως. — Θηλυνομένας] « Effœminatas, amori mollius obsecundantes; qualibus Socratem et Platonem multi utriusque sermones non sine ratione adscripserint ». BA. Timæi Platonici locus de virorum animis in muliebrem figuram translatis et de migratione in ferarum formas exstat c. 28, p. 76.

Vide Wyttenb. De immortal. animi sect. 5, p. 572, vel Prolegom. ad Phædon. p. 16.

(110) Εἰς γυναῖκας] « Alibi tamen ipsemet Plato scribit ad multas egregias res mulieres viris esse habiliores. Vide quintum De republica [p. 329 Mass.]. Quin in septimo etiam De legibus [p. 814] armis adsuefaciendas mulieres censet : κόρας μὲν οὔσας ἔτι πᾶσαν τὴν ἐν ὅπλοις ὄρχησιν καὶ μάχην μεμελετηκυίας· γυναῖκας δὲ διεξόδων καὶ τάξεων καὶ θέσεως καὶ ἀναιρέσεως ὅπλων ἡμμένας· εἰ μηδενὸς ἕνεκα, ἀλλ' εἴ ποτε δεήσειε πανδημεὶ πάσῃ τῇ δυνάμει καταλείποντας τὴν πόλιν ἔξω στρατεύεσθαι, τοὺς φυλάξοντας παῖδάς τε καὶ τὴν ἄλλην πόλιν ἱκανοὺς εἶναι τό γε τοσοῦτον· ἢ καὶ τοὐναντίον, ὧν οὐδὲν ἀπώμοτον, ἔξωθεν πολεμίους εἰσπεσόντας ῥώμῃ τινὶ μεγάλῃ καὶ βίᾳ, βαρβάρους, εἴτε Ἕλληνας, ἀνάγκην παρασχεῖν περὶ αὐτῆς τῆς πόλεως τὴν διαμάχην γίγνεσθαι, πολλή που κακία πολιτείας οὕτως αἰσχρῶς τὰς γυναῖκας εἶναι τεθραμμένας, ὡς μηδ', ὥσπερ ὄρνιθας περὶ τέκνων μαχομένας πρὸς ὁτιοῦν τῶν ἰσχυροτάτων θηρίων, θέλειν ἀποθνήσκειν τε καὶ πάντας κινδύνους κινδυνεύειν, ἀλλ' εὐθὺς πρὸς ἱερὰ φερομένας πάντας βωμούς τε καὶ ναοὺς ἐμπιπλάναι, καὶ δόξαν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους καταχεῖν, ὡς πάντων δειλότατον φύσει θηρίων ἐστί. Οὐκοῦν τιθῶμεν τὸν νόμον τοῦτον μέχρι γε τοσούτου, μὴ ἀμελεῖσθαι τὰ περὶ τὸν πόλεμον γυναιξὶ δεῖν, ἐπιμελεῖσθαι δὲ πάντας τοὺς πολίτας καὶ τὰς πολίτιδας. Quæ lex si rationem habet, sane et hic poterat melior mulierum haberi. Sed Platonem, quam amavit pictoriæ artis licentiam in multis talibus suæ sapientiæ indulsisse, nos jam primum observamus. Scatet enim fictionibus sæpe contrariis ». BA. Sententiam Platonis in Legibus graviter reprehendit Lactantius 3, 22. Sed digressionibus nunc abstineo. Barthianæ satis sunt superque.

(111) D, κακίας δὲ ἐμπιπλαμένας εἰς θ. κατ. καὶ χερσ. συνδ. τοῖς τε πτηνοῖς. Sic Ba cum κακίαν. Sequor ABC, consentiente Bulengeriano excerpto p. 195. Et est suprascriptum τοῖς μὲν in Aug.

(112) D et Ba, τὸν ὑπό. Phædonis locus de animarum in asinorum, luporum et milvorum figuras migratione exstat c. 31. Bulengeriana lectio, ... συναγελάζεσθαι· ἐν Φαίδρῳ τοὺς ὑπὸ πλεον., ipsius, opinor, calamo debetur.

(113) Ba, τὸν Ὀρφέα λέγει. D et Ba, ἐτελεύτησεν. — Κύκνον] « Odio mulierum in cycnum iisse Orpheum Plato tradit De republica 10

[p. 354 Mass.] : ἰδεῖν μὲν γὰρ ψυχὴν ἔφη τήν ποτε Ὀρφέως γενομένην κύκνου βίον αἱρουμένην μίσει τοῦ γυναικείου γένους, διὰ τὸν ὑπ' ἐκείνων θάνατον. De obitu Orphei elegans exstat Phanoclis elegia a nobis ad Claudianum [De raptu Pros. 2, Præf. 19, p. 903] Latio data ». BA. Quæ præcedunt verba τὸν ἄνθρωπον φεύγοντα male vertit Wolfius, « dum homo fugeret »; bene Ambrosius, « derelicto quod erat homine »; nec male Barthius, « exoso homine ». Ad Moschum Idyll. 2, 79, ubi κρύψε θεὸν, exempla protuli quæ hanc loquutionem illustrent, in quibus hæc Cypriani verba : « Hercules, ut hominem exuat, OEteis ignibus concrematur ». Eumathius conferendus Hysm. 1, p. 14 : ἀπόθου τὸν πρεσβευτὴν, ἀπόθου τὸν κήρυκα.— Sequens μουσικὴν ἐργάζεσθαι redibit et infra p. 76, 15.

(114) Locus Platonis de Thersite in simiam converso est Rep. 10, p. 354. — D, ὑπ' Ἴλιον. ABC et Ba, ὑπό. Homerus Il. 2, 216, de Thersite : αἴσχιστος δὲ ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν. D et Ba, Ἀγαμέμνονι καὶ τοὺς ἥρωας μιμ. ABC sine καὶ τ. ἥρ. Ambrosius : « Achillem Agamemnoni exprobrantem heroasque imitans ». AB, μετασχιματίζεται, quod videtur olim fuisse et in C. D et Ba, αὐτῷ μεταβάλλων. AB, αὐτῶν μεταβάλλων. C, αὐτῶν μεταβαλών. Aug., αὐτῷ μεταβαλών. Locum in quo errabant interpretes et librarii quod sententias male jungerent, feci facilem, illata meliore distinctione, sic ut ἐκμιμεῖται jam de Platone intelligatur, non de Thersite. In mutationibus quas facit Plato, imitatur res quæ fuerunt viventium, eorum faciem in aliam transformans, servatis quos habuerunt moribus. Est tamen vel sic quod in oratione possis carpere. Nam ἐκμιμεῖται post verba μιμούμενος et πίθηκον vix potuit non statim ad Thersitem trahi. Nunc ad Barthium accedamus. Quum edidisset male μετάσχη ματίζεται, quod tamen serius inter Errata in μετασχηματίζεται reformavit, hanc apposuit notam ridiculam : « vel una vel paucæ voculæ exciderunt. Nobis quum non nisi unum græcum fuerit hujus auctoris exemplar, talia non omnino nulla reliquimus inemendata, forte lacunis lacera. Neque non sunt alia transposita et luxata suo ordine in hoc divino libello, quæ libros scriptos quærunt Hic nullo negotio scripseris : μετάσχη, ματίζεται δὲ καὶ, etc. Sensum paraphrasi expressi, quia plusculæ voces deesse videbantur ». Omitto paraphrasim. Sed quis non valde mirabitur credidisse Barthium hominem tantæ in literis famæ μετάσχη, ματίζεται in sententia græca sic poni posse posseque verti. Illo scripturæ portento

tacite ac secure usus jam fuerat ad Claud. in Eutrop. 1, 303. Libentius describam quæ de Thersite annotavit : « Hunc hominem in judicio apud inferos Homerum convenisse ob inusta sibi crimina scite finxit Lucianus, tamen ut ceciderit caussa [Vera Hist. 2, 20]. Aliud cum Nireo eidem certamen est apud Æneam nostrum, modo is sit, Epistola 15, ut victoria fuerit penes eum : ἦν δὲ ἡμῖν ὁ λόγος παρὰ τῷ Νείλῳ, οὗ παρὰ τὰς ὄχθας τότε ταῖς Μούσαις συνέπαιζον· ἐκεκόμψευτο δὲ καὶ γελᾷν ἐδόκει σπουδάζων ὁ λόγος. Κάλλους ἦν ἀγών· κριταὶ δ' ἦσαν οἱ Ἕλληνες, ἀγωνισταὶ δὲ Νιρεύς, ὃς κάλλιστος γένετ' ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, καὶ Θερσίτης, ὃς αἴσχιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. Καί, τὸ χαριέστατον, τὸ πλέον ἔχειν ὁ Θερσίτης ἠξίου. Καὶ παρέσχεν αὐτῷ τὸ ἆθλον ὁ λόγος· καὶ οὐδὲν ἐκώλυσεν ἡ τοῦ Ὁμήρου κωμῳδία, μέρος ἕκαστον τοῦ σώματος ἀπὸ τοῦ πάθους ὀνομάζουσα, καὶ μέχρι τριχὸς γελῶσα τὸν ἄνθρωπον. Et sic serio invenerunt quæ in hoc homine commendarent sapientes viri, ut Demonax apud Lucianum [Demon. c. 61] : ἐπῄνει δὲ καὶ τὸν Θερσίτην ὡς κυνικόν τινα δημηγόρον. Et fuerunt qui encomia illi peculiaria conscripserunt ». Hactenus de Thersite Barthius, qui monere debuerat ante Æneæ declamationem scripsisse Lucianum Dialogum, quo mortui Nireus ac Thersites judice Menippo de pulcritudine contendunt. Inter Libanii Progymnasmata est Thersitæ Laudatio. Polybius Fragm. lib. 12, 25 : ὥστε μὴ καταλιπεῖν ὑπερβολὴν τοῖς μειρακίοις τοῖς ἐν ταῖς διατριβαῖς καὶ τοῖς τόποις (an πότοις?) πρὸς τὰς παραδόξους ἐπιχειρήσεις, ὅταν ἢ Θερσίτου λέγειν ἐγκώμιον ἢ Πηνελόπης προθῶνται ψόγον ἤ τινος ἑτέρου τῶν τοιούτων.

(115) Ὦ φιλότης] « Sic sæpius affectus pro homine; ut latina sequior ætas *adfectus* cognatos agnatosque suos nominavit ». BA. Vide supra n. 26.

(116) Οἱ τῶν Πλάτωνος ὀργίων μυσταγωγοί] Sic pp. 52, 6; 53, 24; et apud Zachariam p. 83, ubi n. 10; p. 140, 5. Translatæ vocis ὄργια exempla admovi Simocattæ verbis Dial. Q. Phys. p. 6 : Τὰ τῆς φύσεως ἀνελίττουσιν ὄργια. Philo De prof. § 16 : ὦ μύσται καὶ ἱεροφάνται θείων ὀργίων. Synesius Epist. 136 : αὐτόπται γάρ τοι καὶ αὐτήκοοι γεγόναμεν τῆς γνησίας καθηγεμόνος τῶν φιλοσοφίας ὀργίων. Adde supra n. 16. — Σοφίζονται] « Commentantur, auctoritate Glossarii Cyrilliani. Nos largam verborum paraphrasin dedimus, præter quidem morem ». BA. Quam non repetam. Wolfius sine paraphrasi, « subtiliter et acute excogitant »; quod satis facere debet. Exempla juncturæ

πλατὺς γέλως vide in Notis ad Simoc. pp. 282, 300. Clemens Alex. Pæd. 3, § 4, de Ægyptio sacerdote pro deo felem aut similem bestiam monstrante : πλατὺν ἡμῖν ἐνδίδωσι γέλωτα τοῦ σεβάσματος. In Platone Epist. 3, p. 319, pro μάλ' ἀπλάστως γελῶν, displicet quæ fuit proposita correctio, μάλα πλατέως γελῶν.

(117) D et Ba, Πλάτων μαθητὴς γενόμενος καὶ παρ' ἐκ. AB, πλάτων καὶ παρ' ἐκ. Habet C quod habeo. Ambrosius : « non ignorantes Platonem Ægyptiorum imbutum disciplinis ». Legisse videtur quod edidi. Verbis quæ sequuntur, διατεθρυλλημένος τὰ ὦτα, præivit Plato Rep. 2, p. 86 Massey. AB, διατεθρυλημ. Ceteri per duo λλ, ut et Plato. Vide ad Simoc. p. 206, n. 11. Mox D et Ba, πάντα ζῶα.

(118) Πλωτῖνος γοῦν καὶ Ἁρποκρατίων] « De Plotino nota omnia. De Harpocratione platonico philosopho ex Photio [cod. 167, p. 372, 30] et Suida mentionem facit Phil. Jac. Maussacus, homo doctissimus et ingeniosissimus [Dissert. de Harpocratione init.]. Suidæ verba sunt : Ἁρποκρατίων Ἀργεῖος, πλατωνικὸς φιλόσοφος, συμβιώτης Καίσαρος· ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς Πλάτωνα ἐν βιβλίοις κδ', λέξεις Πλάτωνος ἐν βιβλίοις δυσίν. Hic Suidæ utique Nostri istius est Harpocration Platonis exegetes; et locus scriptoris non caret mendo. Si enim Harpocration iste Cæsaris tempore floruit, quomodo illum Plotino hic subjungit, prioribus interpretibus Platonis sepositis Æneas noster? cui consentit Stobæus in Eclogis Physicis Numenio eumdem subjiciens, cap. περὶ μέτρου ψυχῆς [lib. 1, c. 52, § 36, p. 912] : οὐκ ἔχοντες δὲ, inquit, σκοπὸν τῆς διαφορότητος εἰς ταυτὸ συγχέουσι τὰς ἐνσωματώσεις τῶν ὅλων κακάς τε εἶναι πάσας διϊσχυρίζονται, καὶ διαφερόντως οἱ περὶ Κρόνιόν τε καὶ Νουμήνιον καὶ Ἁρποκρατίωνα. Quo pacto iisdem eumdem stipatorem dat fine capitis περὶ τῶν ἐνεργειῶν τῆς ψυχῆς [ibid. § 33, p. 896]. Sane oportet Cæsare recentiorem ex hoc esse sodalitio hunc sophistam, et in Suidæ verbis utique vocis unius lacuna est, quæ Cæsarum posteriorem aliquem nominaverit. Meam opem si quis poscat, audacter emaculem : Ἁρποκρατίων Ἀργεῖος, πλατωνικὸς φιλόσοφος, συμβιώτης Καίσαρος Οὐήρου· ἔγραψεν. De eo mentio apud Capitolinum in Vero [c. 2], licet grammaticam operam præstiterit is illi principi. Quo officio summos alios philosophos adfuisse principum liberis exempla possunt multa corrogari. Harpocration ergo hic noster philosophus platonicus floruerit Veri principis ævo, ab Numenii ætate non magis quam

doctrina remotus, quum Numenium citet Porphyrius, ut in commentario Antri Nympharum [c. 21], et alibi, et Plotino superiorem eo modo ostendat, quod hunc libros illius sibi clam usurpasse rumorem fuisse sparsum scribat in Vita Plotini [p. 10, E] : τῶν δ' ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τὰ Νουμηνίου αὐτὸν ὑποβάλλεσθαι λεγόντων ... γέγραφεν ὁ Ἀμέλιος βιβλίον, ὃ ἐπεγράψαμεν Περὶ τῆς κατὰ τὰ δόγματα τοῦ Πλωτίνου πρὸς τὸν Νουμήνιον διαφορᾶς. Plotinus autem decimo anno Galieni agebat suæ ætatis quinquagesimum nonum, eodem Porphyrio teste [ibid. p. 3, E]; quibus retro subductis natalis Plotini venit in Urbis conditæ DCCCCLVI annum. Jam si, quod certum est, Numenius præceptor fuit Plotini, Veri utique ætate vixit, qui obiit anno Urbis DCCCCXXII. Hinc ergo concludetur Harpocrationem, Numenio ab Ænea et Stobæo conjunctum, esse eum cujus meminit in Vero Capitolinus, et ita Suidam non male corrigi. Scio jam urgendo grammatici titulo imminere criticos, quem suo illi Capitolinus adscribit; sed utriusque nullam mihi ideo moram nectet illatio, quod et officium tale præstitum a summis philosophis meminerim liberis principum, et Capitolini non tanta sit vel diligentia, vel emendatæ lectionis constantia, ut sententiam eo nomine mutare debeamus. Vulgatam autem de Cæsare opinionem refutat etiam Diogenes Laertius, qui, quum Epictetum, Plutarchum et alios recentiores laudet, Harpocrationem utique memorasset etiam, si tantam ætatem habuisset » BA. Rationes Barthii sequutus est Fabricius in Catalogo Platonicorum Bibl. Gr. t. 3, p. 176. Equidem fere crediderim, cum Casaubono ad Capitolinum, Veri præceptorem fuisse Ælium Harpocrationem sophistam, de quo et apud Suidam facta est mentio. Harpocrationis Platonici meminit Olympiodorus in Alcibiadem, p. 48, ubi Creuzer. n. 63.

(119) Ἀμέλει καὶ Βοηθός] « Emendandum Ἀμέλιος καὶ Β. Amelii rerum cognitionem habere cupiens legat commentarium modo laudatum Porphyrii de vita Plotini. Gentiliano prius Romanum nomen fuit [Porphyr. p. 5, D]. Boethum citant tum alii, tum Laertius in Zenone [143]; sed hunc posteriorem alium existimo ». BA. Verisimillima est Barthii conjectura Ἀμέλιος restituentis, quod nomen et in versionem suam recepit. Ambrosius ἀμέλει reperit : « Plotinus nempe et Harpocratio, Boethus item atque Numenius ». De Amelio adde Pagan. Gaudent. De pphia ap. Rom. c. 162; Creuzer. ad

Procl. in Alcib. p. 70; Wyttenb. ad Eunap. p. 40, ad quem et mea p. 167. De Boetho Fabric. Bibl. Gr. t. 3, catalogo Stoicorum; Creuzer. ad Cicer. Divin. 1, 13. Menagius ad Diog. Laert. l. l. accentum ut in nomine proprio retrahi jubet, qui fiat Βόηθος: cui etsi parere secure potuerim, codices sequi malui.

(120) De Numenio supra n. 118. Adde Goens. ad Porphyr. c. 21; Catalogum Platonicorum in Bibl. Gr. t. 3, p. 179; notas ad Suidæ Νουμήνιος in præstantissima Gaisfordii editione. Arnobius 2, p. 49 : « vos Platoni, vos Cronio, vos Numenio vel cui libuerit creditis; nos credimus et acquiescemus Christo ».

(121) Aug. bis ἴκτῖνον, sic; tertio loco infra, ἰκτῖνον. D, ἴκτινον bis; infra ἰκτῖνον. Ba, ἰκτίνον. ABC, ἰκτῖνον. Pag. 14, 25, omnes ἰκτῖνον. Quem accentum unice probo, quum sit ινος productum. Arcadius p. 65 : τὰ εἰς ινος μακρὸν τὸ ι ἔχοντα, ὅσα ἐν ὕδατι διαιτᾶται, προπερισπῶνται, ἐχῖνος... Objici tamen potest non habitare τὸν ἰκτῖνον in aqua. De re cf. supra n. 112. — D et Ba, παραδιδόασιν.

(122) Aug., νομίζεται, suprascripto ὀνο, id est, notante Wernsdorfio, ὀνομάζεται.

(123) D et Ba sine κακίας, quod nec Ambrosius habuit, qui male vertit: « priusquam corpori jungatur anima ». Non discrepat Wolfii versio. Barthius : « animam, priusquam corpus subeat, posse vivere ». Wyttenbachius, qui ad Phæd. p. 213 Æneæ prolixo loco usus est, Barthii interpretationem verbi ἐμπίπλασθαι, « posse vivere », reprehendit, quod ait reddendum fuisse « contaminari »; ac remittit lectorem ad Ruhnken. Tim. p. 31. Qui sensus, quem illustrat Wyttenb. et ad Plut. De aud. poet. p. 36 D, recepto ex ABC nomine κακίας, erit manifestissimus. Hierocles in Aur. Carm. p. 10 : ἔστι δὲ ὁ χρυσὸς ἀκίβδηλόν τι καὶ γῆς οὐκ ἀναπεπλησμένον. Plutarchus De adul. c. 9 : ἂν μή τις οἷον ὀφθαλμίας ἀπορροὴ καὶ ἀνάχρωσις ἄκοντα δι' ὁμιλίαν καὶ συνήθειαν ἀναπλήσῃ φαυλότητος ἢ πλημμελείας τινός. Æneas pag. 10 fin. : ψυχὰς κακίας ἐμπεπλησμένας. Zacharias pag. 13 e Platone, ubi melius se gessit Barthius n. 112. Vide et Creuz. ad Plotin. De pulcr. p. 319.

(124) « Porphyrii et Iamblichi res habes apud canem Eunapium.

Non enim alio nomine veritatis latratorem nuncupare soleo ». BA. Sic enim solebat homo invenustus. Ipsi ad Rutil. 1, 200, 440, Rutilius, Eunapius et Zosimus « rabiosi canes » et « rabiosi canes diaboli » nuncupantur; et hunc vocat « canem paganum » ad Claud. Cons. Manl. 94. — Sequentia ὁ μὲν πολυμαθὴς, ὁ δὲ ἔνθους accesserunt nunc ex ABC; nec ea legerat Ambrosius. Cf. n. 137. Sunt epitheta utriusque philosophi propria, oraculi sancita auctoritate. David philosophus in Neumanni Dissertatione de Davide p. 51 : Πορφυρίου δὲ μαθητὴς ἦν ὁ Ἰάμβλιχος· περὶ ὧν δὲ, φημὶ τοῦ Πορφυρίου καὶ τοῦ Ἰαμβλίχου, εἶπεν ἡ Πυθία, ἔνθους ὁ Σύρος, πολυμαθὴς ὁ Φοίνιξ· πολυμαθῆ λέγουσα τὸν Πορφύριον (ἀπὸ γὰρ Φοινίκης ἦν), ἔνθουν δὲ Σύρον τὸν Ἰάμβλιχον (καὶ γὰρ Σύρος ἦν)· ἔνθουν δὲ αὐτὸν λέγει, ἐπειδὴ περὶ τὰ θεῖα ἐνησχόλητο. Et Marino Vita Procli c. 26 ἔνθους Iamblichus est dictus.

(125) Ba, ἄλλη δὲ ἀλόγου. D et Ba, ἱδρυμένη. ABC et Buleng., ἱδρυμένης. Ambrosius etiam reperit οὐσίας ἱδρυμένης. Modo Buleng., οἷά τε τὸ πρῶτον προῆλθον.

(126) D, ἀλλ' ὀνώδη. Ba, ἀλλ' ὀνώδη ἄνθρωπον· οὐ γὰρ ... mediis omissis quæ in Erratis redduntur. Wyttenbachius ad Phædon. p. 213, Barthiana editione usus, nec inspectis Erratis, locum conjectura tentavit inutili. Edita recte et sane habet. Ambrosius bene reddidit μεταβαλόντες : « priorum errore confutato » : cf. n. 57. — « Iamblichum laudat, velut optime mentem Platonis assecutum; qui scripserit animas hominum non nisi in homines redire. Nemesius sub finem cap. 2, quod est de anima, ubi ista sunt huc facientia [p. 116] : μάλιστα δὲ οἱ ἀπὸ Πλάτωνος περὶ τὸ δόγμα τοῦτο διηνέχθησαν· εἰπόντος γὰρ Πλάτωνος τὰς μὲν θυμικὰς καὶ ὀργίλους καὶ ἁρπακτικὰς ψυχὰς λύκων καὶ λεόντων σώματα μεταμφιέννυσθαι, τὰς δὲ περὶ τὴν ἀκολασίαν ἠσχολημένας ὄνων καὶ τῶν τοιούτων ἀναλαμβάνειν σώματα, οἱ μὲν κυρίως ἤκουσαν τοὺς λύκους καὶ τοὺς λέοντας καὶ τοὺς ὄνους, οἱ δὲ τροπικῶς αὐτὸν εἰρηκέναι διέγνωσαν τὰ ἤθη διὰ τῶν ζώων παρεμφαίνοντα. Κρόνιος μὲν γὰρ ἐν τῷ περὶ παλιγγενεσίας (οὕτω δὲ καλεῖ τὴν μετενσωμάτωσιν) λογικὰς πάσας βούλεται· ὁμοίως τε καὶ ὁ Θεόδωρος ὁ Πλατωνικὸς ἐν τῷ Ὅτι ἡ ψυχὴ πάντα τὰ εἴδη ἐστί· καὶ Πορφύριος ὁμοίως. Ἰάμβλιχος δὲ τὴν ἐναντίαν τούτοις δραμὼν κατ' εἶδος ζώων ψυχῆς εἶδος εἶναι λέγει, ἤγουν εἴδη διάφορα. Γέγραπται γοῦν αὐτῷ μονόβιβλον ἐπίγραφον Ὅτι οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων εἰς ἄλογα οὐδὲ ἀπὸ ζώων ἀλόγων εἰς ἀνθρώπους αἱ μετενσωματώσεις γίνονται, ἀλλ' ἀπὸ ζώων εἰς ζῶα καὶ ἀπὸ ἀνθρώπων εἰς ἀνθρώπους. Καί μοι

δοκεῖ μᾶλλον οὗτος ἕνεκα τούτου καλῶς κατεστοχᾶσθαι μὴ μόνον τῆς Πλάτωνος γνώμης, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀληθείας αὐτῆς, etc. Illud Iamblichi monobiblion citat hoc loco Æneas noster. Cronius autem iste Nemesii celebris tum Platonicus fuit, quem laudat aliquoties Stobæus [Ecl. phys. l. 1, c. 52, § 33, p. 896], et Porphyrius in Plotino [p. 9, D], ut et Eusebius Hist. Eccles. l. 6, c. 13 ». BA. De Cronio Barthianis copiis adde Bibl. Gr. t. 3, p. 169; Heeren. ad Stob. p. 897; Goens. ad Porphyr. p. 85; Matth. ad Nemes. p. 117. Adde et locum Arnobii supra in n. 120. Ceterum etiam post Barthium Nemesium cum Ænea composuit Wyttenbachius ad Phæd. l. l., quo et alia multa omnino ad sententiam facientia contulit.

(127) AB, μεταμπέχεσθαι. Cf. n. 98. ABC, τὸν ἀκταίωνα. Habuit Ἀλκμαίωνα Ambrosius, quod et esse in Augustano ex Wernsdorfii silentio opinor. Et passim junguntur duorum matricidarum nomina. Ælianus H. A. 1, 24 : τί οὖν οἱ Ὀρέσται καὶ οἱ Ἀλκμαίωνες πρὸς ταῦτα, ὦ τραγῳδοὶ φίλοι; Philostratus V. A. 4, 38 : εἰ δὲ καὶ ταῦτα γέγονεν ἐπ' Ὀρέστῃ καὶ Ἀλκμαίωνι. Oraculum apud eumdem V. S. Præf. p. 481 : Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων, μητροκτόνοι. Vide Luciani locum in nota Olearii. Præterea fuerunt Orestes et Alcmæon inter celebria tragœdiarum nomina. Tragici qui Actæonis fabulam tractaverunt, Cleophon, Iophon, Phrynichus, nec heroi nec sibi famam comparaverunt.

(128) Λίνον λίνῳ συνάπτουσι] « Παροιμία ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ πρασσόντων, Zenobius [4, 96]; ἐπὶ τῶν τὰ ἀσθενῆ ἀσθενέσι συναπτόντων, Diogenianus [6, 16]; ἐπὶ τῶν τὰ ὅμοια ἐπιμιγνύντων, ἢ παρακρουομένων καὶ ἀπατώντων, Suidas ». BA. Adde ad Euthydemum p. 298 Heindorf. et Winckelm.; ibidem Ruth. p. 344; Erasmum Adag. 1, 8, 59; Schott. ad Zenob. et ad Suidæ Adagia 9, 54; Gaisford. ad Suidæ Λίνον. Damascius De princip. p. 352 : εἰ δὴ τὸ νοητὸν ὡς ἀληθῶς ἡνωμένον ἐστί, τίς μηχανὴ τὴν διωρισμένην οὐσίαν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς καὶ ἑτερότητι συνοῦσαν καὶ στοιχείων διορισμὸν ὁπωσοῦν πεπονθυῖαν τῷ νοητῷ διακόσμῳ συνάπτειν, οὐ λίνον λίνῳ, τὸ λεγόμενον, ἀλλά τινα ποιητικὴν μισγάγκειαν τῷ λόγῳ συνάγοντας ἐπὶ τῶν ἁγιωτάτων ἀτεχνῶς θεαμάτων;

(129) Κακῷ τὸ κακὸν ἰάσαντο] Et id dictum fuit in proverbio. Multa congessi exempla ad Sophoclem Aj. 360 : κακὸν κακῷ διδοὺς ἄκος· Aloid. fr. 13 : Κακοῖς ὅταν θέλωσιν ἰᾶσθαι κακά. Libanius t. 4,

p. 213 : πῶς οὐκ ἐσχάτης ἀνοίας κακῷ τὸ κακὸν ἐπιχειρεῖν ἰάσασθαι; Idem Epist. 653 : καὶ νῦν δὴ κακῷ τὸ κακὸν φασὶ, τῷ μὴ γράφειν τὸ μὴ γεγραφέναι. Ibi Wolf., cujus et consule Libanii indicem. Basilius Hom. Mor. p. 91 : εἰ δὲ ἀπορεῖς πρὸς τὴν ἔκτισιν, κακὸν κακῷ θεραπεύεις. Gregorius Naz. Or. 20, p. 338 : οὐδὲ κακῷ τὸ κακὸν ἰώμεθα, τὴν ἄθεον Σαβελλίου συναίρεσιν (Trinitatis) ἀσεβεστέρᾳ διαιρέσει καὶ κατατομῇ (Arianorum) λύοντες. Hierocles in Aurea Carm. p. 166, de Medea: μανικῶς κακοῖς ἰᾶσθαι τὰ κακὰ πειρωμένη· cujus et alium locum p. 162 descriptum videsis infra ad Zachar. n. 113. Adde Manassem Chron. p. 80, B; Arntzen. Hist. crit. Caton. p. 596; Duport. Gnomol. p. 90.

(130) ABC sine ἕτερον. Ambrosius : « in aliud corpus ». ABC sine καὶ μάτην εἰς μέσον παρεισφέρεται, quæ invenit ac vertit Ambrosius: « ociosa quippe jam videri potest mors, ac nequicquam in medium adduci ». D et Ba, ἐπιτείνειν. ABC et August., ἐπεκτείνειν. ABC, εἰς ὅσον δὴ τὴν τιμωρίαν παρατείνεσθαι.

(131) D et Ba, καὶ ὑπὸ μυρ... ἀναβιῴη. ABC sine καὶ, habent ἀναβιῶναι. AB, δουλεύει. Mea scriptura, quæ codices repræsentat, omnino sana est, ac perspicua satis. Nihil est in ἐκπεμπομένη ἀναβιῶναι quod morari debeat, « missa ut reviviscat ». Ambrosii versio, ut in loco quo impediebatur, paulo liberior, criticam nunc non habet utilitatem. — Ἐπιθυμιῶν ὥσπερ δεσποινῶν] « Creberrime vetus sapientia adfectus et libidines componit dominis improbe dominantibus. Vide nos ad illud Claudiani [De IV cons. Honorii 261]: *Si metuis, si prava cupis, si duceris ira, Servitii patiere jugum; tolerabis iniquas Interius leges* ». BA. Notum Sophoclis dictum, qui se senem aiebat voluptatem fugisse, λυττῶντα καὶ ἄγριον δεσπότην, apud Philostr. V. A. 1, 13; 7, 31, ubi Olearius. Et Plutarchus De aud. init. δεσπότας vocat τὰς ἐπιθυμίας. Synesius De regno p. 11 ; δοῦλον εἶναι δεσποινῶν αἰσχίστων, ἡδονῆς καὶ λύπης. Gregorius Naz. Orat. 10, p. 165 : ὥσπερ τινὰ βαρὺν δεσπότην καὶ ἀῤῥώστημα χαλεπὸν, πᾶσαν φιλοτιμίαν ἀποσεισάμενος. Adde Heins. ad Ovid. Rem. 73.

(132) Κακίας χορηγίαν] « productionem, pompam, choragium, pro omni apparatu rei apud Apuleium [Met. 4, extr.]. Quam vocem non intellexit Fulgentius Planciades [Expos. p. 779]. Aliquoties ita pulcre utitur Æneas noster ». BA.

(133) ABC, παρέχει. Aug., ἅπτεσθαι, et e correct. ἐφάπτ.

(134) Ἀγρίων, videlicet τῶν παιδεραστῶν, τῶν σφόδρα ἐπτοημένων περὶ τὰ παιδικά : verbis grammaticorum veterum. Barthius male : « rustica facie et barbaris moribus ». Nec bene Ambrosius ac Wolfius. Vide Wyttenb. ad Phæd. p. 207, ubi nomen ἄγριος tractat, non neglecto Ænea. Adde Jacobs. ad Callistrati verba de satyri statua p. 146 : ἡ δὲ μελῶν στεῤῥότης τὴν ὥραν ἔκλεπτεν εἰς ἄρθρων συμμετρίαν ἀνδρικῶν τὴν ἰδέαν τραχύνουσα. Quum merito displiceat ἀνδρικῶν, Jacobsius apte conjecit ἀγρίων. Aptior forsan conjectura fuerit ἀγροίκων vel ἀγροικικῶν.

(135) D, ταυτά. Et sic Ambrosius legit. ABC et Ba, ταῦτα, quod nec male habet. Libanius t. 1, p. 520 : Μοίραις δὲ ἄρα οὐ ταῦτα ἐψήφιστο· codex 1000, ταυτά. Sed edita lectio servari potest. Synesius Epist. 131 : καὶ σὲ ταῦτα ἐκείναις πλημμελεῖν. Inveni ταυτὸν in uno codice, ταυτὰ in duobus. Vel hoc, vel illud sumendum. Nota est illa permutatio. Exempla dedi ad Psellum. — Statim meæ editioni ex Barthiana male adhæsit μοιχίας. Reponas, μοιχείας, quod est in ABCD.

(136) D et Ba, τοῦ ἰοὺ τῆς. ABC et Aug. bis ἰού. Cf. ad Zachariam n. 480. — Προαγωγὸς ἡ δίκη] « Lenocinii alligat justitiam. Glossarium Cyrilli : προαγωγὸς, πορνοβοσκὸς, lenocinator. Hesychius : προαγωγὸς, διδάσκαλος κακὸς, καὶ μαστρωπός. Estque infame nomen. Pollux lib. 7, c. 33 [§ 201] : εἰ δὲ χρὴ καὶ τὰς αἰσχίους πράξεις τέχνας ὀνομάζειν, ἐρεῖς, πόρναι, πόρνοι, ἑταῖραι, ἑταιροῦντες, πορνεῖα, οἰκήματα, ματρυλλεῖα, πορνοβοσκοὶ, προαγωγοὶ, μαστρωποί ». BA. De nomine προαγωγὸς vide not. ad Theophyl. Simoc. Epist. 54, p. 291.

(137) Ba, ἔνθεος. Hæc epitheta, quæ serio usurpavit modo Theophrastus, non sine ironia repetit Euxitheus : vid. modo n. 124. — Πολυμαθὴς Πορφύριος] « Φιλοσοφίας πᾶν εἶδος ἐκματτόμενος Πορφύριος, ὥσπερ ἑρμαϊκή τις σειρὰ καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἐπινεύουσα, διὰ ποικίλης παιδείας πάντα εἰς τὸ εὔγνωστον καὶ καθαρὸν ἐξήγγειλεν : Eunapius [pp. 8, 9]. Apud quem de polymathia hujus viri admiranda sequuntur. Stylus sane ejus præ omnibus scriptoribus id genus et perspicuus et elegans est; quod mihi assentietur qui Plotinum, Iamblichum, Julianum, Libanium, Themistium, Eunapium, Zosimum, cum

nonnullis aliis ejus census, contulerit. — Ἔνθους Ἰαμβλιχος] Fastum hominis notat, qui jactabat in aliis talia et ipse sustinere gloriabatur. Θειότατον διδάσκαλον a discipulis nuncupari solitum auctor est idem Eunapius [p. 13]; apud quem plura huc pertinentia vide: ὡς εὐχόμενος τοῖς θεοῖς μετεωρίζῃ μὲν ἀπὸ τῆς γῆς πλέον ἢ δέκα πήχεις εἰκάζεσθαι, τὸ σῶμα δέ σοι καὶ ἡ ἐσθὴς εἰς χρυσοειδές τι κάλλος ἀμείβεται, etc. Tetigisse tamen aliquando præ aliis veritatem vides in iis quæ de anima ipsius proponit Nemesius cap. 2 De homine [loco laudato n. 126]. — Ceterum sententiam hujus commatis neuter ante nos interpretum cepit, ut ex nostra translatione apparere poterit. Est ironia insignis in magnidicos balatrones, absurditatis eos convincens ». BA. Si quid vertendo profecit Barthius, non tanti esse videtur, ut ejus latina describam.

(138) Τὸ ἐφ' ἡμῖν] « Nostra crimina, nostras hallucinationes ». BA. Sequentia verba ἀνθρωπίνων πταισμάτων cum similibus componuntur a Davisio ad Tuscul. 1, 30.

(139) Ultimam sententiam, τούτοις ... βούλεται, Ægypto tribuit B. Eam Ambrosius interrogative reddidit, quod non displicet. — Mox, ante Εὐξίθεε, neglexi ὦ a solo Barthio oblatum.

(140) Συριανός] « Ἀλεξανδρεύς, φιλόσοφος, ἡγησάμενος τῆς ἐν Ἀθήναις σχολῆς τε καὶ διατριβῆς, διδάσκαλος γενόμενος Πρόκλου, ὃ καὶ διάδοχος αὐτοῦ ἐγένετο. Ἔγραψεν εἰς Ὅμηρον ..... » BA. Qui totum hunc eumque non brevem Suidæ de Syriano locum descripserat.

(141) Πρόκλος] « ὁ Λύκιος, μαθητὴς Συριανοῦ, ἀκουστὴς δὲ καὶ Πλουτάρχου τοῦ Νεστορίου τοῦ φιλοσόφου, καὶ αὐτὸς φιλόσοφος πλατωνικός. Οὗτος προέστη τῆς ἐν Ἀθήναις φιλοσόφου σχολῆς· καὶ αὐτοῦ μαθητὴς καὶ διάδοχος χρηματίζει Μαρῖνος ὁ Νεαπολίτης. Ἔγραψε πάνυ πολλά..... BA. Qui et hic plura eaque longissima e Suida transcripsit, quæ omitto. De Syriano ac Proclo inquirentibus satisfaciet Fabricius Bibl. Gr. et Prolegomenis in Vitam Procli a Marino scriptam. Cf. et ad Zachar. n. 15.

(142) D et Ba, αὐταῖς. Est ἐκείνοις in ABC et Aug.; εὑρήμασι in D et Ba.

(143) C, τὴν λογικὴν, superscripto τὸ, ut sit τὸ τὴν λογ. μετατίθεσθαι.

Sed vulgata bene se habet. AB, εἰς κτινώδη. An κτηνώδη? Præstat ἰκτινώδη propter præcedentia, ubi ὄνος et ὀνώδης, λέων et λεοντώδης memorata sunt. Habuit Bulengerus ἰκτινώδη, habuit et Ambrosius: « neque in milvinum item hominem emittunt ».

(144) A, ἀνθρωπίαν. — Συνδεδέσθαι] « Convinciri. Hinc intelligendum, quod hujus philosophiæ sectator pervicax Claudianus lib. 2 [480] in Rufinum ait: *Nam juxta Rhadamanthus agit, quam gestu superni Curriculi totosque diu perspexerit actus, Exæquat damnum meritis, et multa ferarum Cogit vincla pati; truculentos ingerit ursis, Prædonesque lupis; fallaces vulpibus addit. Addit*, inquit, manifesto hanc Syriani et Procli doctrinam sibi animo esse indicans » BA.

(145) Sæpe apud Homerum Hector κορυθαίολος dicitur.

(146) « Cleonem dicit Aristophanis comici adversarium, impudentem, loquacem, turbulentum hominem. Vide Plutarchum in Nicia [c. 7], Diodorum Siculum [12, 55, ubi Wessel.], interpretes biographosque Aristophanis [illos ad Eq. inprimis] ». BA.

(147) D, καὶ καθὰ τὸν ὑπέρβολον ἕλκει· ἀναίδεια γὰρ ἑκατέρου τὸ γνώρισμα· καὶ διπλοῦς τις ὢν μύρμηξ, ὁ σφὴξ, ὁ βάτραχος, ἡμᾶς οὐ διελάνθανεν. Wolfio vertente: « sicque ille quasi lapidem cervici alligatum trahet; impudentia enim utriusque est insigne. At formicas, vespas, ranas esse duplices non hactenus latuit ». Ba, ἀμφότεροι * μετὰ τὸν Ὑπέρβολον...... ἡμᾶς διελάνθανεν. August., μετὰ τὸν ὑπέρβ..... ὢν ὁ μύρμ... ἡ μετὰ διελ. Cogitat Wernsdorf. de legendo, ἡμέτερα διελάνθανεν. Quod edidi est in ABC, fuitque repertum ab Ambrosio qui vertit: « musca item Hyperbolum trahet » (imo trahit); « quippe par fuit utriusque impudentia: porro duplicem formicam, duplicemque vespam et muscam et ranam hucusque ignoravimus ». De emendatione apte monitum erat a Barthio, cujus hæc est nota: « Locus fœde corruptus. Corrige, distingue: βοῶσιν ἀμφότεροι· μυῖα τὸν Ὑπέρβολον ἕλκει. Et mox: ἀναίδ. γ. ἑκ. τὸ γν. καὶ διπλοῦς ὢν ὁ μ., ὁ σφ., ὁ β., ἡ μυῖα διελ. Impudentem nimirum turpemque hominem muscæ comparat, ut de Ægyptiis Orus Apollo [1, c. 51]: ἰταμότητα δὲ δηλοῦντες μυῖαν ζωγραφοῦσιν, ὅτι συνεχῶς ἐκβαλλομένη οὐδὲν ἧττον πα-

ῥαγίνεται. Vidit lectionis veritatem vetus interpres Ambrosius Camaldulensis, quem recentior [Wolfius] perperam neglexit inspicere. Hyperbolus vero innuitur Thucydidis [8, 73], Aristophanis [Eq. 1300, etc.], Ciceronis [Brut. 62] litteris improbe litigiosus homo; de quo jam alii [Florens Christ. ad Irenam Arist. p. 71] commentati sunt ». BA. Adde Pierson. ad Mœr. p. 2; interpretes ad Thucyd. l. l.; Larch. ad Plut. De Herod. mal. § 4; Fabric. et Harl. Bibl. Gr. t. 2, p. 488; Moser. ad Cicer. Rep. 4, 10.

(148) D et Ba, τὸν ἔτι τῆς τιμωρ. AB, τὸν ἐπὶ τῆς τιμ. C, τὸν ἔτι τιμ. Statim D et Ba, σὺ μὲν οὖν. Est οὔμενουν in ABC et Aug. Cf. n. 211.

(149) D et Ba, ὁ Ὀδυσσεύς ... δοκεῖ. D, τῇ μύρμηκι. Aug., τῷ μύρμ. Edidi quod exhibent ABC. Ad verba κριοῦ παρὰ Κύκλωπι admove Odyss. 9, 425 sqq.

(150) D et Ba, οὐ καταγέλαστος μυθολογία. Exhibui scripturam codicum. Ambrosius : « quis non rideat infelices homines præ tumore jactantiæ in amentiam adeo præcipitatos, ut inhonestis fabulis promte ac libenter accedant » ? Non omnino male ad sensum, quamvis liberius. « Nonne enim ridiculum est præ tumore ac stupore fabulas non intelligere quid velint ? » — AB statim ἐπεσθάνεσθαι. Sic passim αι et ε confusæ. In Ducæ Historia p. 21, 3, Bullialdus scripsit ἐρήτας. Repererat in codice ἐραίτας, quod ipsum ducebat, ni fuisset in talibus valde cæcus, ad nomen ἐρέτας, a Bekkero bene rescriptum.

(151) D, ψάρων... φαίης τοὺς ἐπὶ σκηνῆς διατάττοντας. Ba, sic, cum διαταράττοντας. Dedi quod dant ABC. In Aug. supra σκηνῆς scriptum est στρατιᾶς. Ambrosius : « eorum qui in scena perstrepunt ». Non habuit στρατιᾶς. Wolfius suum διατάττοντας vertit, qui potuit : « qui in scena personatos exercitus ducunt ». Sequens καὶ συνταράττειν dubitationem omnem tollit ; quibus tamen verbis carent ABC. — Τοὺς ἐπὶ σκηνῆς διαταράττοντας] « Publicorum gaudiorum et tranquillitatis popularis interturbatores nomine hoc æstimat, quod maximum crimen censet. Sic infra [p. 40, 12] : ἀλλὰ τὴν μὲν διακοσμήσασαν τόνδε τὸν ἀγῶνα ... τὴν δὲ ... διαταράττουσαν μὲν τὸ θέατρον, τοὺς δὲ νόμους συγχέουσαν... ». BA.

(152) D et Ba, τῶν δεσμῶν γίνεται φυγή. Sequor ABC. Ambrosius: « ejusmodi mactationem fugam esse animæ ».

(153) AB, συνεδέσθησαν. BD et Ba, φήσουσιν. — Οὐ γὰρ ἀθάνατον τὴν ἄλογον] « Vide sub finem Dialogi [p. 69, 22]. Argumenta ab elementis sunt, unde componuntur brutorum animæ, quod harmoniæ qua constant moventurque omnia incapacia sint animantia præter hominem. Multa talia congeri possint ex libris philosophorum; disputari contra ex Plutarchi duobus commentariis, Gryllo et De sollertia animalium ». BA.

(154) D et Ba, ἀφύαις συνδεθεῖεν, εὐπράττοι δὲ καὶ τῶν ἀσπαλιευτῶν ἡ σ. Aug., εὖ πράττοι δὲ καὶ τ., notato καὶ punctis delentibus. ABC, εὖ πράττει, cetera ut ego. Infra D et Ba, AC, ἀφύων. B, ἀφυῶν. — Ἀφύαις συνδεθεῖεν] « Speciem pro genere posuit; idque propter vilitatem apuarum, piscis, qui non ex concubitu, sed limo vulgo prognasci perhibetur. Oppianus Cyneg. 2, [565]: Ἤδη καὶ διεροῖσιν ἐν ὑγροπόροιο θαλάσσης Βένθεσιν αὐτόῤῥεκτα φύει καὶ ἀμήτορα φῦλα, Ὄστρεον, ἠπεδαναί τ' ἀφύαι κόχλων τε γένεθλα, Ὄστρακά τε στρόμβοι τε, τά τε ψαμάθοισι φύονται. Vide eumdem fine libri primi Halieuticorum [767] ». BA. Vide et supra n. 100. — Mœris: ἀσπαλιευτὴς, ὁ τῇ ὁρμιᾷ χρώμενος ἁλιεύς· ἀττικῶς. Vide Fisch. ad Plat. Soph. § 3, Heind. ibid. § 7. Idem nomen notiori ἀσπαλιεύς. Theodorus Prodr. Rhod. 5, p. 214: Οὕτω τὰ πολλὰ τῶν θαλαττίων γένη Ἀσπαλιεὺς ἄνθρωπος ἀγρεύειν ἔχει, Τροφὴν προδεικνὺς, καὶ παρεγκύπτων φόνον. Lego, φόνῳ: « Cervice prona piscium intentus neci ».

(155) D et Ba, ἀπολειπούσης. Lemma in Aug.: ὅτι ἐξ ἰχῶρος βοὸς τεθνηκότος σμῆνος μελιττῶν προσέρχεται. « Apum hanc confectionem celebrat etiam sub finem Dialogi [p. 63, 17]. Nota ea ex divino opere Georgicon Virgilii ejusque interpretibus. Accurata cum primis hæc est Æneæ nostri descriptio ». BA. Si accurata est descriptio rei quæ nulla est; nec immorabor refutandis quæ non sunt refutatione digna. Loca congessit Beckmann. ad Antig. Caryst. c. 23. Vide et Jacobs. ad Anal. t. 8, p. 181. Psellus Opusculis ineditis, p. 86 editionis futuræ: ὄνοι μὲν σὺν σηπόμενοι κανθάρους ἀπογεννῶσι, καὶ ἵπποι σφῆκας καὶ ταῦροι μελίσσας, καὶ ὕδωρ διαφθαρὲν κώνωπας. Ruccelaus recentissimus poeta, scilicet ut Virgilium suum pressius imitaretur et ineptiis esset antiquus, apes e bubulo sanguine nasci cecinit.

Heinsius, qui voluit esse facetus, Laude pediculi p. 512 : « quid apibus prudentius ? quid vero fœdum minus, magis autem necessarium ? e corruptione bovis nascuntur ».

(156) D et Ba, ἕως ἀπείποι· καὶ ὁ μὲν ἐλεεινῶς ἔκειτο, οἱ δὲ τὰς θ. ἀκρ. συγκλ. ὡς μηδαμόθεν εἰσδύνειν τὸ πνεῦμα, ποτὲ μὲν ἀπ. ἀριθμ. δὲ ἡμ. τετταράκοντα. ABC mihi fuerunt duces. Est male ὅτω in A. ABC, εἰσδύνοιτο πν. — Ἡμέρας τεσσαράκοντα] « Hujus numeri magnum usum in rerum natura et sacris litteris observamus in commentariis Adversariorum [forsan in inedita parte], et alibi ». BA. De numero quadragenario indefinite sumto vide quæ ad Matthæi verba 4, 2, νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, animadvertit Munter. Misc. Hafn. fasc. 1, p. 5 et in Add.; vide et Bredow. ad Syncell. p. 33; Barthelem. Acad. Inscript. t. 26, p. 594, de Persarum heroe Rustano narrantem, corporis mensuram, si incolis fides sit, quadraginta cubitus æquasse. P. Chrysologus Serm. 166, qui est de quadragesimali jejunio : « quadragenarius iste numerus tam sacratus esse a sæculis, tam mysticus reperitur, ut semper in efficiendis rebus divinis et maximis dei negotiis explicandis adhibitus lege inviolabili perscribatur ». Andreopulus Syntip. p. 89 : κάθισον ἐπάνω αὐτοῦ τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ νύκτας ὁμοίως ἐσθίων καὶ πίνων ὀλίγον. Sed quod magis sit ad rem monebo, scilicet, Florentino teste Geopon. 15, 2, 14, viviscere apes ex bove natas die una et vigesima : vide ibi Niclas.

(157) D, τούτους. Ba, τούτοις. Aug. et ABC, ταύτας. Mox D et Ba, ἆρ' οὖν... μελισσῶν ἀγ. συνέταττεν. ABC ut ego; et Aug., ἆρ' οὖν ... μελιττῶν. Statim, pro διαφαίνεται, malim καταφαίνεται, quo verbo non semel usus est Zacharias : pp. 85, 22; 87, 11; 88, 8; 100, 6; 103, 26; 142, 2.

(158) Τοσαύτη τῶν δογμάτων ἡ πλάνη] « Notabile epiphonema. Veritas enim disceptationibus prorsus tandem interstinguitur ». BA.

(159) Ποῖ φέρεσθε, ὦ Ἀθηναῖοι] « Exclamatio ex majorum gentium oratore aut declamatore quopiam petita ». BA. Plato Clitophonte, verbis quæ multi deinde frequentaverunt : ποῖ φέρεσθε, ἄνθρωποι; Plura dixi ad Planudis Metam. p. 399. Plutarchus De mul. virt. t. 2, p. 196 : ποῖ φέρεσθε, ὦ κάκιστοι πάντων ἀνθρώπων; Eusebius In

Hierocl. c. 47 : ὦ ἄνθρωποι, θνητὸν καὶ ἐπίκηρον γένος, ποῖ δὴ φέρεσθε, τὸν τῆς ἀκρασίας ἄκρατον ἐμπιόντες; Himerius Orat. 20, 6 : ποῖ φέρεσθε, ὦ νύμφαι;

(160) D et Ba, οἱ τῷ μυθολ. Proposuit Barthius, οὕτω μυθολ. ABC, ὅτῳ γοῦν μυθ. Aug., οἱ τῷ συμμυθ., et de correctione ὁτῳοῦν μυθ. Quæ correctio mihi placuit. Infra p. 60, 9 : ὁτῳοῦν σώματι.

(161) Ba, ἐξέλαμπε. — Οἷον οἱ πυρφόροι τῶν λίθων] « Egregia comparatio, quam ponunt et alludunt frequenter boni scriptores. Exstat in schedis veteribus apud nos epigramma istud : *Collisi silicis chalybem vigor urget in ignem, Et flammam inter se quassa metalla vomunt. Durities vitæ fortunæque improba virtus Vitam emendantes scit generare preces. Sic anima in vivi scintillas emicat ignis, Et sua fert miti damna levanda deo. Sic quoque naturæ generant contraria lucem, Factoris pateant ut monumenta dei. Sic ratio sese peccantem cernit in usu, Admonet et superi lux peritura poli* ». BA.

(162) D et Ba, ἀνέστρεφε. D, πατέρων. Ba, πατρίων. Aug., πατερίων, teste Wernsdorf. ABC ut ego. — « Aliam lectionem videtur secutus Ambrosius, qui ita hoc commatium reddidit : *ista mihi sæpe antea consideranti ita esse videri solebant mentemque ad se rapiebant; sed partim magistrorum verecundia, partim socii et comparis, quicum ista conquirerem, desideratio, properantem ac jamjam assentientem continuit.* Legit ille utique κατείργουσαν, τὴν διάνοιαν videlicet; quæ non inepta est sententia. Vertas ita : *sed patriorum dogmatum reverentia et commodi commilitonis inopia ab assensu mentem sustinuerunt.* Vel legas : τῶν δὲ πατρίων αἰδοῖ καὶ συμμαχοῦντος ἀπορίᾳ κατείργουσα ἀπεῖχεν. Wolfius, uti sæpius alias, nihil hic extricavit ». BA. Ipse Barthius, cum multa extricare putat, se multum intricat. Legit Ambrosius quod est in D. Omisit κατείργουσα in versione, et addidit ex sermonis abundantia « properantem et jamjam assentientem ». Quod si πατέρων « magistrorum » verterit, id apte factum, quum πατὴρ sit sæpe pro magistro ac doctore : vide supra n. 51. Wolfius paulo pejus, quem non immerito reprehendit Barthius : « eadem mihi quoque, priusquam hoc ex te audirem, animo sederunt, mentemque inde sæpenumero retraxerunt; sed majorum reverentia, et ejus quocum disputabam rationis et consilii inopia, me adigebant ac continebant ». Ipse verterim : « illa mihi vel antea

cogitationi insidentia sæpe invertebant mentem; sed dogmatum antiquorum reverentia et commilitonis defectus impediebant me ac retinebant ». Nomen πάτριος, τὰ πάτρια, illustrat Krabing. ad Synes. Calv. p. 154. Est in κατείργουσα ἐπεῖχεν recordatio loci Platonici quem vide n. 193.

(163) D et Ba, πρὸ ἄλλων. ABC et Aug., πρὸ τῶν ἄλλων. Ambrosius sine Euxithei persona, qui nec supra Theophrasteam habuit: « illud autem ante omnia subibat ». Mox pro καὶ γὰρ codicum meorum, D et Ba, καί τοι. Et ἀμέλει non est in D et Ba.

(164) Τὰς μαθήσεις ἀναμνήσεις ἀμ. καλοῦσιν οἱ παλαιοί] Locus est Platonis eo de dogmate classicus Phæd. § 20: κατ' ἐκεῖνον τὸν λόγον, ὦ Σώκρατες, ὃν σὺ εἴωθας θαμὰ λέγειν, ὅτι ἡμῖν ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο τι ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὖσα, καὶ κατὰ τοῦτο ἀνάγκη που ἡμᾶς ἐν προτέρῳ τινὶ χρόνῳ μεμαθηκέναι ἃ νῦν ἀναμιμνησκόμεθα. Vide quæ ibi notavit Wyttenb. et in Opusc. t. 2, p. 574. Plato rursus Menone, inter alia, p. 62: τὸ γὰρ ζητεῖν ἄρα καὶ τὸ μανθάνειν ἀνάμνησις ὅλον ἐστίν: ubi Stallbaum., quem vide et Proleg. ad Phileb. p. 27. Adde Reynders. ad Symp. p. 122; Ast. ad Phædr. c. 29, p. 310; Creuzer. ad Plotin. De pulcr. p. 166; Elmenhorst. ad Arnob. 2, p. 74; Cellar. ad Lactant. 7, p. 868; Vallin. ad Boeth. p. 68; Hansch. De enthusiasmo Platon. 4, 16. Leibnitius Epist. ad Hanschium: « longe ergo præferendæ sunt Platonis notitiæ innatæ, quas reminiscentiæ nomine velavit, tabulæ rasæ Aristotelis et Lockii, aliorumque recentiorum, qui ἐξωτερικῶς philosophantur ».

(165) D et Ba, πρὸ τῆς τιμωρίας πολλάκις προλέγω. ABC ut ego. Ambrosius mutilum textum habuit.

(166) Μεμνῆσθαι ὡς..... προσπταίειν] Notaverunt sæpe viri docti usum conjunctionis ὅτι cum infinitivo: Wessel. ad Diod. Sic. 15, 57; Wyttenb. ad Plut. De educ. p. 4, E, t. 1, p. 93; Ast. ad Plat. Alcib. p. 305; Jacobs. in Miscell. critic. Friedem. t. 1, p. 159. Proclus in Plat. Parmen. p. 30: νῦν δὲ τοσοῦτον ὑπομεμνήσθω διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι μὴ δεῖ τὴν γυμνασίαν προτίθεσθαι. Est in codice quem citat editor v. d., ὅτι μὴ δεῖν: idque forsan scripsit Proclus. Hierocles fragm. p. 302: φημὶ τοίνυν καὶ σύμφορον εἶναι τὸν γάμον, πρῶτον μὲν ὅτι θεῖον ὡς ἀληθῶς φέρει καρπόν, τὴν τῶν παίδων γένεσιν. Memorat

Needham vulgatam φέρειν, quam servare debuit. Eodem modo conjunctio ὡς posita fuit cum infinitivo. Libanius t. 3, p. 19 : εἶπε δὲ ἀπὸ στόματος οὕτως, ὡς δεῖν μεθιστάναι τὴν πολιτείαν. Reiskius, qui malit δεῖ aut δέοι, non erit audiendus. Planudes Laudatione inedita Diomedis martyris : συνελογίσατο γὰρ καθ' ἑαυτὸν συλλογισμὸν τοῦτον ὑπηρέτῃ τοῦ μόνου θεοῦ πρέποντα, ὡς εἰ μὲν πρὸς ἄθλησιν καὶ αὐτὸς κληθείη, ἑτοίμως τε τῷ πράγματι προσδραμεῖσθαι, καὶ δείξειν μὴ μάτην τοσαύτην ὁδὸν ἠνυκὼς ἐκ τῆς Κιλίκων ἐπὶ τὴν Βιθυνῶν. — Sed facilius ac melius nunc illa capio : μεμνῆσθαι τούτου, ὥστε μηκέτι προσπταίειν.

(167) D et Ba, τὰ ἔσχατα διορίζων ἐπιτίμια. Aug., διορίζων, et supra γρ. γνούς. Ambrosius : « cum extremos cruciatus constituerit ». Habuit διορίζων. Meum καταγνοὺς est in ABC. Et B, αἴσχατα, permutatis αι et ε : quæ observatio prosit Photio Epist. 246, p. 374 : ὅσα ἄν τις καὶ βουλεύσῃ τε καὶ πράξῃ, πάντα πρὸς ἐκείνην τὴν μόνην ἀπάγει. Codex 2671, βουλεύσηται bene, et optime μονήν.

(168) Wolfius : « dum plenum vindictæ sensum *non* infert ». « Mirum quæ ratio eidem [Wolfio] persuaserit negationis huc intrudendæ. Pariter erravit et Ambrosius : *sed scelerum memoriam tollit, dum non exactum infert supplicii sensum*. Contrarium immo vult auctor : injuste agi, si quidem memoria criminum nulla supersit, pœnæ autem exquisitæ inferantur velut conscio tantorum delictorum. Suadent hunc sensum omnia antecedentia et sequentia ». BA.

(169) D et Ba, ῥαδίως δέ. Ambrosius : « facillime autem ». Est τε in ABC. Est αὐτὸς αὐτῷ in AB, Aug. et Ba; αὐτὸς αὐτῷ in D et C. Tum λαγωὸς et ἀηδόνι in D et Ba; λαγὼς et κύκνῳ in ABC. Habuit Ambrosius ἀηδόνι : « lusciniam an milvum ». Junguntur κύκνος καὶ ἀηδὼν p. 20, 14.

(170) Ba, εἴη ποτ' Εὔφορβος. — « Persona hominis, quem ante Pythagoram se fuisse docere voluit Pythagoras. Scholiastes Horatii [ad Od. 1, 28, 10] : *Pythagoras prædicabat se apud Trojam Euphorbum Panthoi filium fuisse, qui, interfectus a Menelao, iterum revixit factus Pythagoras, idque eum cognovisse agnito clypeo quem in templo Euphorbus fixerat.* Clypei autem illud signum jactabat pro indubitato. Diogenes Laertius [in Pythag. 45] : Τὰς φρένας ἦν

ἐθέλῃς τὰς Πυθαγόρου νοῆσαι, Ἀσπίδος Εὐφόρβου βλέψον ἐς ὀμφαλόεν. Φησὶ γάρ· Οὗτος ἐγὼν ἦν πρόβροτος. Ὃς δ', ὅτε οὐκ ἦν, Φάσκεν ὅτ' ἦν, δήπου οὐκ ἂν ἔην ὅτε ἦν. Cujus epigrammatis vim vulgo minime capiunt; prorsus enim stultitiæ condemnat hoc scitum, tot philosophorum animis seductis nobile. Vide Gallum Luciani [c. 4] ». BA. De Pythagora Euphorbo vide Davis. ad Maxim. Tyr. Diss. 16, 2; Menag. ad Laert. 8, 5; Elmenh. ad Minuc. Fel. p. 98; Walch. ad Lactant. 3, 18; Lobeck. Aglaoph. p. 791; ipsum me ad Planud. Metam. p. 663, et ad Phil. Her. p. 581. Hieronymus Epist. Sel. 3, 13: « quomodo Euphorbus in Pythagora renatus esse perhibetur, sic in isto [Vigilantio] Joviniani mens prava surrexit ».

(171) Ἠλαζονεύετο. Et Micyllus Luciani l. l. Pythagoram vocat τὸν σοφιστὴν, τὸν ἀλαζόνα.

(172) D et Ba, δέκα ἔτη. ABC, ἔτη δέκα. — « Ipse dixit septem et ducentos annos apud inferos fuisse. Laertius [8, 14]: ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ γραφῇ φησι δι' ἑπτὰ καὶ διακοσίων ἐτέων ἐξ ἀΐδεω παραγεγενῆσθαι ἐς ἀνθρώπους. Qui ex Hieronymo memorat [8, 21] descendisse ad inferos et vidisse ibi animarum supplicia. Sed latibulum illum subiisse refert ex Hermippo idem Laertius [8, 41]: Ἕρμιππος λέγει, ὡς γενόμενος ἐν Ἰταλίᾳ κατὰ γῆς οἰκίσκον ποιῆσαι καὶ τῇ μητρὶ ἐντείλαιτο τὰ γινόμενα εἰς δέλτον γράφειν, σημειουμένην καὶ τὸν χρόνον· ἔπειτα κατιέναι [imo καθιέναι] αὐτῷ ἔστ' ἂν ἀνέλθῃ· τοῦτο ποιῆσαι τὴν μητέρα· τὸν δὲ Πυθαγόραν μετὰ χρόνον ἀνελθεῖν ἰσχνὸν καὶ κατεσκελετευμένον, εἰσελθόντα τε εἰς τὴν ἐκκλησίαν φάσκειν ὡς ἀφῖκται ἐξ ᾅδου, etc. Alia non congerimus ». BA.

(173) AB, πλάτωνος. D, λέγω, mendo typorum. Ba, AB, Aug., λέγων. C, λέγοντος.

(174) « Vide Philostratum lib. 3, c. 6, 7, etc. ». BA. Scilicet Vitæ Apollonii Tyanensis, quem nunc Æneas Cappadocem vocat, l. 3, c. 18.

(175) « De Ctesia nota veterum auctorum judicia. Vide Plutarchum Artoxerxe [c. 13], Strabonem lib. 1 [t. 1, p. 55], Aristotelem H. Anim. l. 8, c. 28. Indicorum excerpta sunt apud Photium ». BA.

(176) « Non plane de fabulosis narrationibus excusat Arrianum, si verba attentius perpenderis. Locus autem ejus scriptoris est initio libri septimi Anabaseos [c. 1, 9], quem innuit Æneas ». BA. Duplicem comparativum, ἀληθέστερον μᾶλλον ἢ μυθωδέστερον, frequentat et Latinorum lingua. Aristides t. 2, p. 243 : Κερκυραῖοι δὲ σοφώτερα ἢ δικαιότερα ἐβουλεύοντο. Libanius t. 1, p. 633 : ἔστιν ἀκούειν ὁριζόντων, τῶν μὲν ὡς πολεμικώτερος εἴης μᾶλλον ἢ φιλανθρωπότερος, τῶν δὲ ὡς φιλανθρωπότερος μᾶλλον ἢ πολεμικώτερος. Dionysius Halic. de Isocrate t. 5, p. 432 : πανηγυρικώτερός ἐστι μᾶλλον ἢ δικανικώτερος. Longus 3, p. 72 : ὀξύτερα τολμήσαντες ἢ σωφρονέστερα· ibi Schæfer. Plato Theæt. 5 : μανικώτεροι ἢ ἀνδρειότεροι φύονται· ibi Heindorf. Idem Rep. 3, p. 224 : σοφώτερος ἢ ἀμαθέστερος δοκεῖ. Gregorius Naz. t. 2, p. 17 : Ἀνδρός τι πάσχω (καὶ γὰρ οὐκ ἀρνήσομαι) Ἁπλουστέρου τι μᾶλλον ἢ σοφωτέρου. In Æneæ loco non urgebo pleonasmum adverbii μᾶλλον, cum possit jungi verbo συγγράφων.

(177) « Quum de insatiabili possidendi cupiditate Alexandri locutus fuisset Arrianus, ista subjicit : καὶ ἐπὶ τῷδε ἐπαινῶ τοὺς σοφιστὰς τῶν Ἰνδῶν, ὧν λέγουσιν ἔστιν οὓς... » BA.; qui multa transcribit, apud Arrianum ipsum potius quærenda.

(178) D et Ba, ἀφανεῖς βοῦς. Wolfius : « aliquibus quæ non videntur monstris perterrerent ». Et Barthius, qui etiam male αὐτὸν Ἀλέξ. edidit pro ἂν τὸν Ἀλ., vertit, « fictis monstris », hac addita nota : « monstra incognita et mentem terriculamentis percellentia, quando rerum visibilium nullam metuiturus videbatur Alexander : notandus autem usus βοῦς ἀφανεῖς ἀναπλάττειν proverbii ». Ambrosius : « uti Alexandrum, qui nihil mortale metueret, vel hujusmodi pavoribus terrerent ». Habuit non βοῦς, sed φόβους, quod habent ABC. Quos Æneæ adimo boves, Luciano dederat olim Barnesius, legens ἡελίου τὰς βόας, pro edito ἠελ. τὰς βολὰς De astrol. c. 22; quam certissimam emendationem ignoraverunt Luciani editores, forsan non diutius ignorabunt, moniti a Buttmanno ad schol. Hom. p. 407, a Fritzschio Quæst. Luc. p. 187, nunc a me quoque.

(179) « Non cepit interpres sententiam, quum ὁμοφύλους *nostros homines* reddidit Wolfius. Nam de Indis illis, tum in potestate iracundiæ obnoxii victoris constitutis, loquitur Æneas. Ἀνάστασις autem excidium, eversionem, notat hoc loco. Suida ;

Ἀνάστασις, ἀντὶ τοῦ ἀναστάτωσις. Πολύϐιος· Μασσανάσσην δὲ Καρχηδόνι αἴτιον τῆς ἀναστάσεως γενέσθαι, πάμπαν αὐτὴν ἀσθενῆ Ῥωμαίοις ὑπολείποντα ». BA. Verba Polybii, imo Appiani, ex incorrecta Suidæ editione descripserat Barthius, quæ ex Gaisfordiana suscepi. Ceterum Ambrosius circa nomen ὁμόφυλοι non peccaverat: « cum de servitute *patriæ* ac vastitate periculum haud obscure immineret ».

(180) « Puto exstare aliquid hujus epistolæ, nec memini tamen ubi. De consensu cum Græca philosophia Brachmanum Strabo lib. 15 [t. 3, p. 120]: περὶ πολλῶν δὲ τοῖς Ἕλλησιν ὁμοδοξεῖν· ὅτι γὰρ γεννητὸς ὁ κόσμος καὶ φθαρτὸς λέγειν κἀκείνους καὶ ὅτι σφαιροειδής, ὅ τε διοικῶν αὐτὸν καὶ ποιῶν θεὸς δι' ὅλου διαπεφοίτηκεν αὐτοῦ· ἀρχαὶ δὲ τῶν μὲν συμπάντων ἕτεραι, τῆς δὲ κοσμοποιίας τὸ ὕδωρ· πρὸς δὲ τοῖς τέτταρσι στοιχείοις πέμπτη τίς ἐστι φύσις, ἐξ ἧς ὁ οὐρανὸς καὶ τὰ ἄστρα, γῆ δὲ ἐν μέσῳ ἵδρυται τοῦ παντός· καὶ περὶ σπέρματος δὲ καὶ ψυχῆς ὅμοια λέγεται καὶ ἄλλα πλείω· παραπλέκουσι δὲ μύθους, ὥσπερ καὶ Πλάτων, περί τε ἀφθαρσίας ψυχῆς καὶ τῶν καθ' ᾅδου κρίσεων, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Sed talibus fingendis luxuriatur græcanica licentia ». BA.

(181) ABC, τῶν προτέρων. Quod placet minus ob τῶν ὕστερον. Est tamen sine varietate p. 61, 11: τῶν παλαιῶν καὶ τῶν ὕστερον. Dixit οἱ ὕστεροι, p. 8, 20. ABC, μόνος. Editi, μεμονωμένος. Aug., μεμονωμένος, suprascripto γρ. μαινόμενος. Ambrosius, « solus ac destitutus Apollonius »; ut utramque scripturam habuisse videatur, μόνος καὶ μεμονωμ.

(182) D et Ba, Ἱεροκλῆς δὲ οὐκ ὁ δ. ABC, ὁ Ἱερ. δ' οὐχ ὁ δ. Notavit tantum οὐχ ex Aug. Wernsdorf. — « Est bonus ille Hierocles, contra quem Christo Domino comparantem magum Apollonium exstant diatribæ Eusebii ». BA. De illo Hierocle misochristo loca collegit Olearius ante Eusebii librum a se editum, non omisso Ænea, nec omisso mendo οὐκ ὁ διδ. De Hierocle alio, Æneæ magistro, n. 8.

(183) ABC, ἡτερηκώς. Iidem infra recte, ἡταιρηκώς. Lexicon Bekk. p. 262: ἡταιρηκώς, πεπορνευκώς, ἠτακτηκώς. Cf. Gesner. Socrat. sanct. pæder. p. 36. — Κερκυραῖος] « Nomen patriæ notat, notæ cujusdam latentioris caussa, velut mollitiem incolis quampiam exprobret ». BA. Vix putem id latere quod Barthius suspicatus est.

Patriæ nomen adjecit, quod veritatis color quidam historiolæ conciliaretur.

(184) D et Ba, νεώς. Ba, ὅτι παρ' ἐκεῖ... τῷ πρὸ βίῳ. ABC ut ego. Mox scripsi οὔκουν pro ceterorum οὐκοῦν. AB, ἀναμνημονεῖ. C, ἀμνημονεῖ, ut editi. D et Ba, ἀλαζονεύεται, quod et Ambrosius legit. Est plurale verbum in ABC.

(185) D et Ba, καὶ μέντοι καὶ παρὰ X..... ὅπη ἂν ἐθέλωσιν... ἐθέλειν καλεῖν... χαρακτῆρα... προκαλεῖσθαι. Ba quoque ἐγείροντες... ἐκκαλεῖν... Φορωνέους. ABC, καὶ μὴν παρὰ... ὅποι... ἐθέλοις καλεῖν... χαρακτῆρας... προσκαλ. Et est in Aug., χαρακτῆρας... προσκαλ. Scripturam ἐκκαλεῖν, etsi bonam, quum sit ab uno Barthio exhibita cui parum fidendum, non servavi. Et est mox καλούμενοι. — « De evocationibus et sacrificiis ad ea, et spectris et dæmonibus, infinita notarunt docti homines, hic non expetenda ». BA.

(186) D et Ba, ὅτι οὐ ὁ ἄνθρωπος... οὐ τὸ γύναιον. Aug. ABC, bis οὐδέ. Barthius verba ἔδειξαν ἀ. χ. τ. δ. τ. π. κ. τ. γ. omisit imprudens; nam omissa græca vertit latine. Lacunæ supplementum exhibueram ad Simoc. p. 190. Ipse Barthius loco integro usus fuit ad Stat. Th. 4, 512. Mox C, ἄνισχεν. Eadem iisdem ferme verbis infra iterantur, ubi n. 498.

(187) Γραὸς μυθολογία] « De extreme ineptis fabulis proverbium ». BA. Porphyr. De abst. 4, 16, p. 354 : ματαιολογίαν ἡγοῦνται τὴν τοιαύτην παραίτησιν καὶ τὸ δὴ λεγόμενον γραῶν ὕθλον. Ibi Rhoer. Plato Gorg. § 174 : τάχα δ' οὖν ταῦτα μῦθός σοι δοκεῖ λέγεσθαι, ὥσπερ γραός. Ibi Heind. Basilius in Hexaem. Hom. 6, p. 73 : μῦθοί τινες καταγέλαστοι ὑπὸ γραϊδίων κωθωνιζομένων παραληρούμενοι.

(188) D et Ba, ἀτυχοῦσιν δὲ ἀγαθοί. ABC, ἀτυχοῦσι δ' ἀγ. — « Bono viro malum accidit nihil. Plena his philosophia Platonis, Pythagoræ, Senecæ, Marci Antonini, Epicteti, Boethii. Indis ex vetustioribus scriptorum eadem statui adnotat Strabo libro 15 [t. 3, p. 120] ». BA. Vide mox n. 197.

(189) D et Ba, Εἰπέ μοι πρότερον δὲ τίνα φῂς ἀτυχίαν, ἢ νόσον. ABC, ἥδιον· ἀλλ' εἰπέ μοι τίνα φὴς ἀτυχίαν· ἥν. Ambrosius conspirat cum editis. Tamen non habuit, saltem non vertit πρότερον.

(190) D et Ba, π. καὶ στρεβλοῦσθαι καὶ τὸ ὅλον ἀναιρεῖσθαι. Edidi quod habent ABC. Ambrosius : « num morbo et paupertate tabescere? num secari, uri, excarnificari, ac postremo interfici? » Invenisse videtur aliud quid, καὶ τέμνεσθαι καὶ καίεσθαι καὶ στρεβλοῦσθαι καὶ τὸ ὅλ. ἀναιρ. — « Notabile scitum Brachmanum apud Geographum modo nominato loco [l. 15, t. 3, p. 120]: mortem partum sive productionem esse ad veram vitam. Malum quid revera sit pulcre summatim indicat Marcus Imp. lib. 8 [§ 1]: πεπείρασαι γὰρ περὶ πόσα πλανηθεὶς οὐδαμοῦ εὗρες τὸ εὖ ζῆν· οὐκ ἐν συλλογισμοῖς, οὐκ ἐν πλούτῳ, οὐκ ἐν δόξῃ, οὐκ ἐν ἀπολαύσει, οὐδαμοῦ. Ποῦ οὖν ἐστιν; ἐν τῷ ποιεῖν ἃ ἐπιζητεῖ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις. Πῶς οὖν ταῦτα ποιήσει; ἐπὰν δόγματα ἔχῃ, ἀφ' ὧν αἱ ὁρμαὶ καὶ αἱ πράξεις. Τίνα δόγματα; τὰ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν· ὡς οὐδενὸς μὲν ἀγαθοῦ ὄντος ἀνθρώπῳ, ὃ οὐχὶ ποιεῖ δίκαιον, σώφρονα, ἀνδρεῖον, ἐλεύθερον· οὐδενὸς δὲ κακοῦ, ὃ οὐχὶ ποιεῖ τἀναντία τοῖς εἰρημένοις ». BA.

(191) Πρὸς πλοῦτον, τὴν δυναστείαν est in D typorum mendum. ABC, οὔτε αἰσχρά. D et Ba, οὔτ' α. ABC ἥγε π. π. ὠφέλησεν. Sed ἥγε, post πενία καὶ νόσος καὶ θάνατος, non convenit. D, εἴγε π. π. ὠφέλησαν. Ba, εἴγε π. π. ὠφέλησεν. E Wernsdorfii silentio, hic ut in aliis locis, fere sequitur consentire Augustanum cum D. — Πλοῦτον αὐτὴν ὀνομάζει] « Videlicet animum continentem ne ulteriora cupiat, quam quibus vita sustinetur; qua in persuasione est ingens opulentia et ipsa beatitudo. Non inepte Gualterus versificator in Alexandreide l. 10: *animum nullius egentem Non res efficiunt, sed sufficientia; quamvis Sit modicum, si sufficiat, nullius egebis.* Ausonius [Sap. Sent. Bias]: *Quis dives? qui nil cupit. Est quis pauper? avarus.* Appuleius Apologia [p. 24]: *is plurimum habebit, qui minimum desiderabit; habebit enim quantum volet, qui volet minimum.* Lucretius lib. 5 [1116]: *Quod si quis vera vitam ratione gubernet, Divitiæ grandes homini sunt vivere parce Æquo animo; neque enim est unquam penuria parvi.* Sic de Fabricio illo nobili Maro [Æn. 6, 844]: .. *parvoque potentem Fabricium.* Socratis rationes ex Platone, Xenophonte, Maximo, aliis, notissimæ sunt, quas isthic reponere non est animus, ut nec verba ipsa Platonis ». BA. Si quæ reponere volebat Barthius, malim omisisset loci communis tractationem, in quem et exspatiatus est ad Claud. Ruf. 1, 200, et fontem ipsum monstrasset unde sua hausit Æneas. Socrates ad Charmidem in Xenophontis Symposio 3, 9: ἐπὶ τίνι μέγα φρονεῖς; ἐγὼ αὖ, ἔφη, ἐπὶ

πενίᾳ μέγα φρονῶ. Νὴ Δί', ἔφη ὁ Σωκράτης, ἐπ' εὐχαρίστῳ γε πράγματι. Stobæi tit. 97, 25, Democritus, ante Socratem : σμικρὰ γὰρ ὀρέξις πενίαν ἰσοσθενέα πλούτῳ ποιέει.

(192) D et Ba, φιλοσοφίας φίλην. Aug., φιλ. φυλακήν, e correctione, quum esset antea, ut visum est Wernsdorfio, κεφαλήν. ABC, φ. φυλακήν. Ambrosius : « philosophiæ tutissimum præsidium » ; id est φυλακήν. Firmatur et φυλακὴν loco quem vide p. 32, 2. — Φιλ. φίλην] « Multa huc pertinentia sunt apud Appuleium Apologia, nobis etiam post alios longo sermone alibi illustrata ». BA. Apuleius Apologia p. 21 : « paupertas olim philosophiæ vernacula est ». Quod lectioni φίλην vicinum est. Barthius innuere videtur longum quem fecit sermonem de paupertate, coacervatis variorum scriptorum sententiis, ad Claudianum l. l. et Cons. Hon. 4, 414 : « Discitur hinc quantum paupertas sobria possit » ; et ad Rapt. Pros. 3, 32. Brevis fuit contra morem, ac justo brevior, in Racemationibus ad Petronianum c. 84 : « nescio quo modo bonæ mentis soror est paupertas » ; ubi reliqui interpretes minus fuerunt sobrii. Scripturæ φίλην illustrandæ potest et inservire quod de Atheniensibus ait Lucianus Nigr. 12, ὅτι φιλοσοφία καὶ πενία σύντροφοί εἰσι.

(193) D et Ba, Θεαγεῖ bis, et sine ἑταίρῳ, quod sumsi ex ABC, quibus οὕτω, pro οὑτωσί, reliqui. Locus Platonis quem Æneas respexit exstat Rep. 6, p. 36 Mass. : εἴη δ' ἂν καὶ ὁ τοῦ ἡμετέρου ἑταίρου Θεάγους χαλινὸς οἷος κατασχεῖν · καὶ γὰρ Θεάγει τὰ μὲν ἄλλα πάντα παρεσκεύασται πρὸς τὸ ἐκπεσεῖν φιλοσοφίας · ἡ δὲ τοῦ σώματος νοσοτροφία, ἀπείργουσα αὐτὸν τῶν πολιτικῶν, κατέχει.

(194) D, τῆς ὑγείας. Ba, καὶ ὑγείας. D et Ba, ἀντικαταλλασσόμενος. Pag. 24, 3 : ἀντικαταλλάττεται. Verbum illud tractavit Wyttenb. Philom. 3, p. 90. ABC sine ἔρρωτο γάρ · exhibent reliqua ut ego. — Νοσῶδες χωρίον καταλαβών] « Affligendo corpori ; nam pugilatui etiam aptum robur habebat, unde et Plato dictus est, quum ante Aristocles. Laertius [3, 4] : ἐγυμνάσατο δὲ παρὰ Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ παλαιστῇ, ἀφ' οὗ καὶ Πλάτων διὰ τὴν εὐεξίαν μετωνομάσθη, πρότερον Ἀριστοκλῆς ἀπὸ τοῦ πάππου καλούμενος ὄνομα, καθά φησιν Ἀλέξανδρος ἐν διαδοχαῖς. Abjecit ergo Plato corporis curam exactiorem ; quam tamen commendat, quæ bona eam sequantur docens, Socrates apud Xenophontem in fine libri 3 Ἀπομνημ. [c. 12]. Historiam

ipsam habes apud Ælianum Variarum lib. 9, c. 10 : ὁ Πλάτων νοσεροῦ χωρίου λεγομένου εἶναι τῆς Ἀκαδημίας, καὶ συμβουλευόντων αὐτῷ ἰατρῶν εἰς τὸ Λύκειον μετοικῆσαι, οὐκ ἠξίωσεν, εἰπών· ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ἂν οὐδὲ εἰς τὰ ἄκρα τὰ τοῦ Ἄθω μετῴκησα ἂν ὑπὲρ τοῦ μακροβιώτερον [imo μακροβιώτερος] γενέσθαι ». BA. Basilius Homil. De legendis gentil. libris § 19 : Πλάτωνά φασι, τὴν ἐκ σώματος βλάβην προειδόμενον τὸ νοσῶδες χωρίον τῆς Ἀττικῆς τὴν Ἀκαδημίαν καταλαβεῖν ἐξεπίτηδες... Ibi Fremion p. 136. Adde Kuhn. ad Ælian.

(195) Θάνατον κακῶν ἐλευθερίαν] « Lege Phædonem [§ 13, 14], omnium utique platonicorum scriptum princeps. Vide et librum nonum eclogarum Marci imperatoris [§ 3] ». BA. D et Ba, θνητὰ αὐτοῦ καὶ τὰ δεσμὰ π.

(196) D et Ba, δειλία, αἰσχ. τ. κακῶν καὶ ἔστι τι. ABC ut ego.

(197) Ἀεὶ δὲ πάρεστιν εὐδαιμονία] « Bono enim homini mali quid contingere nequit, neque viventi neque mortuo. Plato Apologia Socratis [§ 33] : ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς χρή, ὦ ἄνδρες δικασταί, εὐέλπιδας εἶναι πρὸς τὸν θάνατον, καὶ ἕν τι τοῦτο διανοεῖσθαι ἀληθές, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν οὔτε ζῶντι οὔτε τελευτήσαντι, οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τούτου πράγματα· etc. Pleni omnium egregie sapientium hac doctrina commentarii ». BA.

(198) ABC, οὐδ' ἀφαιρήσεται τούτων. Mox D et Ba, δύνηται. Verba βαλάντιον περικόπτειν vertit Barth., « corticem quidem aut pellem amputare circum », mirifice; male memor, ni fallor, Anaxarchei θυλάκου. Melius Ambrosius, « sacculum concidere »; et Wolf.: « marsupium amputare ». Respexit Æneas Platonem Gorgia § 137, οὔ φημι τὸ τύπτεσθαι ἐπὶ κόρρης ἀδίκως αἴσχιστον εἶναι, οὐδέ γε τὸ τέμνεσθαι οὔτε τὸ σῶμα τὸ ἐμὸν οὔτε τὸ βαλλάντιον. Sic scripsit Heind. per duo λλ. In Anthologia Pal. 5, 159, ubi τὸ σὸν βαλλάντιον οἶδεν, scholiastes Planudeæ, id nomen illustrans, credere se ait per duo λλ scribi metri tantum causa. Et βαλάντιον unice probat L. Dindorf. in Thesauro Stephani Didotiano, Epigrammatis auctori, quem Simonidis nomen mentiri ait, parum tribuens. — D, ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτος. Ceteri et Aug., ἀδέσποτον. Id præstat, quum sic habeant Platonis libri De Rep. 10, p. 348 : ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον, ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆς ἕκαστος ἕξει. Alcinous Introd. c. 26 :

ἀδέσποτον οὖν ἡ ψυχή. — D et Ba, παραλαβοῦσα τὸν ἄνθρωπον θεὸν ἀπεργάζεται. Placuit mihi magis ordo verborum qui est in ABC. Hierocles in Aur. Carm. p. 8: ἄνθρωπον δὲ ποιοῦσιν ἀγαθὸν αἱ πολιτικαὶ ἀρεταί· θεοποιοῦσι δὲ αἱ πρὸς τὴν θείαν ἀρετὴν ἀνάγουσαι. Ibi Warren. Cf. ultima nota mea in Pauli Silentiarii Thermas.

(199) Ba, ἄρ' οὐκ οὖν ἄμεινον. Passim ἄρα et ἆρα permutantur. Heliodorus 2, 11: τίς δὲ ἄρα ποτέ ἐστιν ὁ σὸς εὐεργέτης; melius codex Ven., τίς δὲ ἆρα... Iterum ἆρα scribam 5, 2, ubi editum est: ποῖ ποτε ἄρα τυγχάνεις; — ABC, ἀναιρεῖσθαι. Quam scripturam indicavi ac damnavi ad Anecd. t. 4, p. 214.

(200) D et Ba, γένοιτ' ἄν... ἠναγκασμένῃ ψυχῇ. AB, γένοιτο ἄν... ἠναγκασμένη ψυχή. C, γένοιτο ἄν... ἠναγκασμένῃ ψυχῇ. Hoc, quod bonum est, servavi, etsi aliter jusserit Barthius: « tolle » ait, « subscriptionem literæ [in ἠναγκασμένῃ]. Nam de servitio virtutis loquitur, non animæ. Virtus enim coacta nulla sit virtus ». Dici potest ἠναγκασμένη ac coacta anima, quæ careat libero arbitrio.

(201) D, βίαιον γὰρ οὐδέν. Ba, βέβαιον γὰρ οὐδέν. Et Aug., βέβαιον. In Corrigendis Barthius reponit βίαιον, quod et vertit. ABC, βίαιον οὐδὲν κ. Habuit Ambrosius βίαιον γὰρ οὐδ'. Mox D et Ba, γινόμενον. ABC, γιγνόμενον.

(202) D et Ba, πῶς δὲ... λίθιος. Videtur in Biblioth. PP. correctum fuisse λίθινος, et λίθιος esse in Aug. notat Wernsdorf. ABC, πῶς δ'... λίθος. — Λίθος] « Ablata omni libertate, tantopere sapientibus in homini divinitus collatis bonis commendata. Etiam ipsa bona non coactim admittere mortales statuit chorus philosophorum, quod declarat hic Æneas, ne ulla in re contra libertatem eos adigat Providentia scilicet. Hierocles in Aurea Carmina [p. 270]: τὸ γὰρ αὐτεξούσιον οὐκ ἂν λάβοι τὰ ὄντως ἀγαθά, μὴ βουλόμενον λαβεῖν· ταῦτα δέ ἐστιν ἀλήθεια καὶ ἀρετὴ ἀπὸ τῆς δημιουργικῆς αἰτίας ἀεὶ καὶ ὡσαύτως πᾶσιν ἐλλαμπόμενα. Libertatem autem istam, quoad effectum bene agendi, egregie iidem philosophi rursum deo subjiciunt, ut homo opus habeat medio limite precum, sitque instar manus exporrectæ ejus voluntas cui deus effectum operum insinuet. Idem Hierocles in illo eodem auro omni pretiosiore libro, versu 48 [p. 226]; εἰ γὰρ καὶ ἐφ' ἡμῖν ἡ αἵρεσις τῶν καλῶν, ἀλλὰ καὶ

αὐτὸ τὸ ἐφ' ἡμῖν θεόθεν ἔχοντες, τῆς παρ' ἐκείνου συνεργείας καὶ τελειώσεως τῶν αἱρεθέντων πάντως που χρῄζομεν· ἔοικε γὰρ τὸ μὲν παρ' ἡμῶν σπουδαζόμενον ἐκτεινομένῃ χειρὶ πρὸς λῆψιν τῶν καλῶν, τὸ δὲ παρὰ θεοῦ συντελούμενον χορηγία εἶναι καὶ πηγὴ τῆς δόσεως τῶν ἀγαθῶν· καὶ τὸ μὲν ἐξευρίσκειν πεφυκέναι τὰ καλὰ, τὸ δὲ ἐκφαίνειν τῷ ζητοῦντι ὀρθῶς· ἡ δὲ εὐχὴ μεθόριον εἶναι τῆς τε παρ' ἡμῶν ζητήσεως καὶ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ δόσεως, εὖ ἐχομένη τῆς αἰτίας ἡμῶν, τῆς εἴς τε τὸ εἶναι προαγούσης ἡμᾶς καὶ πρὸς τὸ εὖ εἶναι τελειούσης. Et reliqua, quæ ibi plane christiana legantur». BA.

(203) Aug., A, ἣ τίνα φθ. D et Ba, παρ' ἑαυτοῦ παρεχ: ὃν εἰς τὴν ὅλην ἁρμονίαν ὁ δ. συντάττει. ABC, ἀφ' ἑ... ἄλλην ἁρμ. Non displicuit ὅλην, quod et Ambrosius vertit. Infra p. 27 extr., πρὸς τὸ ὅλον συντάττων. — «Rerum omnium conspirationem non potuerunt scitius meliusque proponere scriptores priscæ sapientiæ, quam harmoniæ vocum aut sonorum conferendæ collatione instituta. Hinc egregie qui tali sese harmoniæ subducat peregrinum, mundi exsulem, abscessum ulcusque communis civitatis perhibet atque declarat Marcus Imperator libro quarto [§ 29]. Harmonia ipsa notissima». BA.

(204) Omissa Theophrasti persona, Ambrosius jungit sententias. — «Miraculum sane dignum tantæ præsumtionis philosopho. Qui odit malum, bonum [imo *boni*] etiam libertatem aboleat, ne peccare videlicet vel volens queat dilectus aliquis talis pupus. Homo hactenus non intellexerat videlicet necessitatem malitiæ collato velut pede bonis superandæ, ut mererentur coronationem, læti, non ultro fastidientes, susciperent. Quare introducit eum mysteriis, quem pro discipulorum vel postremo aliquo habebat». BA.

(205) Accessit τὴν ex ABC et August.

(206) Κάλλει καὶ χρυσῷ διαλάμπουσαν] «Omnibus naturæ, fortunæ cultusque bonis et decoribus conspicuam; qualis forma optari summo aliquo voto valeat. Aurum in comœdiis pretiosum omnem muliebrem ornatum notat». BA.

(207) Μύρου τε ὄζουσαν] Ut illa mala boni Strepsiadis uxor, cui ipse συγκατεκλίνετο ὄζων τρυγός· ἡ δ' αὖ μύρου. Isiadi Argentarius

Anth. Pal. 5, 118 : δεκάκις μύρον ὄσδεις. Sed puto cum Huschkio poetam scripsisse μύρου ὄσδεις. — Statim D et Ba, προσπαίζει τὴν εὐφυῶς. Restitui veram lectionem e codicibus.

(208) « Hesychius : αἱμύλος· ἀστεῖος, συνετὸς, ὀξὺς ἐν τῷ λέγειν ». BA.

(209) D et Ba, ὁ δέ τις γεωργίας... νεανικωτέρως τ. ἐ. ἀνέχοιτο. ABC et Aug. ut ego. Infra p. 71, 20 : νεανικῶς ἀντιμάχεσθε. Cf. p. 37, 12, 16. De nomine νεανικὸς vid. Barth. ad Zachar. n. 372; monui et ad Eurip. Hipp. 1194.

(210) « Habitationi confert illam libertatem eximiam, dum in potestate et velut manu permanet domini, qui deus et verus paterfamilias est. Inducit hominem scite in laudem abstinentiæ a rebus, quibus minime coactus abstineas ». BA.

(211) D, εὐμενοῦν. Aug., οὔμενοῦν, teste Wernsdorf. ABC, οὔμενουν. Cf. nn. 148, 366. ABC, χωρεῖον.

(212) Omnes οὐκοῦν, quod mutavi in οὔκουν. Editi et ABC, ἐρῶντι. Aug., ἐρωτιῶντι. D et Ba, ὅδε. Codices, ὁ δέ. Ba, ἀντικαταλλάσσεσθαι — « Inepte recentior interpres [Wolf.] *amores* ἔρωτας hic legit. Notissima illa : τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν [Hes. E. 287] ». BA. Wolfius : « honestos amores turpi voluntati antetulit ». Forsan non cogitavit de legendo ἔρωτας, ac sensum interiorem potius quam ipsa verba sequebatur. Et ipse Barthius erudita fuit abusus memoria. Sudores Hesiodeos vix opinor innuere Æneam, cui καλοὶ ἱδρῶτες sunt ἱδρῶτες γεωργικοί : cf. Simocattæ Epist. 83, et ibi n. Ambrosius inde omnia miscet, codice usus, qui a meis et Augustano immane quantum discrepat.

(213) A, ἐθέλοιμι, e correctione. C, ἐθέλοιμι. D et Ba, ἀλλ' ἐχρῆν τούς. Aug., ἀλλ' ἐπειδὴ τούς. ABC, ἀλλ' ἴδει τ. D et Ba, τοὺς δ' ἄν. ABC et Aug., τ. δ' αὖ. — Ἀλλ' ἐχρῆν] « Mendose hæc vulgo adscribuntur Axitheo, qui eadem mox dedita opera confutat ». BA. Nescio quam vulgatam respiciat editionem Barthius. In D et ABC verba sunt Theophrasti loquentis.

(214) D, εἰ δ' ὁ μ. τ. Σόλωνος οὐκ ἐᾷ νόμον ἐπ' ἀ. τιθ. ἀλλ' ἡ τὸν αὐτὸν

ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τίθεσθαι. Ba, εἴθ' ὁ... ἢ τὴν αὐτὴν ἐπι π. ἀ. τιθ. Lacunam quam peperit homœoteleutia implevi ex ABC.

(215) AB, τὴν δὲ πρεσβ. C, τοὺς δὲ πρεσβυτέραν εἶναι τοῦ κόσμου τὴν τελευτήν. Editam lectionem vertit Wolfius : « alios vero priusquam generentur, si modo possit fieri, interire ». — « Acute velut abolendos dicat priusquam homines fierent aut existerent; quod de iis dicitur, qui matrum criminibus ante partum visceribus per toxica excutiuntur. Ovidius de tali crimine, ut quidem a nobis in Adversariorum commentariis [10, 27] emaculatus est, libro 2 Amorum Eleg. 14 : *Si mos antiquis placuisset matribus idem, Gens hominum vitæ præperitura fuit* ». BA.

(216) D, εἰ τοῦτο. ABC et Aug. cum Ba, ἢ τ. Ad ἐθέλεις Barthius : « vitium minutum. Scribe, εἰ δὲ θέλεις. Non enim citra hanc emendatiunculam cohærent sequentia. Si hoc, inquit, statuis, nimii hominis omnem substantiam æstimas ». Facta post διαμαρτεῖν interrogatione, visa est sententia recte satis procedere. Repetitio sequentis verbi θαυμάζεις, non utrobique eadem notione, poterit lectorem morari. Lusus est, ut in dialogo fieri amat. Quem etsi non servaverit Wolfius, ejus versio sensum bene est assequuta : « Nimium tu quidem homini tribuis; minimeque mirum est, si quando is peccet, te tantopere mirari ».

(217) « Quem tu summis rationabilium creaturarum adscribis, is eo loco eaque dignitate dignus non est. Multis hæc declarant sequentia, et magna vis aliorum philosophorum ». BA.

(218) « Non mihi hæc valde exacteve christiana obveniunt, quum dissimulet conditionem hominis tota dissertatio, uti is factus est a deo, introducat vero eum tantum modo quali nunc est. Et sic tamen constat longo intervallo omnibus brutis superiorem esse; unde admonetur dignitatis suæ potius eorum collatione, quam ut ea in eo vituperetur. Hierocles in Aurea Carmina [p. 130] : τὸ γὰρ λογικὸν ζῶον μόνον συναισθάνεσθαι τῆς δίκης πέφυκε· τοῖς μεγίστοις φύσεως ὅροις διεστῶτας ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἀλόγων διεστώσῃ πάμπολυ καὶ τῇ διοικήσει χρῆσθαι προσήκει, etc. Ea quæ de corpore sequuntur animæ reatum demunt, quæ scilicet propter corpus solum peccet; itaque caute legenda sunt : nisi sciamus de hominibus sanctis et spiritu

dei gubernatis sermonem esse, qui nunquam animum submittant desideriis aut voluptati corporum, sed ad imbecillitatem tantum horum delinquant; quam vitam multi egregii veteris ecclesiæ viri omni conatu longissimaque sæpe ætate secuti sunt». BA.

(219) D et Ba, τὸ γινόμενον. ABC, τῶν γινομένων. — Οὐκ ἄρα παράδοξον] «Quum peccat nimirum homo tali corpore vinctus. Scite Pythagorici hominum peccantium misereri statuunt deum [imo *deos*], cognatorum videlicet, quosque norint tam misero alligatos esse vinculo. Κήδονται γὰρ ἡμῶν ὡς συγγενῶν, ἐκπεσόντων· ὅθεν αἰδὼς καὶ νέμεσις καὶ αἰσχύνη ἀποτρέπουσαι τῶν κακῶν ἀνθρώπους μόνους ἐπιστρέφεσθαι λέγονται ὀρθῶς: Hierocles in versum 20 Aureorum [p. 130]. Qui libellus summa sapientiæ humanæ est». BA.

(220) D et Ba, εἰ μεν γὰρ... τροφὴ διασ. AB, εἰ μ. γὰρ... τροφῇ διασ. C, εἰ μὲν οὖν... τροφῇ διασ. Statim Aug., καλῶς ἢ μετρίως.

(221) Φησὶν ὁ δημιουργός] «Legem in voluntate aut jussione creatoris perpetuo ponit hic scriptor. Summa autem virtutum, moderari affectus; quibus subjugatis nascitur temperantia, ductrix imperatrixque omnium. Sermo autem est hic de cupiditate ad sustinendam vitam rebus præsentibus utendi, quæ, si secundum ordinem stringitur, obtemperat divinitati». BA.

(222) Ba, γεινώμενον, pro γεννώμενον, puto, quod est in D et Aug. In ABC est γενόμενον, quod æque bonum. Vide not. ad Anecd. mea t. 1, p. 458; Buttm. indice ad Plat. in Γίγνεσθαι. Illa varietas multum est obvia. Plato Legg. 6, p. 207 et ap. Athenæum 10, 39: τὸ γεννώμενον ὅπως ὅτι μάλιστα ἐξ ἐμφρόνων ἀεὶ γίγνηται· ubi γενόμενον et γινόμενον est in libris. Idem 7, pp. 224, 225: τὸ γενόμενον πλάττειν... ἕως ἂν τριετὶς ἀποτελεσθῇ τὸ γενόμενον. — Mox D, μονώμενον, pro ἀμυνόμενον; quod habent recte ceteri.

(223) D et Ba, ὅτι μὴ τὰ πρῶτα διαγράψομεν. Sequor ABC. Res levidensis. — Ἔσχατα... πρῶτα] «Rerum creatarum ordo est: aliæ sunt tantum, ut saxa; aliæ sunt et vivunt, ut plantæ; tertius census est, vivit atque sentit, ut animantia bruta; quarto loco, homo addit his omnibus rationem; perfecti loco quinto ponuntur spiritus corporum exsortes. Vide Plotinum apud [Theodoretum],

et ipsum Theodoretum Therap. sermone sexto, 96, 97 [p. 574], etc. De homine autem ista excusatio, magis philosophica est quam sincere christiana. Cogitare enim debebat Æneas noster statum primi parentis, a quo prolapsus posteritatem degenerare claritate creationis adegit; quod totum negotium hic ideo non attenditur, quia cum homine mere philosopho disceptatio est ». BA.

(224) Feci in græcis interrogationem : οὐκ ἂν φθάνοιμεν... διαλύοντες; Jam erat bene in versionibus latinis posita. Formulam ipsam multi illustrarunt; nuper Sauppius ad Xenophontis Commentarios.

(225) D et Ba, ἐκβαλεῖν ἐθέλομεν. Aug., ἐκβαλεῖν ἐθέλοιμεν. ABC, ἐκβάλλειν ἐθέλοιμεν, et οἷα τὰ φυτά. D et Ba sine τά. B, δίδωσιν. — Ἐκβάλλειν] « Omni usu submovere, frustra factum dicere. Est enim rerum omnium connexio, et omnia universo serviunt ad momenta sua ». BA. Sic ἐκβάλλειν apud Plutarchum De esu carn. 1, 6 : Διογένης δ' ὠμὸν φαγεῖν πολύπουν ἐτόλμησεν, ἵνα τὴν διὰ τοῦ πυρὸς ἐκβάλῃ κατεργασίαν.

(226) Aug. olim βούλεται, ut ceteri; nunc βουλεύεται e correctione probabili.

(227) « Possunt ista et fortasse debent ita intelligi, ut agricolam non ideo sui laboris operisque contemnendum dicamus, quod non possit ipse quæ severit animare, et cura sua in frugem producere, quæ cœlestium sola est potestas : incrementa enim telluri creditorum de solo veniunt dei arbitrio. Unde nec qui serit, nec qui rigat, sed qui dat incrementum deus votis successum postulandus est. Docuerunt hoc etiam antiquissimæ gentilium fabulæ. Nihil enim de terra prodit mortalibus utile, cujus inventionem non ad numen retulerint ». BA. A sensu aberrat Barthius.

(228) D et Ba, ἀναβαίνοι τις ὡς οὐδ' αἱ ἄνω δυνάμεις. ABC, ἀναβαίνει τ. ὡς οὐδέ. Est οὐδὲ et in Aug. — « Nonne inveniet etiam in supernis illis potestatibus quod reprehendat; videlicet quod non efficiant ex se quicquam, sed pareant, saltem ut ministri, ordini a creatore statuto »? BA. Infra D et Ba, εὐμενὴς μὲν καὶ ὁ δημ. ABC sine καί. In Aug. μὲν καὶ ὁ deleta credo.

(229) D et Ba, σμικρὸν γ. τῶν γινομ. Est γινομένων in ABC. — Σμικρόν] « Officio suo indignum aut inferius. Hesychius : σμικρόν· μικρὸν, ἢ τοῦ ὀβολοῦ τίμιον· ἐλάτῃ ὅμοιον [ultima duo verba aliena sunt]. Exiguum vocant latini, quod quam congruere videbatur brevius minutiusque erat. *Ineptum* hic verteris ». BA.

(230) Καλὰ καὶ μεγάλα] « Sæpe contra magna res utraque lingua ineptam denotat. At hic ut in illo Homeri Il. Φ [108] : Οὐχ ὁράᾳς οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε ». BA. Jam sæpe ab omnibus auctoribus juncta fuerunt adjectiva καλὸς καὶ μέγας, et nomina κάλλος καὶ μέγεθος, in pulchritudine laudanda, ut mirer potuisse Barthium id notulæ effutire. Vide, si tanti sit, not. ad Eunap. p. 333.

(231) D et Ba, εἰ λίθος... εἰ δένδρον... κἂν ἐπείη. ABC, ἢ bis et κἂν ἐπίοι. Malim κἂν ἐπίῃ. Lucianus Amor. 44 : κἂν εἰς μουσικοῦ δέοι φοιτᾶν. Est δέοι in codice 2956. Putem tamen oportere scribi δέῃ.

(232) D et Ba, ἐν αὐτῷ. ABC, ἐπ' αὐτῷ, sensu non alio. Mox D et Ba, παράλογον ποιῇ. ABC, παρὰ λ. ποιεῖ.

(233) D, ἀλόγων σώματι. Ceteri, ἀλόγῳ σ. « Recte », Wernsdorfius ait; « nec enim bovis aut asini corpus habet ». — « Melius spirabit sententia, si transposito uno commatiolo, scribere animum persuadeas : ἀμφότερα γὰρ ὁ ἄνθρωπος· νοῦς ἀγαθὸς αὐτοκράτωρ τε [δὲ est in editis et ABC] γενόμενος, ἀλόγῳ σώματι χρώμενος, κατ' ἐξουσίαν ἄνω καὶ κάτω μεταχωρεῖ ἕτερον αἱρούμενος προτέρου [quæ scriptura D et Ba, Wernsdorfio in πρὸ ἑτέρου reformanda videbatur, quod inveni in ABC] · τοῦτο γὰρ ἡ ἀνθρώπου προαίρεσις δύναται. Animum hominis præstantem bonitate et imperatorem suarum rerum suique corporis, quomodocumque eo utatur, suam vim in id servare et potestatem liberam exercere autumat; hoc homini divinitus tributum dicens, ut non coactus serviat vitiis, sed habeat electionem, in utram partem, bonam malamve, velit eniti. Commendat vim humanæ electionis liberam, quam bene theologis non est opus hic dicere; philosophum suum sane bene sapere docet hic Axitheus. Duas statuit inclinationes, ut animus male corpori serviat, licet imperator a deo constitutus, et ut secundum rationem ei imperet; utriusque illi potestatem datam docens. Hæc explicat porro latius. Impeditior autem sensus est, una et altera, ut puto, particula ser-

monis omissa ». BA. Quam proponit commatioli transpositio Barthius non est utilis. Joannes monachus in meis Anecdotis t. 4, p. 132 : προαίρεσις, ἤγουν ἐπιλογή... ἐστι δύο προκειμένων τὸ ἓν αἱρεῖσθαι καὶ ἐκλέγεσθαι τοῦτο πρὸ τοῦ ἑτέρου. Et deinceps : προαιρετὸν γάρ ἐστι τὸ ἕτερον πρὸ τοῦ ἑτέρου αἱρετόν. Ibi jam Æneæ locum emendatiorem apposueram. Quod sequitur αὐτοκράτωρ, conferatur cum Eusebii loco Adv. Hierocl. c. 47 : ἀνθρώπων τε ψυχῆς ὅρος, αὐτοκράτορά τε καὶ κριτὴν, ἡγεμόνα τε καὶ κύριον αὐτὸν ἑαυτοῦ καθίστησι. Theodoret. Therap. 5, p. 547 : οἱ μὲν αὐτῶν αὐτοκράτορα τὸν νοῦν ἔφασαν εἶναι καὶ ἄγειν δύνασθαι ὡς ἂν ἐθέλῃ τὰ πάθη. Et αὐτοκράτωρ de ἀνθρωπείᾳ φύσει ap. Plat. Legg. p. 713. Vide et not. ad Simoc. Epist. 40, p. 275.

(234) D et Ba, ἡ τοῦ λόγου σπουδή... κἂν ὁ λόγος ἀργὸς ᾖ. Sequor ABC. Firmatur lectio ἀργήσῃ loco alio p. 32, 15 : ὁ λόγος ἤργησε.

(235) Respicitur nobile Platonis phantasma animam bigæ comparantis. Cf. n. 59. Clemens Alex. Pæd. 3, § 53, huc alludens : δεινὴ γὰρ ἡ τρυφή... τὸν ἡνίοχον καὶ τὸν παιδαγωγὸν ἀποσείσασθαι, ὃς... ἄγει καὶ φέρει πρὸς σωτηρίαν τὸν ἵππον τὸν ἀνθρώπειον, τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς.

(236) D, προϋπέδειξε, et sic A distincte. Et sic B, puto, quum incidat divisio syllabarum in προ-υπέδ. Ba et C, προυπέδ. An προὔπέδειξε. D et Ba, ὅταν δεῖ. Est ὅσα in ABC et Aug.

(237) D et Ba, οὐχ ὧν ἐποίησεν, ἀλλ' ὧν περιεῖδεν. In Aug. insertum, ἀλλ' ὧν μὴ ἐποίησεν. Pleniores etiam ABC. Statim C sine γάρ.

(238) D, τὴν ἐν ἡμῖν... ἄνω καὶ κάτω. Ba, τὰ ἐν ἡμῖν... ἄνω καὶ κ. ABC et Aug., τῷ. Et ABC sine καὶ, quod in illa formula sæpissime abest. Jam Wyttenbachius τῷ correxerat ad Phæd. p. 193, ubi irrationalem ac puerilem animi partem, τὸν ἐν ἡμῖν παῖδα, locis veterum explicans, Æneam non neglexit. Vide et Rhoer. ad Porphyr. pp. 15, 69, 75. Ibi est etiam scholium : σημείωσαι ὅτι παῖδα λέγει τὴν ἄλογον τῆς ψυχῆς δύναμιν. Cf. ad Zachar. n. 507.

(239) D et Ba, ὁ θυμὸς ταύτῃ συμμαχῶν. ABC, θ. ταύτης συμ. Apposite Nemesius De nat. hom. c. 21, quod est περὶ θυμοῦ : ἔστι δὲ ὁ θυμὸς τὸ δορυφορικὸν τοῦ λογισμοῦ· ὅταν γὰρ οὗτος ἄξιον κρίνῃ τὸ γενόμενον

ἀγανακτήσεως, τότε ὁ θυμὸς ἐπεξέρχεται, ἐὰν κατὰ φύσιν τὴν οἰκείαν τάξιν φυλάττωσιν. Jam Plutarchus Quæst. Plat. 9, 1 : τῷ δὲ θυμοειδεῖ τὸ ἄρχεσθαι καὶ τὸ ἄρχειν κατὰ φύσιν ἐστὶν, ὑπηκόῳ μὲν ὄντι τοῦ λογισμοῦ, κρατοῦντι δὲ καὶ κολάζοντι τὴν ἐπιθυμίαν, ὅταν ἀπειθῇ τῷ λογισμῷ. Rursus : τὸ δὲ θυμοειδὲς αὐτήνιον τὰ πολλὰ τῷ λογισμῷ καὶ σύμμαχον. Chalcidius in Tim. § 185 : « multa sunt quæ per virilem animi commotionem recte in hac vita fiunt et vindicantur, quoties justa iracundia [θυμός] comitem se et auxiliatricem rationi [σύμμαχον τῇ διανοίᾳ] præbet ». Olympiodorus in Gorgiam § 3, p. 564 Ruth. : ὁ θυμὸς... ὑπακούων μὲν τῷ λόγῳ, κελεύων δὲ καὶ τάττων... τὴν ἐπιθυμίαν. Theodoretus Therap. 5, p. 558 : ὁ δέ γε θυμὸς ξυνεργὸς ἐδόθη τῷ λογισμῷ, ἵνα τῆς ἐπιθυμίας κωλύῃ τὴν ἀμετρίαν...

(240) Ἀγαθὴ τροφὴ καὶ παιδεία] « Bona educatio, disciplina, conversatio honesta, victus commodus, non abundans, non deficiens. Multa enim complectitur ἀγαθὴ τροφή· παιδεία, omnem institutionem et disciplinam ». BA. Adde n. 576.

(241) Λόγος] « Sermones, quibus ad animum componendum maxima est efficacia. Horatius [Epist. 1, 1, 33] : *Fervet avaritia miseroque cupidine pectus? Sunt verba et voces quibus hunc lenire dolorem Possis et magnam morbi deponere partem.* Et proverbium est vetus : Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι ». BA.

(242) D et Ba, τῶν κακῶν μελέτη. « Omnino scribendum τῶν καλῶν. Id enim cumprimis opus est, ut lubens bona meditetur, meditationique sermonum sapientiæ et probitatis animum homo corrigendus aut præservandus a vitiis dedat ». BA. Est καλῶν in ABC. Et jam verterat Wolfius καλῶν : « rerum honestarum studium ».

(243) Τοῦ παντὸς τάξις] « Vitæ omnis, omnis instituti ordinem et disciplinam dicit. Quam ut præ omnibus commendarent, sapientibus in discipulos omne arbitrium prisci dederunt morum correctores. Unde natum illud αὐτὸς ἔφα, etiam non intellectis aut intelligendis peccatis abarcens; modo arrogantia aut improbitas alia præceptorum animos non ducat. Τάξις· compositionem vocant sapientes latini. Dionysius Cato [Præf.] : *nunc te, fili carissime, docebo, quo pacto morem animi componas*. Virgilius, sive quis alius Ceiri [14] *pangere* vocat. Seneca Consol. ad Helviam c. 16 : *qui*

rationi cessit in perpetuum componitur. Hieronymus Vita Joannis monachi: *qui vitia et passiones resecent ex animo moresque componant*, etc. » BA. Adde, si tanti est, interpretes ad locum Dion. Catonis.

(244) Ἐπιῤῥεόντων] « Fortunæ nutu: fluendi verbo ad hujus instabilitatem designandam etiam latini scriptores utuntur. Claudianus [Ruf. 1, 8]: ... *incerto fluerent mortalia casu.* Manilius lib. 4 [17]: ... *et opes et regna fluunt.* Boethius [Cons. 1, p. 20]: *fortunarum vices existimas sine rectore fluitare.* Fortunæ definitionem quamdam infert Philemon [Fragm. inc. 48] apud Theodoretum Therapeut. serm. 6 [p. 563]: Οὐκ ἔστιν ἡμῖν οὐδεμία τύχη θεός, Οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ ταυτόματον, ὃ γίνεται ὡς ἔτυχ' ἑκάστῳ, προσαγορεύεται τύχη. De fluxu ejus donorum lege aureolam Consolationem Boethii ». BA.

(245) D et Ba, διδασκάλιον... οἷον τῶν χρήμ... προσεκτήσαντο ὡς ἀπίστου. In Aug., μεταβολαί, suprascripto γρ. ἀποβολαί. Habet et βέβαιον, quod notavit Wernsdorf. ob βεβαίων, Bibliothecæ PP., ut et D, scripturam. Habet et suprascriptum, τοὺς δὲ γυμν. παρεμ. Ipse edidi ad codices meos ABC.

(246) Ἀφυλάκτου] « Quod nulla custodia tueri tibi possis, quin ad alium effluat potestate tua. Hinc poetis aliisque scitum scriptoribus, majoris operæ esse tueri rem partam quam parare possidendam ». BA. Innuebat forsan Barthius Ovidianum A. A. 2, 13: « Nec minor est virtus quam quærere, parta tueri ».

(247) In Aug., διανοηθείς, et suprascriptum est ἐνθυμηθείς... προσπταῖον. Tum omnes καλῶς. — « Scribe καλῶν. Horum non solum conspectum ἀμαθεῖς illos non habere, sed nec ipsam suam agnoscere ignorantiam, loco maximæ miseriæ dicit; exemplo in tenebris offendentium, qui bonas res objectas non cernunt; in alias impingentes male dicunt fortunæ, quum stultitiæ atque ignaviæ propriæ omnia sua mala debeant ». BA. Cum Barthio nolim καλῶν. Refero καλῶς ad εἰδώς.

(248) Αὐτὴν ἀμαθῶς ἀγνοήσας τὴν ἄγνοιαν] « Inscitiam suam discere posse felix aliquando, si non semper, scientiæ exordium. Hinc illa πολυμαθὴς ἀμάθεια et oppugnatio mathematicorum apud scepti-

cos, et illa summi philosophi [Socratis] jactantia hoc solum scire se quod nihil sciret [ap. Diog. Laert. 2, 32, ubi Menag.]. Vide Lactantium libro 3 [c. 4] Divin. Instit. Cui scriptori hoc testimonium damus : nullum humanis litteris instructiorem veritatem unquam propugnasse. Ut enim Græci Latinique ceteri multa eidem officio de penitis gentilitatis litteris contulerint, hic tamen medullas ipsas eruit, tam candido et eleganti dicendi genere, tanta eloquentia præstans, ut nullum admiratorem adhuc idoneum consecutus videatur. Pretium tanti auctoris pauci agnoscunt, quia vulgaribus jam adscribitur; vitium autem ingeniosorum hominum id et peculiare et maxime indignum est, quærere quæ mireris, miranda negligere. Hic vero ideo quoque contemnitur, quod placidissime ingruit, nec vel scientiam vel sermonem affectat, utriusque, quantum oppugnationi errorum sufficit, citra ullius omnino comparationem, legitimus possessor ». BA.

(249) Respectu ad διπλῆν ἄγνοιαν, quæ sæpe post Platonem memorata fuit. Plato Legg. 9, p. 326 : τρίτον μὲν ἄγνοιαν λέγων ἄν τις τῶν ἁμαρτημάτων αἰτίαν οὐκ ἂν ψεύδοιτο· διχῇ μὲν διελόμενος αὐτὸ ὁ νομοθέτης ἂν βελτίων εἴη· τὸ μὲν ἁπλοῦν αὐτοῦ, κούφων ἁμαρτημάτων αἴτιον ἡγούμενος, τὸ δὲ διπλοῦν, ὅταν ἀμαθαίνῃ τις μὴ μόνον ἀγνοίᾳ ξυνεχόμενος, ἀλλὰ καὶ δόξῃ σοφίας, ὡς εἰδὼς παντελῶς περὶ ἃ μηδαμῶς οἶδε. Philo De ebriet. § 40 : διττὸν δὲ τὸ ἀγνοίας γένος, τὸ μὲν ἁπλοῦν, ἡ παντελὴς ἀναισθησία· τὸ δὲ διπλοῦν, ὅταν μὴ μόνον ἀνεπιστημοσύνῃ τις συνέχηται, ἀλλὰ καὶ οἴηται εἰδέναι ἃ μηδαμῶς οἶδε. Et Synesius Dione p. 52, ἁπλῆν τὴν ἀμαθίαν τῇ διπλῇ ἀγνοίᾳ opponit. Gregorius Naz. Orat. 34, p. 558 : ἀγνοῶν καὶ αὐτὸ τοῦτο, τὴν ἄγνοιαν. Ibi Basilius scholiis ineditis : ἀγνοεῖν ἄγνοιαν ἐστὶ τὸ ἐξ ἄκρας ἀνοίας καὶ ἀμαθίας μηδὲ αὐτὸ τοῦτο νοεῖν καὶ συναισθάνεσθαι, ὅτι ἀμαθαίνει καὶ ἀνοηταίνει, καὶ οὐκ οἶδεν ὅτι οὐκ οἶδεν, οὐδὲ ὅτι ἀγνοεῖ ἐννοεῖ καὶ αἰσθάνεται, ὅπερ ἐστὶν ἡ λεγομένη διπλῆ ἄγνοια· οὕτω γὰρ Πλάτων βούλεται ταύτην καλεῖν, πρῶτος εἰς ταύτην ἐληλυθὼς τὴν ἔννοιαν. Vide Bompart. ad Hippocr. Epist. p. 90; Heyler. ad Julian. p. 442. Atque meretur conferri Dionis Chrys. locus Orat. 11, p. 323 : τούτου δὲ μηθὲν εἶναι νόσημα χαλεπώτερον μήτε ἑνὶ μήτε πολλοῖς, ἢ ὅταν τις, ἀμαθὴς ὤν, σοφώτατον ἑαυτὸν νομίζῃ· τοὺς γὰρ τοιούτους τῶν ἀνθρώπων μηδέ ποτε δύνασθαι τῆς ἀγνοίας ἀπολυθῆναι. Pachymeres Hist. 1, 1 : ἐκεῖθεν τῆς ἁπλῆς εἰσαγομένης ἐκείνης ἀγνοίας ἐξ ἧς οὐ μῶμος προστρίβεται, ἐντεῦθεν δὲ τῆς διπλῆς, ὡς τὸ μὴ εἰδέναι συμβαίνειν τὸν εἰδέναι οἰόμενον, οὗ δὴ καὶ χεῖρον οὐδέν.

(250) Τὰ ἐν ποσὶ] B, ποσίν. « Pedibus objacentia. Græca breviloquentia. Sophocles Œdipo Tyranno [130] : Ἡ ποικιλῳδὸς Σφὶγξ τὰ πρὸς ποσὶ σκοπεῖν, Μεθέντας ἡμᾶς τἀφανῆ, προσήγετο ». BA. Adde notam ad Philostr. Her. p. 280.

(251) D et Ba, οὐχὶ θέλων. ABC, οὐκ ἐθέλων... δοκοῖ. Aug., αὐτῷ δοκῇ, suprascripto αὐτός. « Plurimos hodie hoc genus homines offendas, quos revera incurvicervicum pecus, renitens omnibus quæ fiunt, dixeris. At vulgatum illud præstat didicisse : *Non volo fata mihi, sed me volo subdere fatis*. Sequentibus etiam illustrandis possis transpositiuncula adesse, quo genere non semel vitiatus hic auctor; tamen ut necessaria nulla sit mutatio ». BA.

(252) ABC, ὥστε ἀδικήσει μὲν... θεὸς ἢ ἀναίτιος... βάλλοντος... προτυχόντα. D et Ba, ὥστε ἂν ἀδικήσῃ μὲν... παρωξυμένος, θεὸς ἀναίτιος, ἀδικήσῃ δὲ... τοξότου μέλλοντος ἀνάγκη τὸν προστυχ. Est βάλλοντος et in Aug.

(253) Ἀλλ' ὁ μὲν πλεονέκτης] « Dicas nonnihil verborum excidisse ». BA. Vix dicam.

(254) Aug., τῆς ἐργασίας « suprascr. credo », Wernsdorf. ait, « τῆς γῆς οὐκ ἀφήθη ». Est turbatum hic nonnihil a Wernsdorfio. Puto οὐκ ἀφήθη varietatem esse infra ponendam ad verba οὐκ ἀφείθη, sic scripta in D et Ba, pro quibus ex ABC dedi οὐκ ἂν ἀφεθείη. Cf. n. 282.

(255) D et Ba, εἴ γε. ABC, εἴ τε. Confusio particularum solennis. Dion Chrysost. Orat. 4, p. 145, de Alexandro : ἐπεθύμησε τιμᾶσθαι σχεδὸν, οὐχ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων μόνον πανταχοῦ, ἀλλ', εἴ πως δυνατὸν, ὑπό γε τῶν ὀρνίθων καὶ τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι θηρίων. Codex 3009, ὑπό τε, quod et conjecerat Reiskius.

(256) Τοῖς εὖ φρονοῦσι... μὴ φόβῳ θανάτου] ABC, τ. εὐφρονοῦσι... μὴ φόβου θανάτου. — « Summum quod putatur malorum pro omnibus ponit. Mors enim supremum pro quocumque malo, intra quod cetera sint, usurpatur. Maximus etenim metus hujus. Lucanus lib. 1 [459] : *Felices errore suo, quos ille timorum Maximus, haud urget leti metus*. Mortem qui contemnet omnia facile contemnet

mala, et bonis fruetur. Cicero lib. 2 Tuscul. Quæst. [c. 1]: *qui mortem non timet unicum sibi ad beatam vitam præsidium comparavit.* Seneca lib. 6 Naturalium [extr.]: *omnibus omissis hoc unum meditare, ne mortis nomen reformides : effice illam tibi cognitione multa familiarem, ut vel, si ita res tulerit, possis illi obviam ire.* Sed contra animatum est vulgus, omnia mortis, ut dictum, timori postponens. Silius lib. 13 [883]: *Proh quanto levius mortalibus ægra subire Servitia, atque hyemes æstusque, fugamque, fretumque, Atque famem, quam posse mori.* Quem qui vincit, vere rex et liber est. Seneca Agamemnone [606] : *Qui vultus Acherontis atri, Qui Styga tristem tristis non videt, Audetque vitæ ponere finem, Par ille regi, par superis erit.* Et ratione utitur etiam respectu doloris tantopere formidati. *Ipse enim animi discessus a corpore fit sine dolore et fit plerumque sine sensu, nonnunquam etiam cum voluptate; totum hoc leve est, qualecumque sit : fit enim ad punctum temporis :* Cicero ait [Tusc. 1, 34]. Sapiens ergo non metuet mortem, sed ita omnia sua disponet, ut quolibet eam momento sequi possit. Marcus Imperator libro 2 [§ 11]: ὡς ἤδη δυνατοῦ ὄντος ἐξιέναι τοῦ βίου, οὕτως ἕκαστα ποιεῖν καὶ διανοεῖσθαι ». BA.

(257) « Mortis metu nihil delinquendum viro bono docent omnes bene animatorum philosophorum scholæ. Infinita loca aggereres, si ageres philosophum. Tu de mortis universa ratione lege Marcum Antoninum libb. 2, 4, et fine libri 12. Vix erit ut meliora requiras ». BA.

(258) « Hæc enim omnia virtutis amor pro nihilo habet, abjicit, contemnit, contentus vitam secundum naturam deducere ». BA.

(259) « Ipsa enim sibimet pretium sui est. Vide ad principium Claudiani in Consulatum Mallii in commentario recensito [v. 1 : *Ipsa quidem virtus pretium sibi*] ». BA.

(260) D et Ba, τῶν καλῶν. ABC, τ. ἀγαθῶν. Quis συγχωρεῖ? Deus scilicet; quod moneo ob interpretes latinos, qui sententiam facillimam non ceperunt. « Ac tristia lætis præire permittit ». Statim C, καὶ μὴ βουλόμενος. Infra D, δύνασθαι. Ba, ABC et Aug., δύναται : ut videatur δύνασθαι Wolfio conjectanti deberi.

(261) D et Ba, οὐκ ἀσθενείας τὸ πάθος ἐπίδειξις γίνεται. Sequor ABC.

(262) Τελευτήσαντα ζῆν] « *Qui per virtutem perbitat, non interit* [Plaut. Capt. 4, 5, 32]. Consolatio malorum præsentium a futura illic felicitate regnat per omnes platonicorum et christianorum libros. Epicurei post discessum e vita nihil unquam ad hominem pertinere deinceps posse delirarunt; quo diro scito simul verum virtutis et divinitatis amorem hominibus expectorarunt. Vide Lucretium lib. 3, qui cœnosum solum eburneis rastris versat ». BA.

(263) « Procul terrenis aut corporum, voluptatem [an? *corporibus*, vel *corporum voluptate, voluptatem*] et delicias puræ animæ convenientes. Ne quis alias imaginetur, secutus futilium hominum furorem, qui tamen, spe corporearum post hanc vitam voluptatum, maximam, bonam certe, nunc hominum partem vero sensu avertit ». BA.

(264) ABC, μεταβέβηκε δεσπότας. D et Ba, μεταβέβληκε δεσπ., id est, sæpe dominos permutaverunt. Sed vertit male Wolfius : « quæ multis etiam ipsorum dominis damnum sæpenumero dedere ». Male etiam Barthius : « quæ suos sæpenumero læserunt possessores ». Qui Barthii error hanc ejus peperit notam : « Multi divitias nacti per eas perierunt, scito philosophis exactissimo. Boethius lib. 2, c. 5 [p. 37] : *ego vero nego id esse bonum, quod noceat habenti : atqui divitiæ possidentibus persæpe nocuerunt; cum pessimus quisque, eoque alieni magis avidus, quicquid usquam auri, gemmarumque est, se solum qui habeat dignissimum putat. O præclara opum mortalium beatitudo, quam cum adeptus fueris, securus esse desistis!* Cebes fine Tabulæ [c. 39] : οὕτως οὐδὲ συμφέρει ἄρα ἐνίοις πλουτεῖν, ὅταν μὴ ἐπίστανται τῷ πλούτῳ χρῆσθαι. Simplicius in Epictetum [c. 38, p. 390] : *divitiæ improbis dantur in pœnam et castigationem;... propterque divitias in maxima pericula devocantur :* etc. Xenophon Pædia 8 [15, 21]. Dites mendicis miseriores notat Seneca c. 13 De tranquill. Alia infinita tradunt, colligunt, argumentantur horsum philosophi ».

(265) Οὔτε ἀγαθά] « Cebes fine Tabulæ [c. 39]; Boeth. [De consol. 2, p. 37]; et omnis chorus sapientum ». BA,

(266) Σκιοειδῆ φαντάσματα] « Spectra umbratilia, quorum pos-

sessio sola constet opinione; non enim stabilis eorum usus est. Pulcre Hierocles in Carmen Aureum [p. 90] : ὁμοίως δὲ καὶ τὴν τῶν χρημάτων φύσιν οὐκ ἀγνοεῖ, ὅτι νῦν μὲν ἦλθε, νῦν δὲ ἀπῆλθε, κατά τινας ὡρισμένας αἰτίας αἷς ἀντιτείνειν ἀβέλτερον· τῶν γὰρ οὐκ ἐφ' ἡμῖν τῆς κτήσεως ἡμεῖς οὐ κύριοι· οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα, καὶ τὰ χρήματα, καὶ ἁπλῶς ὅσα τῆς λογικῆς ἡμῶν οὐσίας ἔξω κεῖται, etc. Hæc vero omnia possis, verorum bonorum comparatione, talia nuncupare phantasmata ». BA. Sumsit verba pulcherrima, σκιοειδῆ φαντάσματα, e Platonis Phædone § 30. Cf. n. 494.

(267) « Hesychius : ἐφήμερα· εὐμετάβολα, εὔφθαρτα. Interpres Helvetius [Wolf.] non vertit *et monumenta* [quod editum est]; sed scripsit *momentanea;* qua voce optime sensus exprimitur ». BA. Wyttenbachius, ad Phæd. p. 210, Æneæ imitatoris locum contulit, et Barthianæ typographicum mendum ἐφ' ἡμέρα correxit, quod non reliquerat ipse Barthius incorrectum.

(268) ABC, ἐνίοτε σπεύδει. Ba, εὖ δοκεῖ ἔχειν. D et Ba, τάχειον. — Ἐμποδὼν γίγνεται] « Solus enim deus interna et videt et judicat ». BA. Mox D et Ba, ἄν τι πάθῃ. Sequor ABC.

(269) D et Ba, ἐνταῦθα συγχωρεῖ παθεῖν τι. ABC, ἐ. μικρὸν ἀναμένει παθ. τι Et in Aug. μ. ἀναμ. scriptum est supra συγχωρεῖ.

(270) D et Ba, εἰ δέ τις ἀδικῶν ἄνθρωπον ἄλλον. ABC sine ἄνθρωπον. Ad sententiam conferendus Nemesius De nat. hom. p. 366 : ὁ φονεύων ἀδίκως φονεύει, καὶ ὁ φονευόμενος ἢ δικαίως φονεύεται ἢ συμφερόντως· δικαίως μὲν ἔσθ' ὅτε, διὰ πράξεις ἀτόπους, ἡμῖν δὲ ἀδήλους... — Mox ABC, ἀμφότερα. Infra D et Ba, τὴν ἁρμονίαν. ABC sine τήν.

(271) D et Ba, χρῆσθαι... γενομένοις εἰς μορφάς. Sequor ABC.

(272) ABC, ἢ γάρ. — Παῖδες ἡδονῇ τινι παρακαλούμενοι] Horatius Sat. 1, 1, 25 : « ut pueris olim dant crustula blandi Doctores, elementa velint ut discere prima ».

(273) Ba, διελεγχθείς. — Προσευτρεπίζει τὴν φλόγα] « Ipse adauget et sufflando velut sua per tormenta valentiorem facit ignem pœnalem. Felicitate malorum eorum pœnas crescere multis notamus

ad Claudiani Rufinum [1, 22 : *tolluntur in altum Ut casu graviore ruant*]. Ignis autem in Scriptura omnem cruciatum, omne infortunium denotat. Et ita Græci. Sophocles Œdipo Tyranno [164] : Εἴ ποτε καὶ προτέρας ἄτας ὕπερ ὀρνυμένας πόλει, Ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα πήματος ». BA.

(274) D et Ba, κἀντεῦθέν πεσών. Melius ABC, κἀνταῦθα π. « Huc lapsus », scilicet in illum vastum materiæ a se coacervatæ rogum. Est ἐνταῦθα sic cum πεσεῖν junctum p. 5, 14.

(275) D, ἔχοις... δι' ἀπορίαν οὐκ ἐβοήθεις... ἐπλούτεις... περιεώρας ἀδικουμένους ἐτυράννεις...ἡττήθης. Et sic Ba, cum ἀδικούμενος, pro quo esse « omnino legendum ἀδικουμένους » monuit. Sequor ABC, excepto quod sit ῥώμης in B. — Ἐπλούτεις] « Præsumendum eos malos esse et dici hoc loco, qui male usi donis divinis, divitiis, potentia, etc. Qui enim egens neminem ipse ditat, ipsa impotentia excludit animadversionem. Et ita in ceteris ». — Ἐτυράννεις] « Habebas enim tantam potestatem, ut et tyrannice ea uti posses, a nemine prohibendus, nedum ut justitiam potueris excolere ». BA.

(276) Θαυμάζειν τὴν ψῆφον] « Laudem æquitatis et justitiæ cum admiratione rescribere judici, confessione criminum et agnitione justæ pœnæ. Toties talia in Psalmis, et tragœdia, aliisque veterum fabulis et historiis occurrunt, ut loca ipsa ingentem facere valeant commentarium ». BA.

(277) D et Ba, ἐπεί. Est in νῦν δὲ supplendum οὐκ ἀπορῶ, οὐκ ἀπορητέον. Elliptica formula νῦν δὲ ab interpretibus Platonis sæpe fuit tractata, ab Heusdio in Specimine, nuper ab Hommelio ad Symposium, ab aliis.

(278) Ἕρμαιον] « Vere ἕρμαιον, divinitus oblatum munus aut lucrum. Cui enim merenti parata æterna erant supplicia, numquid non pro lucro habeat volens defungi posse caducis et nullius ad perpetua temporis? omnia autem hæc divina sunt, et providentiam egregie tuentia; quæ si diducere, philosophorum et christianitatis propugnatorum dictis illustrare velis, ex Ænea isto Polyphemum nullo negotio lectori confeceris ». BA. De ἕρμαιον supra n. 32. Imprimis notanda imitatio loci Platonici Phæd. 60,

p. 81 : εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁ θάνατος τοῦ παντὸς ἀπαλλαγὴ, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς κακοῖς ἀποθανοῦσι τοῦ τε σώματος ἅμα ἀπηλλάχθαι καὶ τῆς αὐτῶν κακίας μετὰ τῆς ψυχῆς· νῦν δὲ, ἐπειδὴ ἀθάνατος φαίνεται οὖσα, οὐδεμία ἂν εἴη αὐτῇ ἄλλη ἀποφυγὴ τῶν κακῶν οὐδὲ σὺν σωτηρίᾳ, πλὴν τοῦ ὡς βελτίστην τε καὶ φρονιμωτάτην γενέσθαι. Ibi Wyttenbachius Æneæ et aliorum meminit; quibus addam Justinum Dial. p. 107, D : ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀποθνήσκειν φημὶ πάσας τὰς ψυχὰς ἐγώ· ἕρμαιον γὰρ ἦν ὡς ἀληθῶς τοῖς κακοῖς. Jam monuerat Fischer. ad Axiochum p. 161, Æneam e Phædonis loco profecisse.

(279) Ἐν τῷ ἰδιωτεύειν] « Communem vitam hominum humanitus transigens. Sed verius est vitia aut delicta hac voce intelligi, quæ alteri injuriam non inferant, et minora sint omnibus hactenus commemoratis. Ἰδιωτεύειν opponitur τυραννίδι ». BA. Sic Plato Rep. 9, p. 246 Mass. : ὃς ἂν τυραννικὸς ὢν μὴ ἰδιώτην βίον καταβιῷ.

(280) « Videtur excidisse vocula. Scribe πρὸ τῆς τῶν μελῶν ἁρμονίας αὐτῷ διαλυθείσης. Statuit enim manifeste toto hoc sermone vitam tantum hanc, et illic sive beatam sive miseram semper Axitheus ; neque ratio patitur hic de pœna emendatrice tantum in altera vita sermonem haberi, cum de præsenti omnia continuentur. Emendatio si non placet, illa διάλυσις ἁρμονίας τῶν μελῶν morbos insignes denotet quoslibet quibus homines ad deflenda peccata adigit deus, ut docent multi christianorum doctorum et Hiobi liber tractat cum Psalmis uberius. Illa verba, τὴν αἰτίαν μαθὼν, omnino excludunt sequentis vitæ mentionem. Quid enim justitiæ sit tormentis animam subdi, priusquam peccata cognoverit? quod a deo submoverit ipsemet antea p. 18 : ῥᾳδίως δὲ καὶ δικαίως κακίζει τὸν δικαστὴν ἐκεῖνος, εἰ, φαῦλον μηδὲν αὐτὸς αὑτῷ συνειδὼς, ὑπομένει τὴν τιμωρίαν. Sed verum est τὸ μαθὼν *agnoscens* hic significare. — Vera ut sint, quod arbitramur etiam, quæ modo diximus, constat tamen hujus scriptoris ævo fuisse, qui locum post hanc vitam animabus a minoribus vitiis expurgandis constitutum cum philosophorum non minimis traderent. Boethius sic certe libro 4, De consol. cap. 4 [p. 101] : *sed, quæso, inquam, te, nullane animarum supplicia post defunctum morte corpus relinquis? Et magna quidem, inquit; quorum alia pœnali acerbitate, alia vero purgatoria clementia exerceri puto*. Nos priorem sententiam tenemus : nimirum, ut morbo impeditis corporis officiis dicatur homo duci divinitus ad

agnitionem male actæ vitæ, ut lacrymis eam et pœnitentia emendet. Quam licet morborum caussam connumerare iis, quas ex B. Basilio refert Anastasius, nisi titulus fingit auctorem, Sinaita, Quæstione 17, et Christianus Grammaticus in B. Matthæum c. 21. Possis et vitiatum transpositiuncula autumare Æneam, et ita reliquisse : ἤδη γάρ τις ἐν τῷ ἰδιωτεύειν μικρὰ διαμαρτὼν, τὴν αἰτίαν μαθὼν καὶ ταύτην ἐκδακρύσας, τῆς τῶν μελῶν ἁρμονίας αὐτῷ διαλυθείσης, τῆς ἐν ᾅδου τιμωρίας ἀπηλλάγη. Sane eo modo omnis mora fuerit extrita. Sententiam priorem nostram sequentia unice firmant. De generali enim corporis solutione ad specialia damna descendit ». BA·
Quam proponit Barthius transpositio non displicet. Sed si nihil mutabitur, cogitabo innui purgatoriam pœnam, de qua Boethius diserte, ad quem vide Vallinum.

(281) Ταύτην ἐκδακρύσας] « Quod veteres christiani necessarium omnino arbitrabantur. Paschalius Ratbertus : *Hæc est sola salus animæ et spes certa dolenti, Vulnera cum lacrymis medico reserare supremo.* Antiochus abbas Sermone 107 [in Maxima Bibl. PP. t. 12, p. 277] : *die ac nocte plorabimus in conspectu domini, qui fecit nos. Ubi enim lacrymæ, ibi exorabilis domini clementia... Lacrymæ præsentem exhibent deo orationem, eamque gratiosam reddunt et acceptabilem..... Rorulentæ aspergines lacrymarum, ut dulcor mellis sunt cordi, aut suave fragrans thymiama apud deum. Omnimodam ante igitur petitionem necesse sit lacrymarum utaris præsidio ad vitæ obtinendam correctionem.* Joannes Climacus Gradu 7 [qui totus est de lætifico luctu et pœnitentiæ lacrymis, p. 149] : *major ac potentior baptismate post baptisma, etsi audax dictu id videatur, fons lacrymarum est. Illud enim præcedentia delicta nostra purgavit, istud vero posteriora. Atque illud quidem omnes ab infantia acceptum inquinamus, per hoc autem et illud repurgamus. Quod nisi divino munere datum esset omnibus, rarissimi omnino qui salvarentur inveniri potuissent. Mœstitia et gemitus ad dominum clamant, et timoris lacrymæ legatione funguntur.* Quæ ὑπερβολικῶς tamen dicta sunt; ut illud genus ea quæ laudat impetu mentis defixo commendare solet, sæpe immemor altiorum quæ deprimit elevandæ propositæ rei. Certum facere animum conciliati dei lacrymas docet Germanus abbas exemplo suo, apud Cassianum Collat. 9, c. 28 [in Max. Bibl. PP. t. 7, p. 159] : *frequenter,* inquit, *recordatione delictorum meorum obortis lacrymis ita sum hoc ineffabili, ut præfatus es,*

gaudio, visitante domino, vegetatus, ut desperare me illorum veniam non debere lætitiæ ipsius magnitudo dictaret : quo statu nihil reor esse sublimius. Laurentius Novariensis Homil. 1 [p. 469, t. 9 Max. Biblioth. PP.] : *peccatum corpus incessit? nunc aquam habet contrariam. Ubi? nonne in oculis? et merito de corpore de oculis stillat aqua quæ totius corporis contractas dissolvit et abluit fœditates.* Et ita infinitis locis sancti patres. Illam hyperbolen Climaci medicari possis iis, quæ notat vir doctissimus Jac. Pontanus [in Maxima Biblioth. PP. t. 22, p. 683] ad Simeonis abbatis S. Mamantis ad Xylocercum Orationem 30, etiam majora lacrymis adscribentem. Scitum autem lacrymas hoc genus medicamenti etiam loco fuisse, ut exemplum est apud Augustinum lib. 22 De civitate dei c. 8 [§ 19]. Sed de istis nos alibi universim ». BA. De lacrymarum pœnitentialium vi et efficacia addat qui volet collecta Buhursio in Sententiis ingen. Patrum p. 69.

(282) D et Ba, ἐκκοπεὶς τῷ ὀφθαλμῷ. Et sic Aug. Monuit Wernsdorf. de corrigendo τὼ ὀφθαλμώ. Philostratus Her. p. 319 : τὰς ὄψεις ἀνακοπεὶς, cum scholio ἀπολέσας. Vide ibi editorem. Male ABC τῆς δίκης τῆσδε. Aug. 1, ἀφήθη. Ceteri, ἀφείθη : cf. n. 254. Jo. Chrysostomus De sacerd. 1, § 11 : τῆς ἀρετῆς τοῦ πατρὸς τοῦ σοῦ οὐκ ἀφείθην ἀπολαῦσαι ἐπὶ πολύ· ubi mirabar nuper servatam fuisse a viro d. scripturam Bengelianæ, ἀφήθην.

(283) A, ἡ δίκη γάρ. B, ἡ δίκη γάρ... εἰ μὲν προέβε... οὐδὲν προήμαρτε. D et Ba, οὐδὲ προδιήμ. C, ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἡ δίκη τῶν ὀφθ. ἀφ. Editiones etiam peccabant in formula πῶς γάρ; eaque notissima, quam nec vertebant nec recte distinguebant.

(284) Σώματος συντυχίαν] « Corpori quippiam non citra consuetudinem accidens. Συντυχία, ἡ κατὰ τύχην ἔκβασις· *casus* : Cyrillus glossographus ». BA.

(285) Ἀρχῆς μὴ ἀρχούσης] D, ἀρκούσης. Ba, Aug., ABC, ἀρχούσης. — « Non principante principio; ordine principali naturæ imperio suo et gubernationi non relicto. Id accidit defectu vel vitio necessariæ materiæ, aut alioquin impedito cursu necessario ». BA.

(286) AB, τὰ ἑπόμενα συμφύρεσθαι. C, τὰ ἑπόμενα συμφέρεσθαι. Cf.

v. 104. D et Ba, τὰς ἑπομένας συμφόρ. Malam scripturam τὰς ἑπ. male explicat Barthius, sic : « partes, caussas. Pulcrum exemplum sciti in semine virili vitiato. Illud enim, consensu multorum sapientum, vim principantem habet in digerendo et absolvendo fœtu, fœminæ sanguine parente et obsequente ».

(287) D et Ba, τί γὰρ συνέχοι... εἰ μὲν οὖν ἡ τοῦ σπέρματος ἀρχὴ..... ἐπικρατεῖ. Sequor ABC. Et est ἂν in Augustano. Τὸ κύημα] « Quid hac voce notetur, vide Jos. Scaligeri Diatribam in Commentarium Melch. Guilandini de papyro [init.] ». BA.

(288) Ἔμψυχον ἄγαλμα γίγνεται] ABC, γίνεται. « Vide Etymologum et alios. Simulacrum perfectam formam corporis notat; scilicet acerrima cura elaborata res. Petronius [c. 126] : *dominam producit e latebris, laterique adplicat meo mulierem omnibus simulacris emendatiorem*. Hinc formam excellentissimam, at anima velut carentem, imaginem vocat Martialis lib. 11, Epigramm. 102. Tali quum vita accedat, perfectissimum exit opus, ut ἔμψυχον ἄγαλμα homo sit omnibus numeris absolutissima forma ». BA.

(289) D et Ba, τὸ ὕδωρ ἐπικλύζεται. Recte εἶδος in ABC.

(290) Τὸ φυόμενον] « Quod parabatur a natura, nascebatur, fiebat intus; τὸ φυόμενον, nondum factum, sed fieri jam incœptum aut incipiens ». BA. Non est μεταβάλλειν in ABC.

(291) Τὰ ἀσθενῆ... τῶν παίδων] Sic τὰ τῶν ἰχθύων apud Simocattam Dialogo de Q. Phys. p. 17 : ibi nota p. 196. — ABC, ἐξήρτηται. D et Ba, ἐξῆρται.

(292) Τὸ μὲν παρῆλθε τὴν φύσιν] « Excedit naturam, superfluo nimirum aliquo; vel ut non secundum eam procedat atque progignatur ». BA.

(293) Κατόπιν ἐγένετο] « Sensus esse debet interpretationi : et hoc quidem præterit, excedit naturam; alterum deficit, ejus ope destitutum legitima. Κατόπιν ἐγένετο, ante tempus nascitur; παρῆλθε τὴν φύσιν, legitimum tempus excedit. Κατόπιν etiam de præteritis et anticipantibus dici notant lexicographi. At nos sensum hic Suidæ

secuti sumus. Κατόπιν, inquit, μετὰ ταῦτα, ἀπὸ τοῦ ὄπισθεν εἶναι· ἀλλὰ κατόπιν ἥκε τοῦ καιροῦ, etc. » BA. Verterat pessime Wolfius: « alius quidem secundum naturam; alius obverso tergo in lucem prodit». Sensus est: « alius naturalem ac consuetum statum excedit, alius eum non attingit ».

(294) In Aug. supra ἐπισύρεται scriptum est φέ, pro ἐπιφέρεται.

(295) D et Ba, ὁ μὲν τ. π. διέστραπτε. ABC, ὁ δὲ τ. π. διέστραπται. Et hoc in Augustano. Statim D et Ba, συνεσταμένην. ABC, συνεσταλμένην. Infra D et Ba, ἐθέλουσιν.

(296) ABC, τῆς ψυχῆς αὐτῆς. Malui sequi D et Ba. Sed ex ABC, Aug. et Ba sumsi μᾶλλον οὐ τιμωρία, pro Wolfiano μᾶλλον ἢ τιμ. Syntaxis minus vulgaris cum negatione post μᾶλλον præferenda fuit. Vide ad Simoc. Epist. 42, n. 2.

(297) Οἷον ἐν σκότει πλανηθέντες] Quæ debet fere Platoni Phæd. § 50, p. 68 : ψηλαφῶντες οἱ πολλοὶ ὥσπερ ἐν σκότει.

(298) Ψυχῆς τὸ ὄμμα... ἀτελὲς καταλιπόντες] D, καταλείποντες. Ba et Aug., καταλειπόντες. ABC, καταλιπόντες. De animæ oculis multi, ipse ad Marin. p. 93. Vide Creuz. ad Procl. t. 1, p. 36; Reynd. ad Plat. Symp. p. 141; Rhoer. ad Porphyr. p. 81; Heyl. ad Julian. Ep. 75, p. 506; Kuinoel. ad Demetr. p. 106; Jacobs. ad Anal. Epigr. inc. 584; Barth. ad Rutil. 2, 18, et infra ad Zachar. n. 250; Blomf. Gloss. ad Choeph. 841; Gatak. ad M. Anton. 2, 13, p. 52, et ad 4, 29, ubi philosophus : τυφλὸς ὁ καταμύων τῷ νοερῷ ὄμματι : quod mutandum putem in κατ. τὼ νοερὼ ὄμματε.

(299) « Inde dicta providentia, velut longe prospiciens, non prævidentia. Boethius libro 5, cap. 6 [p. 139] : *si præscientiam pensare velis, qua cuncta dignoscit, non esse præscientiam quasi futuri, sed scientiam nunquam deficientis instantiæ, rectius æstimabis : unde non prævidentia, sed providentia potius dicitur, quod, porro ab rebus infimis constituta, quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat* ». BA.

(300) D, καὶ τὴν ἀξίαν. Ba et ABC copula carent. Statim unus C

habet ex additione καὶ ante τὸν μέν. Tum B, ἀφῆκεν. AC, καταλέλοιπεν. ABC, ἐχρήσατο πλούτῳ. D et Ba, ἔμελλε. ABC, ἤμελλε : cf. n. 341. D et Ba, ὀξέως πρὸς ἀνάστασιν ἐξάγειν τὸν πεσόντα. Quo reperto et in Augustano, Wernsdorfius : « malim προσπεσόντα, id est ἐντυχόντα· sic est p. 37, 3 ». Exhibui, quam jam memoraveram ad Anecd. t. 4, p. 208, lectionem codicum ABC.

(301) Animæ sedem in cerebro ponit Socrates in Phædone § 48, p. 84 : ὁ δὲ ἐγκέφαλός ἐστιν ὁ τὰς αἰσθήσεις παρέχων... ἐκ τούτων δὲ γίγνοιτο μνήμη καὶ δόξα... ubi Wyttenbach. p. 254, et inprimis Heind. p. 174. Theoph. Nonnus Præf. : ἀπὸ κεφαλῆς ἀρξάμενοι, διὰ τὸ ἐκεῖσε ἱδρυσθὲν τὸ ἱερὸν τῆς λογικῆς ψυχῆς. Ibi Bernard. p. 8. Theodoret. Therap. 5, p. 546 : Ἱπποκράτης μὲν γὰρ καὶ Δημόκριτος καὶ Πλάτων ἐν ἐγκεφάλῳ τοῦτο (τὸ ἡγεμονικόν) ἱδρῦσθαι εἰρήκασιν. Soranus Vita Hippocr. 10, Hippocratem plerumque capite operto pingi narrat, ὡς μέν τινες λέγουσιν... δι' ἔμφασιν τοῦ δεῖν τὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ χωρίον φρουρεῖν. Gregorius Nyssen. De hom. opif. c. 12, t. 1, p. 67 : οἱ δὲ τῷ ἐγκεφάλῳ τὸν νοῦν ἐναποτάσσεσθαι φασὶν, ἐπιπολαίοις τισὶ πιθανότησι τὰς τοιαύτας ἐπινοίας κρατοῦντες... τὸν ἐγκέφαλον ἀφιεροῦντες τῷ λογισμῷ, ὥσπερ ἀκρόπολίν τινα τοῦ παντὸς σώματος τὴν κεφαλὴν δεδομῆσθαι παρὰ τῆς φύσεως λέγουσιν. Ausonius Ephem. 10 : « Et locum mentis sopor altus urget ». Lactantius De opif. c. 8 : « ejus prope divina mens, quia non tantum animantium quæ sunt in terra, sed etiam sui corporis est sortita dominatum, in summo capite collocata, tanquam in arce, sublimis speculatur omnia et contuetur ». Quem cf. c. 16. Cassiodorus De anima c. 8 : « plurimi autem in capite [eam] insidere manifestant (si fas est cum reverentia tamen dicere) ad similitudinem aliquam divinitatis ». Cicero Tusc. 1, 10 : « Plato triplicem finxit animum, cujus principatum, id est rationem, in capite, sicut in arce, posuit ». Idem 1, 9 : « aliis pars quædam cerebri visa est animi principatum tenere » : ubi Davis. Claudianus Cons. Hon. 4, 235 : » hanc alta capitis fundavit in arce Mandatricem operum ». Ibi plurima Barthius.

(302) Distinguebant D et Ba,... διέμεινεν· οὗτος ὁ ἄνθρωπος οἱονεί τις... Et male vertebant. C,... διέμεινεν· οὗτος ὁ ἄνθρωπος, οἷον εἴ τις... Sequor AB, excepto quod οἱονεὶ habeant, cui prætuli οἷον εἴ τις ex C.

(303) ABC, τυφλὸς ὁ παῖς. D et Ba sine τοῖς. ABC, συγκεκλεῖσθαι

καταλείπει· τούτῳ τῷ πεπ. D et Ba, συγκ. συνεχώρησεν, τοῦτο τῷ πεπ. Aug., συνεχώρησε, et in margine, γρ. καταλιπών. Quis καταλείπει? quis συνεχώρησε? Providentia, respondent interpretes latini. Sed ejus nomen longius abest, quam ut possit facile mente intelligi. Puto scripsisse auctorem : διὸ συγκεκλεῖσθαι τῷ πεπονθότι συνήνεγκε. Quum posset quæri ad quod nomen referendum esset συγκεκλεῖσθαι, scripserat fortasse glossator ad marginem, λείπει τούτω, scilicet τὼ ὀφθαλμώ. Et ea notula corruptionis fuerit causa, introducto primum λείπει τ., dein mutato in καταλείπει, tum proprietatis et elegantiæ causa in συνεχώρησε. Saltem oportuit συνεχώρησεν ὁ θεός. Infra αὐτὸς ἔταξεν, quod pronomen hic legendum ὁ θεὸς fere suadet.

(304) Λυγκέως εὐδαιμονέστερος] « Non dicit oculatior, sed felicior. Et sic modo χειραγωγούμενος οὗτος τῷ λόγῳ· hoc est, si iste bene ratione uteretur, quum oculis aut sensuum principe visu dicere debuisset. Felicitas enim quodammodo est in nobilissimo hoc sensu. Quintus Serenus [v. 192] : *Summa boni est alacres homini contingere visus ; Quos quasi custodes defensoresque pericli Prospiciens summa natura locavit in arce.* Ad quem pluribus alibi. Sane fenestræ animi sunt oculi, secundum Salvianum lib. 3, [p. 55] De gubernat. ; quibus secundum vitam nihil carius hominibus, ut ait Aponius initio Commentarii 6 in Canticum Canticorum. Itaque merito humanæ felicitatis bona pars hoc sensu censetur. Lynceus autem celeberrimus acumine visus. Notissima fabula, cui tamen neque ipsi fictores crediderunt. Apollonius Argonautic. 1, [153] : Λυγκεὺς δὲ καὶ ὀξυτάτοις ἐκέκαστο ὄμμασιν, εἰ ἐτεόν γε πέλει κλέος ἀνέρα κεῖνον ῥηϊδίως καὶ νέρθεν ὑπὸ χθονὸς αὐγάζεσθαι. *Penetrabilem ei aciem*, velut nullo loco exclusam, dat Arnobius libro 4, [p. 142]. Felicitatem tamen justitiæ dicit Æneas noster. Et melior interpretatio nostra hac notatione quæ omitti facile poterat ». BA. In vertendis verbis χειραγωγούμενος τῷ λόγῳ non Lynceus fuit bonus Barthius; nec ea Wolfius intellexerat, qui vertit : « sed prodeat in medium cæcus ille puer, qui ratione duce alias uti solet, quo de nobis antea quoque sermo ». Idem est sensus nominis λόγος in utroque casu. Ludit Æneas ut sophista circa nomen, nec inepte : « sed nobis prodeat in medium cæcus ille puer, de quo sermo, ab ipso manuductus sermone ». Frequenter λόγος fit quasi persona, quæ σπουδάζει, ζητεῖ, διέξεισι, cetera. Loca dabit Warren. ad Hierocl. p. 111. De Lynceo illo perspicacissimo vide quæ notavi ad Si-

mocat. Epist. 33, n. 2. Plotinus Enn. 5, 8, p. 545 : οἷον εἴ τις γένοιτο τὴν ὄψιν τοιοῦτος, οἷον ὁ Λυγκεὺς ἐλέγετο (id sumo e margine pro ἐγένετο), καὶ τὰ εἴσω τῆς γῆς ὁρᾷν.

(305) D, συγχωρεῖν γίγνεσθαι, ὡς ἂν μὴ συνταραχθείη φύσιν ἣν αὐτὸς ἔταξεν· ἔδει δὲ συγχωρεῖν ὡς ἂν μάθοιμεν. Ba, παρὰ φύσιν συγχωρεῖν ὡς ἂν μάθ. mediis omissis, casu et oculis propter homœoteleuton errantibus; nam sunt a Barthio latine conversa. Wolfianum συνταραχθείη φύσιν est typorum mendum. Augustanus exhibuit φύσις Wernsdorfio; mihi mei ABC quod scripsi. Si ἀεὶ sincerum est, erit significationi fere simile adverbio ὅμως, quam peculiaritatem animadverti ad Aristoph. Lys. 1131. Pronomen αὐτὸς absolute positum, ut latinum *ipse* nonnunquam, de domino, de magistro. Vide Barth. infra n. 363.

(306) D, ἀκριβεστέρα γάρ. Ba et ABC, ἀκρ. δέ. Omittunt ABC ἀλλ' ante ἄλλο ἄλλῳ. In repetitione id genus sibi placebant. Euripides Œneo 8 : Ἀλλ' ἄλλος ἄλλῳ μᾶλλον ἥδεται τρόποις. Archilochus : Ἀλλ' ἄλλος ἄλλῳ καρδίαν ἰαίνεται. Quæ duo loca post Gatakerum protulit Matthias ad Eurip. Fragm. inc. 118 : Ἀλλ' ἄλλ' ἐπ' ἄλλῃ φάρμακον κεῖται νόσῳ, sic bene integratum additione adverbii ἀλλ'. Ac notandum Euripidei versiculi fere meminisse Æneam. Infra ante τὰ πάθη accessit copula ex codicibus.

(307) ABC, τοῦ κακῶς ὁρᾷν. D et Ba, ἐρᾷν, quod ob sequentia servandum videbatur. Et vertit Ambrosius ἐρᾷν. Permutari illa verba sæpe notatum fuit, etiam a me ad Aristænetum, si bene memini. — « Non est hæc latine sic dicere. Huic non videre præstat non ardere, amore scilicet. Immensa commentaria sequentibus digerendis implere possis. Sed nos jamdum harum notarum spatium odimus ». BA.

(308) D et Ba, ἐφάνη. Est ἀνεφάνη in ABC. In Aug. ἂν suprascriptum est. In sequentibus πῦρ ἀναμένει καὶ σίδηρον fit allusio ad duo præcipua medicinæ veteris remedia, τομὰς καὶ καύσεις· de quibus vide quæ notavi ad Æschyl. Agam. 824; ad Anecd. t. 12, p. 311. Claudianus in Eutrop. 2, 14 : « ferro sanantur et igni »; ubi Barth.

(309) D et Ba addunt copulam : καὶ ἄλλῳ ἄλλο. Abest ab ABC, nec eam desiderabam.

(310) D et Ba, τοῦτο πᾶσιν. Aug., ταὐτὸ πᾶσιν. ABC, ταυτὸν π. Infra B, συνήνεγκεν.

(311) « Mandragoræ vis insita soporifera; adeo ut quibus partes corporis absecandæ, sopiantur hujus succo. Dioscorides lib. 4, c. 76. Venenum ejusdem succi quomodo curetur memini legere apud medicos Paullum [Ægin. 5, c. 44], Valerianum, et Aetium [T. 4, S. 1, c. 45] ». BA. De mandragora vide Wyttenb. ad Plut. De aud. poetis p. 16, F, utentis et Xenophontis loco, Symp. 2, 24, quem respexit Æneas : ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει, τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει. De comparatione olei ignem excitantis vide Erasmi Adagium « oleum camino addere » 1, 2, 19; Hœschel. in Sirach. 8, 4, p. 330.

(312) Τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων] « Hippocrates libro De flatibus [p. 296] : ὅ τι γὰρ ἂν λυπέῃ τὸν ἄνθρωπον, τοῦτο καλέεται νοῦσος. Τί οὖν λιμοῦ φάρμακον; ὅ τι παύει λιμόν· τοῦτο δὲ ἐστὶ βρῶσις· τούτῳ ἄρα ἐκεῖνο ἰητέον. Αὖθις αὖ δίψην ἔπαυσε πόσις· πάλιν αὖ πλησμονὴν ἰῆται κένωσις, κένωσιν δὲ πλησμονὴ, πόνον δὲ ἀπονίη, ἀπονίην δὲ πόνος. Ἑνὶ δὲ συντόμῳ λόγῳ τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰήματα· ἰητρικὴ γάρ ἐστι πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις, ἀφαίρεσις μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, πρόσθεσις δὲ τῶν ἐλλειπόντων. Idem De locis in homine : ἑκατέρου ἐστὶ φάρμακον τὰ ὑπεναντία τῶν ὑπεναντίων. Galeni loca longum sit nominare. Aetius lib. 1, t. 2, c. 94 : *sanitatem corporibus asseruimus contraria adhibentes*. Quomodo capiendum sit hoc scitum, nempe contrariis contraria curari, tanquam ad subjectum sibi ipsis corpus relata docet Stephanus Atheniensis Commentario in primum therapeut. Galeni c. 100 [c. 99, p. 79] ». BA. Planudes in meis Anecdotis t. 2, p. 327 : δεῖ γὰρ ἀντιστῆσαι τῷ μὲν θερμῷ τὸ ψυχρὸν, τὸ δὲ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ, εἰ μέλλοι τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία ἰάματα ἔσεσθαι : ubi similia apposui. Adde Bernard. ad Theoph. Nonn. t. 1, p. 77.

(313) D et Ba, οὐδ᾽ ἂν εἴη. Et sic Augustanus. Est οὐδὲν in ABC, idque verterunt Wolf. ac Barth., « nihil prorsus esset »; obscurius. Sensus est, ἡ πρόνοια οὐδὲν ἂν εἴη : « nihilque esset providentia, esset pro nihilo ». Mox ABC, γίνονται.

(314) « Libro De aere, locis et aquis [§ 82] : ὁ γόνος πανταχόθεν ἔρχεται, ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς τοῦ σώματος, ἀπό τε τῶν νοσερῶν νοσερός· εἰ οὖν γίγνονται ἔκ τε τῶν φαλακρῶν φαλακροὶ καὶ ἐκ γλαυκῶν γλαυκοὶ καὶ ἐκ διεστραμμένων στρεβλοὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος, καὶ περὶ τῆς ἄλλης μορφῆς ὁ αὐτὸς λόγος, τί κωλύει καὶ ἐκ μακροκεφάλου μακροκέφαλον γίγνεσθαι; Hebræorum et Spartanorum leges, quas memorat postea, nemini sunt ignotæ, sed ubique obviæ ». BA.

(315) Νήφοντας εἰς παιδοποιΐαν ἰέναι] Plutarchus De educ. 3 : τοὺς ἕνεκα παιδοποιΐας πλησιάζοντας ταῖς γυναιξὶν, ἤτοι τὸ παράπαν ἀοίνους ἢ μετρίως γοῦν οἰνωμένους ποιεῖσθαι προσήκει τὸν συνουσιασμόν. Vide ibi Heum. et Wyttenb., etiam locum Platonis supra n. 222.

(316) D et Ba, τὸν καθαρμόν. ABC, τὴν κάθαρσιν, quod in Aug. scriptum est super καθαρμόν. Vertunt λελωβημένου « mutili, mutilati », quum sit vertendum « leprosi »; quem verbi sensum monstravi plurimis ad Anecd. t. 4, p. 391; ipsumque Æneæ locum recte intellexerat Reiskius, de illa græca leprosorum appellatione agens ad Constant. p. 106. Ceterum nescio num quod ait Barthius, nemini esse ignotam illam legem Hebræorum, doctissima qua vivebat ætate verum omnino fuerit; equidem fateor nec sine pudore a me prorsus ubi lateat ignorari. Sequentibus ἡ τῆς ὕλης πλεονεξία admoveatur p. 31, 13. Clemens Alex. Pæd. 2, c. 10, § 92 : Μωϋσῆς καὶ ταῖς γαμεταῖς αὐταῖς ἀπαγορεύει πλησιάζειν, ἢν ταῖς ἐπιμηνίοις καθάρσεσιν ἐνεσχημέναι τύχωσιν· οὐ γάρ πω εὔλογον τῷ ἀποκαθάρματι τοῦ σώματος τὸ γονιμώτατον τοῦ σπέρματος καὶ μετ' ὀλίγον ἄνθρωπον μολύνειν, οὐδὲ μὴν ἀποκλύζειν τῷ ῥυπαρῷ τῆς ὕλης.

(317) Vide de hoc Lacedæmoniorum instituto Crag. lib. 3, tab. 9, instit. 4, quem indicavit videndus et ipse Barthius ad Claud. Manl. 153 : « Spartanis potuit robur præstare Lycurgus Matribus et sexum leges vicere superbæ ». — ABC, ἀμφοτέρων ὄντων, sine γάρ. Mox auctoribus ABC sustuli οἱ editum post ἄπειροι.

(318) Locutio est Homerica et a multis adhibita, ἐπὶ γήραος οὐδῷ. Vide Schott. ad Isidor. Epist. 5, 231; Fischer. indice Axiochi; Meinek. ad Men. inc. fr. 125; Uster. ad Plutarchi Consol. p. 59, bene de ipso senectutis ac vitæ termino intelligentem.

(319) Scripsi ἐπ' ὠφελείαις ex ABC pro edito ἐπ' ὠφελείᾳ, quod sine varietate legetur p. 38, 1. Plurali ταῖς ὠφελείαις usus est Isocrates Areop. 21, qui pluralia rara amat. — ABC statim carent edita particula μὲν post διεκόσμησε, quæ nec inutilis est omnino, et multum ad concinnitatem valet, quum sit infra in ἀποδόσει : εἰ δέ τις... κίνδυνος μὲν, μειζόνων δὲ τῶν ἄθλων...

(320) ABC, pro edito τῆς βλάβης, exhibent τῆς ὕλης, quod sensui adversari videtur. « Priusquam detrimenta sentiret », Ambrosius ait, βλάβης vertens. Mox D, γνώσεως. ABC, γενέσεως, recte omnino. « Γνώσεως vulgo editum est. Sed veram lectionem uterque interpres agnoscit, Ambrosius et Wolfius ». BA.

(321) Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον, quæ solennis initiatorum formula forsan Æneæ obversabatur.

(322) Ex ABC inserui τὸ μέγιστον, quo et caruit Ambrosius. Illis reliqui brevius verbum κατέσπειρε. — Ἀθανασίας τὸν λόγον] « Λόγον, convenientiam indelebilem, sive formæ rationem perpetuam in rerum specie quaque, intellige. Sic infra p. 65 : ἐξ ὕλης καὶ εἴδους τὸ σῶμα· ἡ μὲν οὖν ὕλη φθείρεται καὶ διαλύεται, μένει δὲ ὁ ἄνισος τοῦ εἴδους ὁ λόγος. Et mox : καὶ ὁ τῶν ὀλυρῶν λόγος ὀλύρας διέσωσε. Et post paullo: εἰ τοίνυν ἐν τοῖς θνητοῖς ὁ τοῦ εἴδους λόγος ἀθάνατός, ἤ πού γε τῆς ἀθανάτου ψυχῆς ἀθάνατος ὁ λόγος, καὶ οὔποτε χρόνῳ διόλλυται. — Ἐγκατέσπειρε] Alibi hoc Dialogo concludit fieri omnino non posse, ut corpus humanum prorsus aboleatur. Anima enim mori nescia, quum semel id habitaverit, reliquit in eo semina immortalitatis eamque ipsi impressit indelebilem ». BA.

(323) D et Ba, τοὺς ὄντας. Ambrosius, « viventes ». Legit τ. ζῶντας, quod est in ABC. Editi αὕτη. Aug., ABC, αὐτή. Ambrosius, « illa », quo ad αὕτη ducimur. Editi, ἡ γάρ... τοῦτον ἅπασιν... εἴτε ἄμεινον εἴτε μή. Sequor ABC. Et est in Aug. ταυτὸν suprascriptum.

(324) D et Ba, αὕτη πρὸς τὸ... ἔχει. Ambrosius id vertit : « hæc enim differentias pro utilitate molitur ». Sequor ABC. Optima est syntaxis αὐτῇ ἴσχει.

(325) Fischerus, indice Axiochi in Οὐδὸς γήραος, confert Ho-

merica, ἐπὶ γήρας ἵκετο, et latina Ciceronis, « venire ad senectutem ». Cf. p. 36, 3.

(326) ABC sine καὶ ἐπιστήμην, quæ vertit Ambrosius. — Γῆν διακοσμήσας] « Sane hoc respectu etiam talium artium, doctrinarum, artificiorumque auctores in deos relati sunt antiquitus ». BA.

(327) D et Ba, ἢ γὰρ ἂν ἀσ. συζήσαντες... ἐπερείδοντο. Sequor C. Est in AB, ἢ γὰρ ἂν ἀσέλγεια συνακμάσαντες, σωφροσύνη π. τ. π. ἐπηρ. Est διωρίσθαι in Aug., suprascripto διορίζεσθαι. Est et in eo συζήσαντες, « suprascr. credo ἅμα », ait Wernsdorf., quem male legisse credo, et non ἅμα, sed ἀκμά, super συζή reperisse scriptum. Statim editi, προὐβάλλοντο.

(328) Εἰ μέχρι τῆς ἑσπέρας βιώσονται] « Cicero Catone Majore [c. 19]: *quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, cui sit exploratum se ad vesperam esse victurum?* Idem lib. 2, De finibus [c. 8] : *nemini exploratum potest esse, quomodo se habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperum.* Euripides apud Stobæum Serm. de morte [tit. 117, 14; ex Alcest. 785 : Κοὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξεπίσταται Τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται] ». BA.

(329) D et Ba, παιδίων. ABC, παίδων. Similia Platonis verba Legg. 5, p. 729 : μὴ δή τις φιλοχρηματείτω παίδων γ' ἕνεκα.

(330) Θεῖος καὶ οὗτος ὁ νόμος] Vide locum Hieroclis infra n. 333. Ante νόμος accessit articulus ex ABC. — Τὸν ἄριστον] « Vitam longævam scriptura divina infinitis locis præmio bonorum morum proponit; et pro magna re omnes eam vovent sibi. Qua de re memini veteris poetæ Drosithei vel Dorothei hoc epigramma legere, hactenus quidem ἀνέκδοτον, qualibus scatent scrinia nostrarum opum : *Fortiter in vita mortem contemnere jactant, Quos fortuna suis pulverulentat equis : At quibus alba dies procedit tramite læto, Dulcius ætherea nil sibi luce ferunt. Omnia sed passæ* * *nunc hoc, nunc tempore in illo, Communi superos mens prece cuncta petit. Quicquid in hospitio succedat corporis isto, Sidere vel retro vota ferente cadat, Unius ambitio non est expleta senectæ; Centum annos etiam prima juventa cupit. At cui canities sparsit jam sera capillos, Deficiunt toto quem sua membra gradu, Sena licet vitæ vicennia com-*

pleat, optat, Sperat et æstates addere posse decem; Has quoque si addiderit, semper sitit insuper unam; Unus in immensos, si queat, annus eat. Nemo satur vitæ mensa discedit ab istu; Incusant omnes fata, retroque vident. At quia nulla dies, ars, virtus, prorogat istos, Hoc patitur meriti nescia vita sui ». BA.

(331) Εἰ καιρὸς καλοίη καὶ χρεία] Heliodorus 1, 12 : αἰφνιδίου τινὸς χρείας καλούσης. Cantacuzenus Hist. 1, 14, p. 46, D : καιροῦ καλοῦντος. Plutarchus De adul. c. 29 : ὅταν... οἱ καιροὶ παρακαλῶσιν. Adde not. ad Eunap. pp. lix, 595; infra n. 375.

(332) ABC, πρὸς καλὸν τιθέναι. Plutarchus De adul. p. 49, E : τὸν φίλον εἰς τὸ καλὸν τιθέμενοι.

(333) Παγίως ὁ ὅρος ἵδρυτο] « Quod statuunt clamantque philosophi. Seneca, sive quis alius, Hercule Furente [188] : *Certo veniunt ordine Parcæ; Nulli jusso cessare licet; Nulli scriptum proferre diem.* Verus Seneca [Cons. ad Marc. 20, 9] : *fixus est cuique terminus; manebit semper ubi positus est, nec illum ulterius diligentia aut gratia promovebit.* Hierocles [in Aur. Carm. p. 90] : γινώσκει γὰρ ὡς θανεῖν πέπρωται ἅπασι, καὶ τίς ὡρισμένος ἐστὶ χρόνος· πρὸς διαμονὴν τοῖς θνητοῖς σώμασιν ἡμῶν, οὗ ἐνστάντος οὐ δεῖ χαλεπαίνειν, ἀλλ' ὡς θείῳ νόμῳ ἑκόντας ἕπεσθαι ». BA.

(334) BC, σύμβολα γίνεται. ABC, μὴ δὲ θαυμ. B, γίνεται. D et Ba, μὴ δὴ θ... ἐπιγίνεται..... ἀδυνατήσασα ἡ ὕλη ἐπίσπεσθαι (Ba, ἐπισπέσθαι) ψυχῇ. ABC, ἕπεσθαι. Aug., ἐπίσπεσθαι, scripto α super πε : an ut fiat ἐπισπᾶσθαι : sed quo sensu? — Ἡ ὕλη] « Vide Plutarchum Περὶ ἀρεσκ., et Stobæi Physicas Eclogas; Theodoretum Therapeut. Serm. 4 [qui est totus de materia et mundo] ». BA.

(335) D et Ba, ἀπήλαυσεν· ἤδη δὲ καὶ διακοσμηθεῖσα τοῦ σώματος ἡ ὕλη : quibus Ambrosius consentit. Sequor ABC. Mox D et Ba, ἢ οὐδὲν πεπωκώς. AC, καὶ οὐδὲν π. B, καὶ οὐδεὶς π. Ambrosius : « aut minimum bibens ». Mox ABC sine τε. Infra D et Ba, θάλασσα.

(336) D et Ba, ἐναντίον μὲν γὰρ ἄλλῳ ἄλλο. « Omnia enim secundum litem fiunt. Quod Heracliti scitum memini me adolescentem bono volumine illustrare, quod procemii loco serviat Characterum

commentario ». BA. Heracliteum dogma apud Diogenem Laert. 9, 8 : γίνεσθαι πάντα κατ' ἐναντιότητα· et 9, 7 : διὰ τῆς ἐναντιοτροπῆς ἡρμόσθαι τὰ ὄντα. Stobæus Eclog. 1, 42, p. 690, ex Aristotele De mundo c. 5, 6, p. 180, ipsa verba refert Heracliti : οὕτως οὖν καὶ τὴν τῶν ὅλων σύστασιν... διὰ τῆς τῶν ἐναντιωτάτων ἀρχῶν κράσεως μία διεκόσμησεν ἁρμονία. Non abludunt Diodori Siculi 1, 11, Ægyptiorum cosmogoniam enarrantis verba de anni tempestatibus : ταύτας, ἐναντιωτάτην φύσιν ἀλλήλαις ἐχούσας, ἀπαρτίζειν τὸν ἐνιαυτὸν ἀρίστῃ συμφωνίᾳ.

(337) D et Ba, ἁρμονίας γὰρ καὶ τοῦτο ἐξ ἐναντίων. Sequor ABC. Stobæus l. l. p. 688, ex Aristotelis l. l. p. 176 : μουσικὴ δὲ, ὀξεῖς ἅμα καὶ βαρεῖς, μακρούς τε καὶ βραχεῖς φθόγγους μίξασα ἐν διαφόροις φωναῖς, μίαν ἀπετέλεσεν ἁρμονίαν.

(338) D et Ba, ἵνα... ἔσται μετρ. ... εἰ δ' ἂν δίκαιος. Sequor ABC. Et est εἰ δ' αὖ in August. Sequentia verba ἤδη..... τελευτῆς absunt ab editis ; sunt in ABC cum mendo πρὸς τῆς ὥρας, et in Augustani margine cum ἣ, conjiciente ᾗ Wernsd., ac cum meliore præpositione πρό. Ea non habuit Ambrosius. Est in τὸ γῆρας nonnihil impedimenti. Correctio ὁ γέρων esset temeraria. Malim habere ἐποχούμενος pro casu absoluto : « qua spe quum sit innixus, ejus senectus facilius tolerat... ».

(339) AB, οὐδὲν νεανικόν. CD et Ba, οὐδὲ νεαν. Ambrosius : « nihil enim insigne, nil forte ». Videtur habuisse bis οὐδέν. P. 43, 18 : οὐδὲν γὰρ ἀργὸν, οὐδὲ περιττὸν, οὐδὲ μάτην ἐργάζεται· sine varietate. Ambrosius ter in versione « nihil » : habuitne ter οὐδέν ? — ABC, ἡ γάρ. D et Ba, ἢ γάρ.

(340) « Apollodorus libro 1, [c. 9, 8, 1] : Τυρὼ δὲ ἡ Σαλμωνέως θυγάτηρ καὶ Ἀλκιδίκης παρὰ Κρηθεῖ τῷ Σαλμωνέως ἀδελφῷ τρεφομένη, ἔρωτα ἴσχει Ἐνιπέως τοῦ ποταμοῦ, καὶ συνεχῶς ἐπὶ τὰ τούτου ῥεῖθρα φοιτῶσα, τούτοις ἀπωδύρετο. Ποσειδῶν δὲ, εἰκασθεὶς Ἐνιπεῖ, συγκατεκλίθη αὐτῇ· ἡ δὲ γεννήσασα κρύφα διδύμους παῖδας ἐκτίθησιν· ἐκκειμένων δὲ τῶν βρεφῶν, παριόντων ἱπποφορβῶν, ἵππος μία προσαψαμένη τῇ χηλῇ θατέρου τῶν βρεφῶν, πελιόν τι τοῦ προσώπου μέρος ἐποίησεν· ὁ δὲ ἱπποφορβὸς ἀμφοτέρους τοὺς παῖδας ἀνελόμενος ἔθρεψε, καὶ τὸν μὲν πελιωθέντα Πελίαν ἐκάλεσε, τὸν δὲ ἕτερον Νηλέα. De Telepho Hyginus Fab. 261. De Cyro nota omnia. Hominis miraculose per omnia discrimina

ad regnum servati longe illustrius exemplum apud Justinum ex Trogo libro 44, [c. 4] ». BA. Hæc et similia exempla congessit Rav. Textor eo Officinæ titulo quo recensuit « animalia quorum ministerio sustentati homines ». Pro edito ἐῤῥιφέναι, ABC et Aug. ἐῤῥίφθαι.

(341) ABC, ἤμελλον, pro edito ἔμελλον. Alibi fuit et erit in codd., ut in editis, augmentum syllabicum. Modo omnes ἔμελλε. Vid. nn. 63, 300, 459.

(342) D, ὑπὸ κήτους καταποθῆναι καὶ διασώζεσθαι. Ba, ἀπὸ κήτους... ABC, ὑπὸ κ. ἁλῶναι καὶ ἐντὸς γενόμενος διασ. Quos sequutus sum, ita ut καταποθῆναι non amitterem, quod ob vim placebat, et quoniam sequens ἁλίσκονται verbo ἁλῶναι etiam nocere videbatur. Habuit Ambrosius καταποθῆναι. Quod verbum de belluis marinis usurpatum monstrat Jacobs. Anal. t. 10, p. 22. — « Lycophron Cassandra [33] : Τριεσπέρου λέοντος, ὅν ποτε γνάθοις Τρίτωνος ἠμάλαψε κάρχαρος κύων. Isacius Tzetzes [ad Lyc. loc.] : ἐκ χρησμοῦ Λαομέδων ἀναγκασθεὶς, Ἡσιόνην τὴν θυγατέρα κοσμήσας βασιλικῶς, ὡς πρὸς εὐωχίαν τῷ κήτει ἐξέθετο· διερχόμενος δὲ Ἡρακλῆς καὶ ὑποσχεθεὶς παρὰ Λαομέδοντος ἀθανάτους ἵππους λαβεῖν, οἳ ἐδόθησαν αὐτῷ ἀντίποινον παρὰ τοῦ Διὸς τὸν Γανυμήδην ἁρπάσαντος, ἀδελφὸν ὄντα τοῦ Λαομέδοντος, χωστὸν τεῖχος ποιήσας, καὶ στὰς ὡπλισμένος περὶ τὸ στόμιον, ὡς κεχηνὸς ἐπῄει τὸ κῆτος, ἀθρόως τῷ τούτου ἐμπεπήδηκε στόματι· τρισὶ δὲ ἡμέραις ἔνδοθεν κατακόπτων, αὐτὸς ἐξῆλθεν ἀποβεβληκὼς καὶ τὴν τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς τρίχωσιν. Rara hujus fabulæ mentio. Ad Jonam prophetam, ut ipsum ad Christum Dominum, trahunt expositores nonnulli Christiani ». BA. Paucula huc facientia vide in Borremansii Vesperis Gorinch. p. 70; plura in Fabricii nota ad Sext. Empir. p. 270.

(343) D et Ba, sine εἰς, quod est in ABC et Aug. Ἐκπεπτωκότων, pro edito ἐμπεπτ., exhibent ABC. Loquendi modum ἐπιῤῥεῖ πλῆθος illustravi ad Phil. Her. p. 414. Adde Jacobs. Animadv. in Athen. p. 208. Noster sic et p. 63, 24.

(344) Pro edito πάντως, ABC, πάντες. Habent et ἐστι. Malui editum ἔστη. Ambrosius : « id quoque pro illorum atque intuentium utilitate providentia molita est, dum ii quidem morbo animi erepti sunt ». Quem legisse ἔστη aut ἐστι non putem. Wolfius pro-

babiliter : « aliis morbus læsæ mentis sedatus est ». — « Sensum utcumque adsequaris. Inest tamen obscuritas, ut multis aliis hujus scriptoris locis, quibus medicari possit scriptus aliquis codex unius aliquando duarumve vocum auxilio aut mutatione. Aliis vetitum est ultra per vecordiam amentiamque grassari, dum e medio tolluntur; alii horum exitum videntes, timuerunt pariter insanire. Possit tamen et sequenti commati hæc periodus applicari ». BA. Mox sine ἐφάνη AB, φοβερὸν ἡ νόσος, et C, φοβερὸς ἡ ν.

(345) Διασωθέντας] « Sæpe enim unus homo virtute sua ingentibus regnis et opulentissimis civitatibus imminentia mala avertit. Tales nemo nescit ab simplici antiquitate nec quid nec quare diis adscriptos ». BA.

(346) « Thraces instar barbarorum primorum dixit; nam hujus gentis barbaries opponitur sæpe græcæ humanitati ab hujus gentis scriptoribus. Numina Thracum notissima, Mars cum primis. De amplitudine gentis lege præter alios Thucydidem [2, 96...] ». BA.

(347) Ἄρχοντας] « Potestas tyrannica, imperitans aliis per violentiam, adegit subditos ad divinitatis de se opinionem. Vide multis Prudentium initio aureolorum librorum contra Symmachum et idololatriam ». BA. Legendus ea de re Cicero Tusc. 1, 12.

(348) D, Μενέλεων καὶ νὴ Δία τὴν Ἑλένην μετὰ τ. Ἀλ. καὶ τὸν Δηΐφοβον. Ba, ... Ἀλ., μετὰ τὸν Δηΐφοβον. Aug., μετὰ τὸν Δ. AB, Μενελέων καὶ Λῆδαν τὴν Ἑλ.... μετὰ τὸν Δ. Sic C, sed bene Λήδας. Ambrosius : « Menelaum et medius fidius Helenam post Alexandrum, post Deiphobum ». Vertit textum Barthiano similem. Mea lectio tollit jurandi formulam νὴ Δία ut in Euxitheo indecoram. — Μετὰ τὸν Ἀλ. μετὰ τὸν Δ. « Non temere repetiit voculas. Ingerit enim duplex scelus Helenæ : adulterum prælatum marito, et alterum a Paride maritum proditum. Deiphobum enim Græcis Helena prodidit, ut ipse narrat Æneæ apud Maronem lib. 6, [511] : *Sed me fata mea et scelus exitiale Minervæ His mersere malis; illa hæc monumenta reliquit... Egregia interea conjux arma omnia tectis Emovet, et fidum capiti subduxerat ensem. Intra tecta vocat Menelaum et limina pandit.* Hyginus cap. 240 : *conjuges suos occiderunt, Clytemnæstra Aga-*

memnonem, Helena Deiphobum. Aliter narrat Quintus Smyrnæus lib. 13, [354] ». BA.

(349) D et Ba, ἐν θεραπαίναις τῆς Λακωνικῆς. Vertit Wolfius: « inter ancillas Laconicæ ». Eadem sunt Ambrosii verba. Barthius optime: « in Therapnis Laconicæ ». Scilicet corrigebat ἐν Θεράπναις, quod inveni in ABC. Correctionem jam proposuerat Rutgers. V. L. 2, 15, qui et eam in mentem D. Heinsio venisse monet. Sic in Hecuba 482 θεραπαίναν et θεράπναν permutata sunt. — « Dudum fuit quum emendandum notavimus, ἐν Θεράπναις Λακωνικαῖς. De ea civitate nihil attinet notare; est enim notissima. At potissimum Therapnas nominavit Æneas, quod locus quoque peculiaris Laconicæ hoc vocabulo censeatur cultui Ledæorum Laconum speciatim consecratus. Stephani Epitomator : Θέραπναι, πόλις Λακωνική, ἥν τινες Σπάρτην φασίν· ἔστι καὶ τόπος ἔχων ναὸν τῶν Διοσκούρων, διὰ τὸ ἐκεῖσε τούτους τιμᾶσθαι· θεραπεύειν γὰρ τιμᾶν σημαίνει. Quem locum procul dubio Æneas noster aspexit. Cultam autem Therapnis Helenam cum Dioscuris tradunt Isocrates Encomio illius [c. 27], Herodotus lib. 6, [c. 61], etc. Et credibile inde est, quod ibidem sepulcrum ejus fuerit commonstratum. Pausanias libro 3, [c. 19, 9] : Θεράπνη δὲ ὄνομα τῷ χωρίῳ γέγονεν ἀπὸ τῆς Λέλεγος θυγατρός· Μενελάου δέ ἐστιν ἐν αὐτῇ ναὸς καὶ Μενέλαον καὶ Ἑλένην ἐνταῦθα ταφῆναι λέγουσι. Porro Helenæ cultus apud Græcos notus. Eam autem etiam Trojanos, licet imperii ipsorum eversi præcipuam caussam nomine Adrasteæ coluisse tradit Athenagoras initio Legationis : ἀλλ' ὁ μὲν Ἰλιεὺς θεὸν Ἕκτορα λέγει, καὶ τὴν Ἑλένην Ἀδράστειαν ἐπιστάμενος προσκυνεῖ. Notum et astrum Helenæ, nautis certum interitus indicium, de cujus vi Lutatius Placidus in finem septimæ Thebaidos. Verba Papinii [Th. 7, 791] : *Non aliter cæco nocturni turbine cori Scit peritura navis, quum jam, damnata sororis Igne, Therapnæi fugerunt carbasa fratres*. Scholiastes : *quia nautæ, quum stellam Helenæ viderint, quæ Urania dicitur, cujus tanta vis est incendii, ut malum et navis ima pertundat, ut etiam si æs sit hoc calore solvatur : ergo si hæc stella navi insederit, sciunt se nautæ sine dubio perituros. Contra Castorum sidera sunt navigantibus salutaria* ». BA. Optime igitur Barthius, quem vide et ad Stat. Th. 3, 422, corrigebat Θεράπναις, sed male Λακωνικαῖς. Non mutandum τῆς Λακωνικῆς. Quod, etsi non indigeat probatione, probatione firmabo, solito editorum et erudito vitio, vitio tamen. Scholiastes Pindari Isthm. 1,

43 : ἰστέον ὅτι τῆς Λακωνικῆς ἐν Θεράπναις τὸ ἱερόν ἐστι τῶν Διοσκούρων. Isocrates l. l. : ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἐν Θεράπναις τῆς Λακωνικῆς θυσίας αὐτοῖς (Menelao et Helenæ) ἁγίους καὶ πατρίους ἐπιτελοῦσιν, οὐχ ὡς ἥρωσιν, ἀλλ' ὡς θεοῖς ἀμφοτέροις οὖσιν : in quibus sunt quæ et præcedentibus admoveas. Et notandum in C super π nominis Θεράπναις scriptum esse μ, ut fiat Θεράμναις : cujus scripturæ exempla vide in Meursii Misc. Lac. 4, 12, ubi et de Therapne multis agit.

(350) ABCD, μετ' ἐκείνων. Ba et Aug., μετ' ἐκεῖνον. Ambrosius habuit μετ' ἐκείνων. — Ἀναθήμασι θεραπ.] « Anathemata fere post omnia negotia et quarumcumque etiam rerum suspendebant fanis suorum numinum Græci. Horum copiam videre potes apud Pausaniam, et nos in Superstitionum libris ». BA.

(351) D et Ba, ἡ Ἥρα τῷ Διονύσῳ. Aug., ἡ Ἥρα Διονύσσῳ. Qui et modo Διόνυσσον habuit. ABC sine τῷ. Locum Porphyrii an supersit ignoro. — « Junonem igitur pro malo dæmonio habuit Porphyrius. Sane nec in fabulis frequentia sunt ipsius bona facinora ». BA., quem, si tanti est, vide ad Stat. Th. 11, 224.

(352) D, Ἡρακλεῖ, οἰκοῦσι τὴν Θράκην. Οἱ Γέται δὲ ποταμῷ Ἴστρῳ... Ζάλμοξις... ἀποσφάττοντες αὐτῶν, ἀθανατίζουσιν ὡς οἴονται. Ba, Ἡρακλεῖ. Οἰκοῦσι τ. Θρ. οἱ Γ. ποταμῷ δὲ Ἴ..... Σάμολξις... Aug., Γέται ποταμῷ Ἴστρῳ, suprascriptis a recentiore manu δὲ post Γ., τῷ ante Ἴ. AB, Ἡρακλεῖ, οἱ οἰκοῦσι τ. Θράκην· οἱ Γέται π. τῷ Ἴ... Ζάμολξις... ἀποσφάττοντες αὐτῷ ἀθαν. ὡς οἷόν τε. C verba exhibet scripta, ut edidi, nisi quod et in fine vitiosum habet ὡς οἷόν τε, quum sit editum οἴονται unice verum. Ambrosius vertit αὐτῶν, « optimos ex suis », et οἴονται. — Μόνον θεόν] « Scribendum suspiceris, Κρόνον. Zamolxin enim hunc sacrificiis humanis venerabantur Getæ et Saturnum autumabant. Diogenes Laertius [8, 2] : ἔσχε δὲ (ὁ Πυθαγόρας) ἀδελφοὺς, πρεσβύτερον μὲν Εὔνομον, μέσον δὲ Τυῤῥηνὸν, καὶ δοῦλον Ζάμολξιν, ᾧ Γέται θύουσι, Κρόνον νομίζοντες. Inconcinnior quidem hæc lectio; nec vulgata tamen vera est. Nam Martem etiam severissime coluisse Getas vel Jornandes [c. 21, p. 1386] evicerit. De cultu hujus, utque multis annis Pythagora prior fuerit, vide Herodotum libro quarto [c. 96]. Hominem autem, quem quotannis occidebant, Getæ aiebant legatum mittere ad Zamolxin. Clemens Alexandrinus, Strom. 4, [p. 590] : λέγεται δὲ ἔθνος βάρβαρον οὐκ ἄγευστον φιλοσοφίας· πρεσβύτην

αἱροῦνται πρὸς Ζάμολξιν ἥρωα κατ' ἔτος· ὁ δὲ Ζάμολξις ἦν τῶν Πυθαγόρου γνωρίμων· ἀποσφάττεται οὖν ὁ δοκιμώτατος κριθεὶς, ἀνιωμένων τῶν φιλοσοφησάντων μὲν οὐχ αἱρεθέντων δὲ, ὡς ἀποδεδοκιμασμένων εὐδαίμονος ὑπηρεσίας. Zamolxin inter eos, qui extra Græcos Græciamque philosophati sunt, recenset Theodoretus Therapeut. primo [p. 469, D]. Quod autem vir doctissimus Jo. Wowerius, ad Minutium Felicem [p. 161=p. 38], Æneæ adscribit, servos Getas Zamolxi sacrificasse scribere eum, lapsus est memoriæ». BA. De Zamolxide, vel Zalmoxide (nam Wolfiana scriptura Σάλμοξις, potius Ζάλμοξις, etiam est valde bona), adi Bibliothecam Gr. in catalogo Pythagoricorum t. 1, p. 879, et in Legumlatoribus t. 2, p. 14; Chardonem Miscell. crit. t. 1, p. 58; Groddeckium disputatione peculiari, « Græcorum de Zamolxide fabulæ ». Apollonius Tyan. Epist. 28: Ζάμολξις ἀνὴρ ἀγαθὸς ἦν καὶ φιλόσοφος, εἴ γε μαθητὴς Πυθαγόρου ἐγένετο· καὶ εἰ κατὰ τὸν χρόνον τοιοῦτος ἦν ὁ Ῥωμαῖος, ἑκὼν ἂν ἐγένετο φίλος. Nitidior scriptura codicis Mazarinei A 87: κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. Ambrosius ἀθανατίζουσιν male ad Zamolxidem retulit: « hoc eum obsequio, ut putant, immortalitate donant ». Intelligendum de victimis, ut bene Wolfius ac Barthius ceperunt. Vide Raphel. ad Arrian. Alex. 1, 3; Heind. ad Plat. Charm. § 9.

(353) Πρωτεύς] « Rex quondam Ægyptiorum, post inter deos relatus. Notissimus ob varias species. Quam rem enarrat Diodorus Siculus libro 1, [c. 62]: βασιλεὺς, ὃν Αἰγύπτιοι μὲν ὀνομάζουσι Κέτην, παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησιν εἶναι δοκεῖ Πρωτεὺς, ὁ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν γενόμενος πόλεμον· τούτου δὲ παραδεδομένου τῶν τε πνευμάτων ἔχειν ἐμπειρίαν, καὶ τὴν μορφὴν μεταβάλλειν ὁτὲ μὲν εἰς ζώων τύπους, ὁτὲ δὲ εἰς δένδρων, ἢ πῦρ, ἤ τι τῶν ἄλλων, ὁμολογούμενα συμβαίνει καὶ τοὺς ἱερεῖς λέγειν περὶ αὐτοῦ· ἐκ μὲν γὰρ τῆς μετὰ τῶν ἀστρολόγων συμβιώσεως, ἣν ἐποιεῖτο συνεχῶς, ἐμπειρίαν ἐσχηκέναι τὸν βασιλέα τῶν τοιούτων· ἐκ δὲ τοῦ νομίμου τοῦ παραδεδομένου τοῖς βασιλεῦσι, τὸ περὶ τὰς μεταβολὰς τῆς ἰδέας μυθολογηθῆναι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν· ἐν ἔθει γὰρ εἶναι τοῖς κατ' Αἴγυπτον δυνάσταις περιτίθεσθαι περὶ τὴν κεφαλὴν λεόντων καὶ ταύρων καὶ δρακόντων προτομὰς, σημεῖα τῆς ἀρχῆς· καὶ ποτὲ μὲν δένδρα, ποτὲ δὲ πῦρ, ἔστι δὲ ὅτε καὶ θυμιαμάτων εὐωδῶν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς οὐκ ὀλίγα· καὶ διὰ τούτων ἅμα μὲν ἑαυτοὺς εἰς εὐπρέπειαν κοσμεῖν, ἅμα δὲ τοὺς ἄλλους εἰς κατάπληξιν ἄγειν καὶ δεισιδαίμονα διάθεσιν ». BA. Philo Legat. § 11: Αἰγυπτίου τρόπον Πρωτέως, ὃν εἰσήγαγεν Ὅμηρος μεταβολὰς παντοίας ἐνδεχόμενον, Psellus Opusculis ineditis, p. 182 editionis futuræ: Πρωτεὺς ἐκεῖνος,

ἀνὴρ ἢ δαίμων, ὃν Ὅμηρος πλάττει καὶ μεταπλάττει, παντοδαπὸς ἦν καὶ μετήλλαττε τὰς μορφάς, καὶ νῦν μὲν λέων τοῖς ὁρῶσιν ἐδείκνυτο, νῦν δὲ ὄφις, νῦν δὲ σῦς, καὶ πῦρ καὶ δένδρον καὶ λίθος καὶ σίδηρος. Adde not. ad Simoc. p. 207; ad Anecd. t. 2, p. 302; ad Zachar. n. 410, coll. Wernsd. ad Himer. p. 744.

(354) « Helenam sceleribus infamem, tamen pro dea cultam, objecit modo noster. Ita et Theodoretus Therapeut. 3, [p. 511] : καὶ τὴν Ἑλένην δὲ, μετὰ τὴν πολυθρύλλητον καὶ παμπόλλην μοιχείαν, τοῦ Μενέλεω χωρίσαντες, εἰς τὸν οὐρανὸν, ἧ φησὶν Εὐριπίδης, ἀνήγαγον. At propter virtutem talem honorem meritam auctor est Dio Chrysostomus Troica [p. 311] : ἔτι δὲ οὐκ ἄξιον οἶμαι παριδεῖν οὐδὲ τὸ τῆς Ἑλένης, ἣ, τοῦ Διὸς λεγομένη, διὰ μὲν τὴν ἄδικον φήμην περιβόητος ἐπ' αἰσχύνῃ γέγονε, διὰ δὲ τὴν αὐτῆς αἰσχύνην θεὸς ἐνομίσθη παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. Theodoreto et Nostrò adstipulatur Diodorus Siculus libro 16 [imo Athenæus 6, c. 22], Helenes torquem sacrilegio raptum gestantem perhibens mulierem in ejus mores incidisse, corpore nimirum libidini vulgivagæ prostituto. Cum Proteo autem culta Helena, quod eam in Ægyptum cum Paride delatam isti eripuit rex ille μυριόμορφος, cum quo Helena postea Ξείνης Ἀφροδίτης nomine est consecrata. Herodotus lib. 2, [c. 112] : ἔστι δὲ ἐν τῷ τεμένεϊ τοῦ Πρωτέος ἱρὸν τὸ καλέεται Ξείνης Ἀφροδίτης· συμβάλλομαι δὲ τοῦτο τὸ ἱρὸν εἶναι Ἑλένης τῆς Τυνδάρεω : ubi sequentia vide Helenam, dum Troja oppugnatur, in Ægypto collocantia. Spectrum Helenæ Paridi substitutum, veram puellam a Proteo raptam tradunt alii. Isacius in Lycophronem [113] : λέγουσι γὰρ ὅτι, διερχομένῳ Ἀλεξάνδρῳ δι' Αἰγύπτου ὁ Πρωτεὺς Ἑλένην ἀφελόμενος, εἴδωλον Ἑλένης αὐτῷ δέδωκεν, ὥς φησι Στησίχορος· Τρῶες οἳ τότ' ἔσαν Ἑλένης εἴδωλον ἔχοντες. Vide Euripidis Helenam fabulam jucundissimam. Dio Chrysostomus [t. 1, p. 361] fabulosum illud totum censet, quod unquam Ægyptum Helena contigerit ». BA. In allatis supra a Barthio Dionis Chrysostomi verbis memoratam non video Helenæ virtutem, ni pro δι' αἰσχύνην legere placeat δι' ἰσχὺν, quod reperi in codice 2958.

(355) Ξένην Ἀφροδίτην ὀνομάζουσιν] « Conjectura est Herodoti [2, 112]; quam sequentia sæcula pro veritate rei habuerunt. Id sæpius eidem fabuloso auctori indultum, qui antiquitatem mythistoriis infinitis adulteravit, ut demonstramus alibi. Ipse quidem Herodotus tam plane fictiones suas non diffitetur, ut etiam Musarum

nomina libris suis inscripserit, ipso titulo lectores poesin suam docturus. Si vera hæc, Helena utique ob formam eximiam Veneris titulum nacta est: eo enim specierum speciosissima quælibet censetur. Musæus de Hero [33]: Ἄλλη Κύπρις ἄνασσα. Idem [66]: Ἀτρεκέως ἱερεῖαν ἐπάξιον εὕρετο Κύπρις. Et denuo [68]: Κύπριδος ἀρήτειρα νέη διεφαίνετο Κύπρις. Iterum [135]: Κύπρι φίλη μετὰ Κύπριν, Ἀθηναίη μετ' Ἀθήνην. Ad quem plura [n. ad v. 33] ». BA.

(356) Βασιλέας ἅπαντας] « Recenset hos diligenter Eutropius, quem eo fine historiolam suam instituisse arbitreris. Etiam pessimos principes Romani coluerunt, semper exortis eorum similibus, scilicet si non vita extera, at interiore affectu. Id queritur factum etiam Theodoretus, securus jam christianorum principum, de cetero infinitis et gentilibus et fidelibus scriptor doctior, Therapeut. 3, [p. 511]: οὐκοῦν οὐ τοὺς ἀγαθόν τι δεδρακότας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀσελγεστάτους ἄνδρας καὶ γυναῖκας ἐθεοποίησαν Ἕλληνες· ταῦτα καὶ Ῥωμαῖοι παρὰ τούτων μεμαθηκότες τοὺς σφετέρους βασιλέας μετὰ τὸ τέρμα τοῦ βίου θεοποιΐας ἠξίουν, καὶ οὐ μόνους τοὺς ἐννόμως βεβασιλευκότας καὶ τοῦ δικαίου πεφροντικότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τυραννικῶς τε καὶ ἀδίκως καὶ παρανόμως ἰθύναντας τὴν ἀρχήν· καὶ γὰρ Νέρωνα, πᾶσαν ἰδέαν ἀκολασίας καὶ παρανομίας κατακόρως μετεληλυθότα, καὶ Δομετιανὸν καὶ Κόμοδον, καὶ μέντοι καὶ ἄλλους μιαιφόνους ἄνδρας καὶ λαγνεστάτους τῷ τῶν σφετέρων θεῶν καταλόγῳ ξυνέταξαν ». BA.

(357) Τρισκαιδέκατος θεός] « Honor eo tempore summis principibus habitus. Sic Alexandri pater Philippus referebatur in catalogum Duodecim Deorum a suis Ægis, Macedoniæ oppido, præsentibus etiam Atheniensium eorumdem legatis et coronam auream offerentibus, paullo ante quam occideretur. Diodorus Siculus lib. 16, [c. 92]: τέλος δὲ τοῦ πότου διαλυθέντος, καὶ τῶν ἀγώνων κατὰ τὴν ὑστεραίαν τὴν ἀρχὴν λαμβανόντων, τὸ μὲν πλῆθος ἔτι νυκτὸς οὔσης συνέτρεχεν εἰς τὸ θέατρον, ἅμα δ' ἡμέρᾳ τῆς πομπῆς γινομένης σὺν ταῖς ἄλλαις ταῖς μεγαλοπρεπέσι κατασκευαῖς, εἴδωλα τῶν δώδεκα θεῶν ἐπόμπευε, ταῖς τε δημιουργίαις περιττῶς εἰργασμένα, καὶ τῇ λαμπρότητι τοῦ πλούτου θαυμαστῶς κεκοσμημένα· σὺν δὲ τούτοις αὐτοῦ τοῦ Φιλίππου τρισκαιδέκατον ἐπόμπευε θεοπρεπὲς εἴδωλον, σύνθρονον ἑαυτὸν ἀποδεικνύντος τοῦ βασιλέως τοῖς δώδεκα θεοῖς. Demetrio et Antigono eumdem honorem ab iisdem Atheniensibus [tributum] indicat Plutarchus, quum nomina eorum cum deorum intexta peplo dicit [Demetr. 10: sed imagines, non nomina] ». BA.

(358) « Alexandri rerum notæ sunt historiæ. De divinitate et vulneribus lege commentarium Plutarchi De virtute et fortuna ejus ». BA.

(359) Proverbialis dicendi formula, μαθήματα παθήματα, quæ redibit p. 69, 4. Eam quum tractarem ad Nicetam p. 151, adposui quæ huc multum faciunt Appiani verba : ἡγουμένου Τιγράνους αὐτῷ γεγονέναι τὰ παθήματα διδάγματα· Herodoti : τὰ δέ μοι παθήματα ἀχάριτα μαθήματα γεγόνει. Etiam facit huc optime Achilles Tat. 4, 14 : ἔφθανε τὰ παθεῖν πρὸ τοῦ μαθεῖν· ubi vide Jacobs. Vide et Damk. ad Agap. c. 29; Bernard. ad Nonn. t. 1, p. 196; Hist. crit. Catoniana p. 391; Blomf. Gloss. Agam. 170; Casaub. ad Pers. Prol. 10; Walz. ad Arsen. p. 404; Lebeav. Observ. in Lys. p. 12; Vœmel. ad Demosth. De pace p. 232, qui et ad notas provocat Dunæi, quem mutum inveni. Apollonius Stobæi tit. 98, 12 : καλὸν πρὶν παθεῖν διδαχθῆναι. Tzetzes Epist. ad Grammat. p. 525 : ἡμεῖς δὲ τοῦ λοιποῦ τῷ πάθει μαθόντες. Democrates p. 629; Syntipas Fab. 33. Alciphro 3, 27 : τότε εἴσῃ μαθοῦσα οἵων κακῶν σεαυτὴν ἔνδον ἔθηκας· imo εἴσῃ παθοῦσα.

(360) In editis fit saltus ab παθήματα γίγνεται ad Theophrasti responsum, ΘΕ. εὖ λέγειν μοι δοκεῖς. Quæ nunc media sunt, interposui ex ABC, mutato tantum sub finem ἣν δι' ἀπιστίαν in ἣν δι' ἀπ. ex Augustano, in quo ad marginem hic locus est adscriptus, sed ita ut ultima tantum verba Wernsdorf. legere potuerit. Ambrosius etiam lacuna laborat.

(361) D et Ba, καὶ οὐ καλὸν, ὡς ἔοικε μετατίθεσθαι· οὐ γὰρ ἔτι μετὰ τῶν ἐνταῦθα γιγνομένων οὐδὲν ἐκβιάζεται. ABC, καὶ καλὸν,... ἔτι με τῶν ἐντ. γιγνομ. Ambrosius : « neque jam convenire dixerim corporibus in alia corpora migrare animas; neque eorum quisquam quæ hic contingunt, ultro me impellit... » Habuit negationem male, bene με. Quæ edidi verterim : « et pulcrum, ut videtur, sententiam mutare ».

(362) D et Ba, καλῶς γε ποιῶν. Prætuli ποιεῖς codd. meorum. Nam ποιῶν post οὐδὲν ἐκβιάζεται minus convenit. AB, οὐ γὰρ θελήσεις εἰ λόγῳ χρωμένη ψυχή. C, οὐ γὰρ θελήσεις ἡ λ., deleto serius sigma, ut fiat θελήσει. Ambrosius : « neque enim volet ratione utens anima ».

(363) DABC, οὐδ' ἑτέραν δοκ... DB, διαγινώσκοντες... προγινώσκοντες. A, διαγιν... προγιγν. C, διαγιγν... προγιγν. Ba, οὐδ' ἑτέραν δοκιμ... διαγιν... προγιν. — « Vitiata hæc esse sermonis impeditio ostendit. Scribam : ... οὐδὲ ἑτέραν δοκ..., ut de judice, sive deo hæc dicantur, qui non egeat altera demonstratione virtutis animæ, sive in pravum sive in bonum, ut eam proinde aut honoret aut puniat, velut opus sit iis qui nec dignoscant præsentia, neque præsentiant futura. Vetus interpres [Ambrosius] ἀναμένουσι legisse videtur, quem expressit etiam alter Helvetius [Wolf.]. Verterunt enim : *quocirca neque vita secunda neque altera probatione opus habent, ut ii qui nec præsentia dignoscunt, nec præsciunt futura.* Nostram autem opinionem confirmat quod sequitur, τοῖς αὐτοῦ νόμοις, quæ illud ἀναμένειν τοῦ κριτοῦ diserte respiciunt. Αὐτοῦ autem titulo ἁπλῶς etiam alibi deum intelligit; ut supra p. 32, 24 : οὐ γὰρ ἔδει πολλὰ παρὰ φύσιν συγχωρεῖν γίγνεσθαι, ὡς ἂν μὴ συνταραχθείη φύσις ἣν αὐτὸς ἔταξεν. Non enim proxime deum nominavit ». BA.

(364) B, τόνδε ἀγῶνα. D et Ba, καὶ πᾶσι τοῖς. AC, ἐστεφάνωσεν. A, χωρείας. In Aug. super ἠξίωσεν, Wernsdorf. legere sibi visus est ἐξίσωσεν. — « Græcis festivitatibus nihil fere commendatum sine saltatione; unde choreas etiam cœlestibus gaudiis intulerunt. Sic tamen et Scriptura ». BA. Plotinus Enn. 6, 9, p. 767, circa deum choros esse fingit : ὅταν εἰς αὐτὸν ἴδωμεν, τότε ἡμῖν τέλος καὶ ἀνάπαυλα καὶ τὸ μὴ ἀπᾴδειν χορεύουσιν ὄντως περὶ αὐτὸν χορείαν ἔνθεον. Cf. Creuz. ad Olymp. in Alcib. p. 25.

(365) D et Ba, ῥάθυμον καὶ ἄνανδρον. ABC, inverso ordine : ἄν. κ. ῥαθ. D, εὐθὺ ἐκ τῆς φρουρᾶς. Ba, ABC et Aug. sine præpositione. Ambrosius : « simul atque custodia corporis exiit ». Unde non collegerim invenisse præpositionem. Wolfius : « statim ut vinculis corporis soluta fuit ». Barthius : « statim carcereis cruciabilium pœnarum tenebris emersit ». Est plerumque ex regula εὐθὺς de tempore, εὐθὺ de loco; quod sæpe tractatum, nec nunc retractandum. Lucianus Amor. 42 : εὐθὺ τὰ μακρὰ λουτρά· bene εὐθὺς in codice 2956. Vertam εὐθὺ τῆς φρουρᾶς « recta in custodiam »; quod fecit Heindorf. in Gorgia p. 269, loco quem ante oculos Æneas habuit : ἰδὼν δὲ, ἀτίμως ταύτην ἀπέπεμψεν εὐθὺ τῆς φρουρᾶς οἷ μέλλει ἀνατλῆναι τὰ προσήκοντα πάθη. Verba quæ sequuntur, ac redibunt p. 69, 26, εἰς τὸ τῆς τίσεως δεσμωτήριον, quid sit εὐθὺ τῆς φρουρᾶς

explicant. Zacharias p. 160, n. 509 : εἰς τὸ τῆς πίστεως ἱερὸν δεσμωτήριον.

(366) ABC et Aug., οὐμενοῦν, pro edito οὐ μὲν οὖν. Cf. nn. 211, 457.

(367) D et Ba, οὐκοῦν πόθεν. Sequutus sum ABC, nisi quod interrogationem fecerim post οὐκοῦν. Ambrosius : « unde ergo quæso te ». Videtur invenisse eumdem verborum ordinem.

(368) D et Ba, ποιεῖται τὰ γιγν. Ba, οὐ γὰρ ἀλλά. ABC, ποιεῖ... ἄλλα. Formula οὐ γὰρ ἀλλὰ, de qua monui ad Eurip. t. 3, p. 310, non est hujus loci. Phœnix Athenæi 12, 40 : Ἄκουσον... οὐ γὰρ ἄλλα κηρύσσω. Puto rescribendum, οὐ γὰρ ἀλλὰ κηρύσσω : quod a nupero editore viro doctissimo an factum fuerit ignoro.

(369) D et Ba, καθέκαστον γινομένων. ABC, καθέκαστον γιγνομ. D et Ba, ἀφήρηται οὐδὲ εἰ. ABC sine οὐδέ. D et Ba, τῆς αὐτοῦ προνοίας. ABC, τῆς παρ' α.

(370) Ba, ὑπὲρ ἐμὲ γάρ. D et ABC, περί. Esse in Barthiana ὑπὲρ calami lapsu scriptum videtur; nam in nota repetens verba Barthius περὶ exhibuit. — « Indignam uti rem quæstione, unde sit tanta animarum oriunda copia, inter nos ventilanda, omittens, credensque jam mulieribus, qui omnia condere potuit, ei impossibile nihil omnino esse. Est tamen impeditior locus, quam ut sanum ego esse eum existimem. Neuter interpres assecutus est sensum sequentium verborum. Non enim ait ex animabus ipsis quærendum unde veniant. Ad mulieres autem quæstionem rejicit, quod, quum ipse pariant homines vitæque introducant, nesciant tamen ipsæmet unde veniant animæ. Ambigua est sententia et verba adscripta omnino abesse possunt. Exspectemus meliores libros, quum uni tantum editio græca debeatur. Legebam aliquando : ἀναθέμενοι οὖν τὸ πόθεν τοῦτο ταῖς γυναιξὶ πείθομεν ὡς περὶ ἐμὲ καὶ σὲ, ὥστε τῷ τῶν ὅλων δημιουργῷ οὐδὲν τῶν ὅλων ἀδύνατον. Sed codices græcos expectare omnino consultius. Ad se ipsos quidem suaque initia homines remittit etiam paullo post narrator, quum ait : οὐκ ἐξ ἑνὸς δημιουργοῦ τὰ πάντα καὶ ἐκ μιᾶς ἀρχῆς πᾶσα λογικὴ καὶ νοερὰ δύναμις καὶ οὐσία προῆλθε καὶ ὅτι πρόεισι μὴ ἀπιστήσετε, εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς νεωστὶ φυομένους ἀποβλέποντες. Suggeritur alia lectio. Scribendum :

τοῖς δὲ Σύροις πειθόμενος. Quæ, si ex libro est aliquo, vera est existimanda. Et sic eam expressimus ». BA. Scilicet Barthius plus quam temere edidit, nescio quo quem non nominat auctore, τοῖς δὲ Σύροις πειθόμενος ὅτι, ac vertit, « unde de me et te Syris credamus quod... » Tota loci difficultas mihi videtur inesse verbis περὶ ἐμὲ καὶ σὲ τοῦτο. Ambrosius : « missam ergo faciens hujusce inquisitionem, quæ nostræ fragilitatis est propria (de nobis enim si ista dicerentur merito inquirere pergeres), unde ac potius mulieribus accedens, creatorique omnium nihil omnino esse impossibile certissima fide ac pietate credens, ne quære... » Wolfius : « omitte ergo quod quærebas, unde sit hæc in theatrum prodeuntium tanta copia, quando de nobis ipsis hoc potius quam de summo rerum conditore quæri posset; quodque omnium opifex præstare et efficere possit omnia, vel mulieribus asseverantibus credo ». Wolfius non omnino male se gessit. Ita autem intelligo : « differens igitur quæstionem *unde* : ad me enim et te id pertinet (non ad deum) »; me enim et te peculiarius tangit, non deum.

(371) « Illa vocatio vita est et creatio rerum vocatarum. Sane et universa natura hinc exordium ordinemque habet ». BA. Cf. n. 426.

(372) Οὕτω βουληθείς] « Sola voluntate. Deo enim voluntas effectum facit. Martianus Capella [1, p. 9] : *Anxia quum trepidis nutat sententia rebus, Fluctuat incertis aut sors ignota futuris, Consultat mortale genus, quod id indaga veri Cura facit dubium vel spes incerta fatigat. At præscire deis vacuum est, cunctatio nulla est : Quod superi voluere liquet, de pectore fixis Præoptare carent : si quod placet, atque necesse est* ». BA. Quum imprudens scripsisset Barthius « illico atque necesse est », monet in Erratis delendum « *illico*, quæ glossa est τοῦ atque ».

(373) Πόθεν ἐρωτᾶν] « Hinc vides aversari hominem istam quæstionem, ut quæ curiosior sit quam majestas creatoris fere ferat; propendere ad traducem, quod ex subjectis exemplis apparet ». BA.

(374) Δικκόσμει] « Pari ratione. Unde etiam flores cœli vocantur sidera ». BA. A quo vocentur non memini, nec quæram. Sed con-

trario acumine Columella 10, 96 : « Pandite tunc varios, terrestria sidera, flores ».

(375) Accessit μὲν ex ABC, quorum non prætuli γινομένους edito γενομένους. — Καιρὸς καλῷ] « Melius forte καιρόν. Nam cum hoc omnium perfectionem et productionem provocat deus. Nihil tamen muto ». BA. Nihil certe mutandum. Vide n. 331, et p. 61, 20.

(376) ABC, πάλιν πολλάκις... ὅτι καὶ βεβ. D et Ba, ἁλίσκεται. Barthius proposuit : τῆς δυνάμεως, δι' ἧς τ. πρ. ἀπεγέννησεν καὶ πάλιν καὶ π. ἔνδον μενούσης· τῶν καρπῶν δὲ ἀφθονία τῆς ῥίζης οὐδὲν ἁλίσκεται, ὅτι μὴ κ. Nihil mutandum.

(377) D et Ba, ἅπαντα... σοφίᾳ καὶ τέχνῃ πρ. Ambrosius : « sapientia et arte ». ABC, πάντα· et σοφία ἀεὶ καὶ τέχνη πρ., nominative, nam ubique iota subscribunt.

(378) D, προυπέστησεν... ἔτι καὶ νῦν πρ. Ba, προυπ... καὶ νῦν ἔτι πρ. ABC, προϋπεστ... ἔτι κ. ν. Aug., προϋπ.

(379) D et Ba, ὁ ἀγαθὸς νομοθέτης οὐκ ἀναμένει πάντ' ἀνθρώπων τὰ πάθη· δικαστοῦ... D unus, ἀλλὰ μόνον τὴν ἀρχὴν γεν. Ceteri μηδὲ, quod et habet August. Et textu mutilo, quem nec bene vertit, usus est Ambrosius. Meum mihi dederunt ABC. — « Judicis est expectare quid acturus sit per omnia homo, et ita imminere ejus rebus. At benignus legislator peccata etiam illius nonnulla avertit, ne fiant unquam, occasionem erroribus præcidendo, antequam impingere in illos mortalium labor possit ». BA. Vide p. 257, 7.

(380) D et Ba, οἱ καὶ τόν. Ba, ἐπαινήσαντες. Non habent ἔφασαν, ut nec AB, quod in C est ad marginem additum, prima manu corrigente. Ἔφασαν Ambrosius vertit : « deum ingenitum ac sine principio dixere ». Nihil ex August. notatum, nisi οἱ.

(381) De formula διά τοι τοῦτο vide n. 2 ad Epist. 22 Simocattæ. D et Ba, προϋφεστηκότων. ABC, προϋφεστώτων. Bulengerus, Eclogis ad Arnob. p. 96, citat ab διὰ τοῦτο ad πρόσισι. D et Ba, καὶ ὅτι πρόσισι μὴ ἀπιστήσητε εἰς ὑμᾶς. Ambrosius sic divisit : « quod autem illæ quoque processerint facile credetis, si vos ipsos... ». Ex Aug. no-

tatur ἡμᾶς, sed ita obscure scriptum, ut ὑμᾶς legi possit. Sequor ABC. Jam poterit lector præterire sequentem Barthii notam. « Καὶ ὅτι πρόεισι] « Nec hæc satis facilia sunt. Inde ortas atque ex uno fonte omnes illas potestates oriundas esse, neminem videlicet ullam principiò carere, exinde videre potestis, quod animæ vestræ pariter illis ad prima pervenire principia cogitando possint; quas tamen, in hanc vitam quum mittuntur, ortum suum indipisci cuique sua testimonium dicere cogitur. Sensus tamen et hic esse possit: neve statueritis inconsulto prius esse animas quam corpora ingrederentur, quas videretis trans omnia immortalitatem intelligere posse. — Παράδειγμα μὴ ἀπιστήσετε ὅτι πρόεισι. Sententia etiam esse potest: documentum etiam ne credere nolitis priores animabus vestris creatas illas esse potestates, quum paria facere illas his posse videritis. Ei rei data est origo animæ in hac sua cuique vita agnoscenda. Vel scriptor ipse, more optimorum, parcit nimis interdum verbis; vel librarii, de consuetudine pessimorum, omiserunt nonnunquam facientia ad sententiæ claritatem. Potest et τὸ πρόεισι ad totum sequens comma protendi. Sequere nostram traductionem ». BA. Quam traductionem non describam, quum jam satis nitidus sit locus.

(382) D et Ba, ὑπ' ἀλογίας. ABC, ὑπό. D, τὸ ἀνωτέρω. Ba, τὰ ἀν. ABC, τοὺς ἀν. Mox A, ἀνθρωπίας. Bulengerus p. 97 citat ab οἷον ἀμέλει ad παιδευόμεθα. Fert καὶ τοῖς οὐρανίοις... πάθωμεν. Cf. n. 83.

(383) D, εἰ δὲ ἑνὸς... τὴν μίαν ψυχὴν... ἀργῆτις ἦν... οὐκ ἔδειξεν ἐνεργείᾳ τὴν δύναμιν οὐδὲ ἔγνω... Et sic Ba, nisi quod exhibeat pejus ἀργὴς ἦν. ABC, εἰ δ' ἑνὸς... τὴν μὲν ψ... ἀργή τις... οὐκ ἔδειξεν ἐνεργίας τὴν δ. οὐσ' ἔγνω. Et ἀργή τις in Aug. Ambrosius non habuit μίαν, habuit ἐνεργείᾳ. Non prorsus malum ἐνεργείας, sed ἐνεργείᾳ præstat. Infra p. 44, 14: τῷ μηδὲν τὴν ἀρχὴν ἐνεργεῖν τὴν ἑαυτῆς δύναμιν παντελῶς ἀγνοεῖν. Verba καταβῆναι κατιοῦσα, ut et infra κατέβη, sunt philosophica. Vide n. 101.

(384) D et Ba, ἢ μὴ πρότερον ἐπειράθη σώματος. ABC, ἀδιάφορον... εἰ μὴ προτέρου. Habuit Ambrosius, ἢ μὴ πρότερον. Sincerum esse ἀδιάφθορον probant quæ respexit Æneas Phædri Platonici verba §§ 66, 71: ὁ μὲν οὖν μὴ νεοτελὴς ἢ διεφθαρμένος... ἕως ἂν ᾖ ἀδιάφθορος καὶ τὴν τῇδε πρώτην γένεσιν βιοτεύῃ. — Ἐπειράθη σώματος] « Quod non

esse credendum supra probavit, et nihil huc pertinet; etiamsi de alio quam præsente corpore ceperis. Nam de primo omnium sermo est, ante quod animam ipsam extitisse dixerint». BA.

(385) D et Ba, οἷάπερ ἡ τοῦ Διονύσου καὶ Ἡρακλέους. Sic legit Ambrosius. ABC, οἷα περὶ τοῦ Δ. Permutatio vocalium η et ι mendum id peperit, quod rursus absonam peperit Barthii notam, quam diligentiæ causa describam. « Incorruptibilis scilicet atque recens facta. Non video tamen usum verborum horum hic, et facile persuadear aliunde esse intrusa. Dicas ita, transpositis verbis, scripsisse Æneam: εἰ δ' ἄνω τις διωρισμένη αὐτῇ [? αὐτή] προειργάζετο, οἷάπερ ἃ τοῦ Διονύσου καὶ Ἡρακλέους ἐν Θήβαις λέγεται γενέσθαι· ὕστερον ἐπειδή... Tamen nec isthic idoneus sensus suberit. Jovis sane soboles hæ duæ animæ Thebanis censebantur, solis eam gloriam adeptis, ut in ea civitate deos pepererint fœminæ mortales. Sophocles apud Dicæarchum in Vita Græciæ: Θήβας λέγεις μοι τὰς πύλας ἑπταστόμους, Οὗ δὴ μόνον τίκτουσιν αἱ θνηταὶ θεούς. Mihi videntur aliunde verba intrusa esse, et commodum locandis locum quærendum. Infra meminit eorum, qui vivi terrarum orbem peragrarunt, post mortem potentiore corporibus vi præditi; sed illuc non satis etiam congruit. Quam vero trajectionibus maculatus sit aureolus hic liber, vel Ambrosii translatio docet; ut et in textu isto una res frustatim variis locis intrusa. Bacchus autem et Hercules, non ob patriam tantum communem, sed et virtutis paritate jungi possunt. Herculem notum multas regiones circumvectum, ut terrarum orbem malis hominibus exoneraret. Idem de Baccho scribitur. Diodorus Siculus libro 4, [c. 2]: περιάγεσθαι δ' αὐτὸν καὶ στρατόπεδον οὐ μόνον ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν, ᾧ τοὺς ἀδίκους καὶ ἀσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων κολάζειν». BA. Adde n. 532, ubi rursus infelicem protulit Barthius de hoc loco sententiam.

(386) D, εἰ δ' ἄνω τις διωρισμένη αὐτὴ προειρ... καὶ ἐν ἀργείᾳ τήν... Ba, εἰ δ' ἄνω τι διωρισμένη αὐτῇ προειρ... AC, εἰ δ' ἄνω τι διωρισμένον αὐτῇ πρ... καὶ ἐναργῆ τήν... B, εἰ δ' ἄνω τι διωρισμένον αὐτῇ... καὶ ἐναργίαι τήν... In Aug. Wernsdorfius legere sibi visus est διωρισμένον αὐτῇ. Exemplum suspectæ vocis ἀργεία, quam permutatio solita vocalium ει et ι peperit, opportune delevi usus codicis B varietate ἐναργίαι. Et mox ἐν ἀργείᾳ, lectionem D et Ba, pariter mutavi in ἐν ἀργίᾳ ex ABC. Vide Schæfer. ad Dionys. Halic. De comp. p. 377. Monueram

ad Simoc. p. 227, n. 13, ubi sunt exempla formulæ ὀψέ ποτε, qua Æneas usus est p. 44, 8, et statim utetur. Restituatur Eustathio sic edito Epist. 15: γένοιτο δέ μοι καλόν τι παθεῖν καὶ γλυκείας ἀγγελίας ἐπισταλαχθῆναί μοι νέκταρ ὀψέ ποθεν. Codex, ὀψέ ποτε.

(387) Εἰς σῆμα τὸ σῶμα] « Plato in Cratylo [§ 37]: Ηερ. ἀλλὰ τὸ μετὰ τοῦτο πῶς φῶμεν ἔχειν; Socr. τὸ σῶμα λέγεις; Ηερ. Ναί. Socr. Πολλαχῇ μοι δοκεῖ τοῦτό γε, ἂν μὲν καὶ σμικρόν τις παρακλίνῃ καὶ πάνυ· καὶ γάρ σῆμά τινές φασιν αὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι, καὶ διότι αὖ τούτῳ σημαίνει ἃ ἂν σημαίνῃ ἡ ψυχὴ, καὶ ταύτῃ ὀρθῶς σῆμα καλεῖσθαι. De appellationibus corporis huc facientibus multas alibi collegimus ». BA. Forsan innuit Barthius Adversariorum locum p. 1873, ubi corpus carcerem, antrum, vincula, tunicam, vocatum fuisse ostendit. Similia collegit Betuleius ad Lactant. 7, 8: adde Duport. Gnomol. p. 139; Jacobs. Anal. t. 10, p. 260. Cf. supra n. 54.

(388) Aug., αὐτὴ προστέτακται: quod et bonum est, forsan melius. Videtur Ambrosius habuisse αὐτῇ προστ., ceterorum scripturam. D, ἐπεὶ οὐδὲ ἀνθρώπου εἴη, ἂν παύσῃ τὰ τοῦ θεοῦ κηρύττειν ὄργια. Sic Ba, cum ἂν παύσῃ. Aug., οὐδὲ ἀνθρ... κἂν ταύτῃ. ABC, οὐδ' ἀνθρ... κἂν ταύτῃ. Ambrosius non legit κἂν παύσῃ, legisse videtur κἂν ταύτῃ. Verba ἐπεὶ οὐδ' ἀνθρώπου εἴη præteriit Ambrosius, nec sunt facilia. Verterim: « atqui terram ornare ei fuit injunctum, quando quidem nec hominis esset, nec in hominis corpus descendisset, et in illa terra dei prædicare mysteria... » — Κηρύττειν ὄργια] « officio suo fungendo. Commonstrat simul his verbis quale illud sit, quæ propterea ita expressimus [*dei prædicare laudes et mysteria*]. ὄργια autem alioquin θεοῦ κηρύττει omnia statione sua rite fungentia. Harmonia enim universi ab omni ejus parte juvatur, eaque et tota et per partes deum laudat ». BA.

(389) Μηδένα τόπον ἄθεον] « Deus enim ubique, et ubique vim suam ostendit et laudum suarum benignam suppeditat materiam. Infinita congeres, si id commenteris ». BA.

(390) D et Ba, τῷ μὴ τὴν ἀρχὴν ἐνεργεῖν. ABC, μηδέν. — « Dum non operatur a primordio sui, sed partem temporis sui ignave otioseque transigit; dum non operatur exeritque vim suam. Ab-

surdum est talem creaturam vel momento ignaviæ addicere, quum quidem suam vim possit ostendere, quod utique ante corpus potuit melius, si fuit, quam sepulcro tam incommodo irretita ». BA. Circa sensum vocum μηδὲν τὴν ἀρχὴν ἐνεργεῖν erravit Barthius; erraverat et Wolfius, vertens : « quod initio nihil agat ». Parilis fuit Ambrosii lapsus : « quod initio non statim operata sit ». Vertendum : « quod nihil omnino agat ». Supra ad n. 379 quæ tanguntur verba, ἀλλὰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι προλέγει, male etiam a Barthio intellecta, verterim : « sed nec omnino fieri prædicit ». Quæ significatio formulæ τὴν ἀρχὴν a multis fuit tractata. Vide Pium Annot. Poster. 1, 38; Fischer. Ind. Axiochi in Ἀρχή; Locellam et Peerlk. ad Xenoph. Ephes. 1, c. 11; Steinhel. Observ. ad Joh. 8, 25; Wolf. in Thes. Lacroz. t. 2, p. 12; Wernsd. ad Himer. p. 82; Munck. ad Anton. Liber. c. 26; Ellips. Gr. pp. 682, 728; Huet. in Walzii Rhet. t. 1, p. 426.

(391) D et Ba, προσέρχεται. ABC et Aug., προέρχ. Mox, pro ἐκείνας τε, quod scripsi ex ABC, D et Ba, ἐκεῖνός τε. Monebat Barthius de correctione facienda, et Wolfius ἐκείνας vertebat, quod et malebat Wernsdorf. Longe diversum habuit Theophrasti sermonem Ambrosius, cujus apponam latina : « THEO. Nihil dici verius potest. Verum id me monet quod, cum omnia quæ condita sunt [et] initia conditionis suæ acceperunt mortalia omnino esse labique ac defluere certum sit atque difinitum, humanas animas immortales esse dicimus, quæ quotidie profecto novæ singulis corporibus addicuntur. Nam cœlestes illas virtutes, etsi initium aliquando accepere, quod simul conditæ sint multisque jam sæculis beatitate potiantur, facile ut immortales conditas putem ipsa ævi diuturnitate admoneor. At vero animas dum singulis singulas creari dicimus, una cum corpore occidere rationi fere propius videtur, quam immortales fore. EVXI. Non alius superiores illas virtutes, alius, etc. ». Cf. n. 395.

(392) ABC, χρόνῳ τοῦ δημ. δύναμις ἀπομαραίνεται, οὐδ' ἐπιστ. μέχρι τοῦ. D et Ba, χρ. ἡ τοῦ δ. δ. ἐναπομ. οὐδὲ ἐπ. μ. τοῦ. Infra D, οὐδεμίαν γε. Ba, οὐδεμίαν δέ. ABC, οὐδ. γάρ. Ambrosius vertit δέ. D et Ba; ἣν ὁμοούσιον μὲν οὐ πεποίηκεν. Id vertit Ambrosius. Sed malui exhibere meos ABC; et in Aug. supra ὁμοούσιον scriptum est : γρ. ἐκ μὲν τῆς ἰδίας οὐσίας. Quæ sequuntur, ὁμοίαν καὶ οἷον εἰκόνα, similia

sunt verbis Geneseos nobilissimis de homine creato dei κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν. Cf. n. 400. D et Ba, καὶ εἰ φιλοσοφοίη τῷ θεῷ προσεικάζεσθαι. Id Ambrosius habuisse videtur. Nec deserui hic codices. Pag. 78, 9 : τὸν νοῦν ἐκκαθαίροντες, ὡς αὐτῷ τῷ θεῷ προσεικάζεσθαι. De philosophia illa et morali hominis cum deo similitudine vide quæ indicavi ad Anecd. t. 4, p. 46, collatis Grot. De verit. relig. chr. 1 extr.; Walch. ad Lactant. De ira dei c. 19; Vallin. ad Boeth. Consol. p. 23; Stalb. Proleg. ad Phileb. p. 29; Krabing. ad Syn. Calv. p. 143. Themistius Orat. 14, p. 330, ex Platone: μηδὲν ἄλλο ἐστὶ φιλοσοφία ἢ ὁμοίωσις κατὰ τὸ δυνατὸν θεῷ. Scholiastes Aristidis apud Creuzerum l. l. : φιλοσοφία ἐστὶν ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ.

(393) Τὸ δὲ τῷ ἀθανάτῳ προσόμοιον καὶ ἀθάνατον] « Longe enim immensius intervallum est inter immortalitatem et mortalitatem, quam ut aliquid hujus illi simile esse possit. Vide Cassiodorum cap. 8 libri De anima. Plura ad Claudianum Mamertum ». BA. Mox D et Ba, θνητὸν ἀθανάτῳ. ABC et Aug. τῷ inserunt.

(394) Πλάτωνα καταπιών] Agathias Hist. 2, p. 66, D : ὅλον τὸν Σταγειρίτην καταπιών. Joannes Sarisb. De nugis 7, 3, de Distichis Catonianis : « in libello quoque quo parvuli initiantur, ut virtutis instructio et usus teneris ebibitus animis facile nequeat aboleri ». Quum Cannegieterus Rescriptis Boxh. c. 3 voluisset legere « imbibitus », ex Augustino De Civit. 1, 3, ipsi ipsum Augustinum opposuit anonymus doctus (forsan Barbeyracus) in Biblioth. Ratiocin. t. 18, p. 364, sic loquentem : « ut videlicet poeta magnus... teneris ebibitus annis non facile oblivione possit aboleri ».

(395) Λέγεις πᾶν γενόμενον] « Hoc enim interrogatio magistri infert hac pagina supra [p. 44, 18] : εἰ χρόνῳ προσέρχεται ἡ ψυχή, πῶς ἀθάνατος; quæ verba pessime Axitheo adscribit vulgatus textus [Ducæi; sed mendo, puto, typorum : saltem Theophrasto adscripsit Wolfii versio]. Ambrosius Camaldulensis, interpres veterior, loco eorum verborum hæc locat latina, alio codice utique usus : *Nihil dici verius potest...... immortales fore* [quæ plena descripsi n. 391, nec iterum describam]. Sane perierunt nobis græca Æneæ verba ista, siquidem ista auctoris sunt, non interpretis, qui minime tamen solet tantas paraphrases commentari. Et vero

ad ista respondet Axithei dissertatio, quam nunc isthic tractamus. Penitius rem intuenti interpretis verba sunt, brevem istam interrogationem volentis explicare. Græca velim inquiri; ambigua enim nobis res est ». BA.

(396) Διαλύεσθαι] « Hinc vel finxit Ambrosius sua, vel confutantur verba Theophrasti ». BA.

(397) Θεοὶ θεῶν] « Chalcidius [§ 27] hæc ita reddidit : *Dii deorum, quorum opifex idemque pater ego; opera siquidem vos mea, dissolubilia quidem natura, me tamen ita volente, indissolubilia.* Cujus vide et commentarium [§ 137] ». BA. A Chalcidio sic reddita verba sunt ipsa Platonis, quæ Æneas recitans, ut videtur memoriter, valde immutavit. Cf. Tim. p. 41 ; Elmenh. ad Arnob. p. 82. — Ἀθάνατοι μὲν πάμπαν οὐκ ἐστέ] « Non conditas immortales, neque natura tales ingerit animas, sed beneficio dei eximi mortalitati. In qua sententia christiani etiam auctores non postremæ notæ fuerunt. Tatianus Contra Græcos [c. 13] : οὐκ ἔστιν ἀθάνατος, ἄνδρες Ἕλληνες, ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτήν, θνητὴ δέ· ἀλλὰ δύναται ἡ αὐτὴ καὶ μὴ ἀποθνήσκειν· θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος, μὴ γινώσκουσα τὴν ἀλήθειαν· ἀνίσταται δὲ εἰς ὕστερον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ κόσμου σὺν τῷ σώματι, θάνατον διὰ τιμωρίας ἐν ἀθανασίᾳ λαμβάνουσα. Qui ita tamen loquitur ut aliqua ratione erroris excusari possit. At palam dictam sententiam profitetur Arnobius lib. 2 [p. 65]. Contra aliis visum nihil omnino a deo conditum penitus aboleri posse. Zacharias Scholasticus De creatione mundi contra philosophos, in fine disputationis [p. 149, 22] : ἄκουε δὴ λοιπὸν καὶ τὸ εὔλογον... ». BA.

(398) ABC, καὶ μὴ πεποιῆσθαι. Quæ negatio sententiæ adversatur, nec est in editis. Infra ABC, ἡ ἀνθρώπου ψυχή. Mox accessit ὀργανικῷ ex ABC; et accedet ex eisdem fontibus infra n. 486. Iamblichus Stobæi Ecl. 1, c. 52, § 30, p. 926 : οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς τὴν ψυχὴν αὐτῷ τῷ σώματι τῷ ὀργανικῷ συνοικίζουσιν, ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν πλατωνικῶν. Stobæus Ecl. 1, c. 52, p. 796 : Ἀριστοτέλης (animam dixit) ἐντελέχειαν πρώτην σώματος φυσικοῦ, ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. Hierocles In Aur. Carm. p. 178 : τὸ θνητὸν σῶμα πρὸς τὴν ἐπὶ γῆς διαγωγὴν ὄργανον δοθέν.

(399) « Quod ex se ipso vitam habet, immortale est. Talis autem

anima. Gregorius Thaumaturgus [De anima p. 142] : πᾶν τὸ ἔκ τινος κινούμενον οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ ἔχον τὸ ζωτικὸν, ἀλλ' ἐκ τοῦ κινοῦντος, τοσοῦτον διαμένει, ὅσον ὑπὸ τῆς ἐνεργούσης ἐν αὐτῷ διακρατεῖται δυνάμεως· ἐπειδὰν δὲ παύσηται τὸ ἐνεργοῦν, διαλείπει καὶ αὐτὸ τὸ ἐξ αὐτοῦ τὴν κίνησιν ἔχον· ἡ δὲ ψυχὴ, αὐτοκίνητος οὖσα, οὐδέποτε τοῦ εἶναι διαλείπει· ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ αὐτοκινήτῳ τὸ ἀεὶ κινητὸν εἶναι· τὸ δὲ ἀεικίνητον ἄπαυστόν ἐστι, τὸ δὲ ἄπαυστον ἀτελεύτητον, τὸ δὲ ἀτελεύτητον ἄφθαρτον, τὸ δὲ ἄφθαρτον ἀθάνατον· εἰ τοίνυν ἡ ψυχὴ αὐτοκίνητος, ὡς ἀνωτέρω ἀπεδείχθη, ἔσται ἄφθαρτος καὶ ἀθάνατος, κατὰ τὸν προτεθέντα συλλογισμόν. Lactantius De opificio dei cap. 17; Cassiodorus [De anima] cap. 8 [potius c. 2, p. 629, 2]; alii ». BA. Illud argumentum, quo ex propria animæ mobilitate ejus demonstratur immortalitas, tractavit fuse Wyttenbach. Proleg. ad Phæd. p. 19 sq. Vide et Creuzer. ad Plotin. De pulcr. p. 436.

(400) Τὴν ἔνδον δύναμιν] « Anima humana internis suis donis tam est formosa, ut spiritibus corpore liberis longe sit dotatior, et inde invidia ab iis appetatur et amore suspiciatur ; incomprehensibilis sibi ipsi, ut vere dei imaginem sortita appareat. Anastasius Sinaita De imagine dei in homine [p. 569] : διὸ καὶ σώματι ἑνουμένη, καὶ ὡς κατ' εἰκόνα θεοῦ οὖσα, καὶ τοῦτο ζωοποιοῦσα, ἀπαθὴς μένει, μήτε ἑρμηνευομένη, μήτε καταλαμβανομένη τῇ φύσει, οὔτε τῷ εἴδει, οὐ σχήματι, οὐ μορφῇ, οὐ ποιότητι, οὐ ποσότητι, οὐχ ὑπάρξει, οὐ συστάσει, οὐ κάλλει· ὅθεν καὶ φησὶ τὴν ψυχὴν ἐν τῷ Συμποσίῳ ὁ Μεθόδιος [Or. 6, p. 73] ἀμήχανον καὶ ἀδιήγητον κάλλος ἔχειν, καὶ τούτου χάριν ὥσπερ ζηλοτυπεῖσθαι καὶ ἐρᾶσθαι αὐτὴν ὑπὸ τῶν ἐναντίων πνευμάτων ὡς κρείττονα αὐτῶν τῶν νοερῶν περικειμένην μορφήν· πᾶσα δὲ περὶ αὐτῆς ἀκαταληψία καὶ ἀσάφεια καὶ ἄδηλον οὐδὲν ἕτερον αἰνίττεται, εἰ μὴ τὸ κυρίως καὶ ἀληθῶς εἰκόνα αὐτὴν εἶναι τοῦ ἀκαταλήπτου θεοῦ. Vide multa apud Claudianum Mamertum, Sextum Empiricum, Platonem, Plotinum, Aristotelem, Nemesium, Nazianzenum, Cassiodorum, Tertullianum, Augustinum, Hugonem Eterianum [De regressu animarum ab Inferis, in Max. Biblioth. PP. t. 22, p. 1176], Auctorem Celebrium Opinionum a Joanne Tarino editum, alios infinitos ». BA.

(401) Ποικιλίας τῶν ἔξω] « Intus enim animam nemo perspicit præter deum ; sed, ut creatoris ipsius, ab externis actionibus ejus mira vis considerari valet. Idem Anastasius [p. 568] : τὸ δὲ πάντων παραδοξότερον τῶν ἐν ἡμῖν κατ' εἰκόνα, ἐκεῖνό ἐστιν, ὅτι οὔτε τῆς τοῦ θεοῦ

ὑπάρξεως τοὺς λόγους ἀνθρώπινος νοῦς καταλαβέσθαι δύναται, οὔτε μὴν τῆς [editio male, τάς] τῆς ψυχῆς ἡμῶν οὐσίας, πῶς εἰς ὕπαρξιν πέφυκέ τε καὶ παραγίνεται. Idem [p. 570] : ὅθεν πάντα τὰ κατ' αὐτὴν ἀγνοοῦντες ἐκ μόνων τῶν ἐν σώματι ταύτης ἐνεργειῶν τὴν ὕπαρξιν αὐτῆς πιστούμεθα, καθὰ καὶ τὸν θεὸν, ἐκ τῶν ἐν τῇ ὁρωμένῃ κτίσει αὐτοῦ ἐνεργημάτων τὴν αὐτοῦ βεβαιούμεθα ὕπαρξιν. Multa huc facientia collegit Claudianus Mamertus ». BA. Cf. p. 56, 23.

(402) D et Ba, ἱκανὸν τὸ τῆς ψυχῆς ἑρμηνεύειν ἀθάνατον. Sequor ABC.

(403) D, κόσμον τουτονὶ καὶ γ. καὶ θνητὸν εἶναι· ἀθάνατον διασώζεσθαι. Ba, κ. τουτονὶ κ. γ. κ. θν. εἶναι, ἀθάνατον δὲ διασ. Non videtur esse δὲ in Aug. ABC, τοῦτον... εἶναι καὶ ἀθάν. διασ.

(404) Πάντως που καίεται] insertum που ex ABC et Aug. — « Ut ab incendio conservari non possit. Hoc argumento plurima philosophorum deliria eliduntur ». BA.

(405) ABC, οὐκ ἐθέλουσι. D et Ba, οὐκ ἐθέλεις. « In verbis ab Ambrosio interpretatis [n. 391], in hoc codice præteritis ». BA.

(406) Supra D et Ba, οὐκ ἔστιν μὴ οὐχί. Infra D, θεὸς δὲ ὅσα τε περιείληφεν. Ba, θεὸς δὲ οἷά τε περ. Sequor ABC. Et Ambrosius vertit, θεὸς δὲ ἠρίθμησεν. — Καὶ αὐτοῖς μέτρον γίνεται] « Quia voluntate ejus definitus est iis numerus. Itaque ipse est iis loco numeri, qui numerum earum sua voluntate comprehendit. Ambrosius vertit : *nobis quidem infinita, illi autem comprehensa atque definita sunt; isque illis modus efficitur quem jubet is qui eas comprehendit.* Quæ interpretatio deficere aliqua arguit textum nostrum græcum. Non, puto, melius ex facili verteris, quam nostra sonat translatio ». BA. Quæ translatio sic habet : « cumque ea complectitur, modus fit ipse illis deus ». D et Ba, ὧν περιέλαβεν, quod mutavi in ᾧ περ. ex ABC. Id fere vertit Barthius. Ambrosius quid legerit nescio; erravisse scio. Statim Ba, ταῖς ἀΰλαις ταῖς λογικαῖς, mendo, puto, typorum.

(407) Ἕκαστον ὅλον ἐπλήρωσε] » Mira sane rationi res, et tamen vera. Specimen dederit anima etiam humana, quæ, quum in corpore sit, ubi in eo sit non potest dici, nisi dicas quod tota est in

toto et tota itidem in quolibet ejus loco; qua ex re divinitatis similitudo in ea clarissime conspici potest. Anastasius Sinaita, libro jam sæpius memorato [p. 567] : ζωοποιὸς καὶ συστατικὴ καὶ προνοητικὴ ἡ ψυχὴ ὑπάρχει τῆς τετραστοίχου τοῦ σώματος φύσεως, κατ' εἰκόνα θεοῦ τοῦ προνοητικοῦ πάσης τῆς τετραπεράτου καὶ τῆς ἄνω κτίσεως· διόπερ οὐδὲ τὸν τοῦ θεοῦ τόπον ἔγνωμεν ἔνθα κατοικεῖ, ἀλλὰ μόνον πιστεύομεν ὅτι πάντη ἐστίν· οὔτε μὴν τὸν τόπον τῆς ψυχῆς ἔνθα οἰκεῖ ἐν σώματι ἐπιστάμεθα, ἀλλὰ μόνον οἴδαμεν ὅτι ἐν τῷ παντὶ σώματι ἐστὶ καὶ ἐνεργεῖ, etc. De dei hac ratione videas Victorini rhetoris et dialectici cum primis nobilis libros contra Arrium; et Plotinum Enneadis 6, lib. 5, peculiari huc scripto ». BA.

(408) ABC, ἐξ ἑνὸς δένδρου βλαστ. μυρία... ζωῆς ὡς. Consentit codex quo usus est Bulengerus, qui Ecl. ad Arnobium recitat hunc locum ab ἐν ταῖς λογικαῖς οὐσίαις ad ἐξ οὗ τὰ γενόμενα. Supplet conjectura ἔχει post ζωῆς, quod est in D et Ba. Bulengerianæ scripturæ minutas alias variationes, vel ipsi vel typis debitas, prætereo. Ba, ἀπειρατὰ γιγνόμενα· quod correxeram ad Simoc. p. 193 ex codicibus; et est ἄπειρα τὰ γ. in D. Statim D et Ba, οὐδὲν ἐκεῖνο ἐξ οὗ τὰ γενόμενα, κἂν εἰς ἀπειρίαν ἡμῖν προβαίνειν δοκῇ. Sequor ABC. Ambrosius : « nullusque sic prodiens ille esse dicitur unde processit: in infinitum porrigi nobis ista videntur; sed cuncta plane finita sunt ». Habuit igitur, οὐδὲν ἐκεῖνο... καὶ... δοκεῖ.

(409) Τὰ μέρη φθ. ἐξ ὧν τὸ ὅλον] « Essentiales partes dicunt scholastici ». BA.

(410) D, ἀνάγκη τὸ ὅλον τοῖς μέρεσιν ἐξ ὧν συνετέθη ταῦτα πείσεσθαι. Ba, ἀν. τὸ ὅλ. ἐξ ὧν τοῖς μέρ. ἐξ ὧν συν. ταῦτα π. Aug., ἀν. τὸ ὅλ. ἐξ ὧν τοῖς μ. συν. « Vitiata scriptura. Lege, ἀν. τὸ ὅλ. ξὺν τοῖς μέρεσιν ἐξ ὧν συν. ταῦτα πείσ. ». BA. Sequor ABC.

(411) ABC, πᾶς τε χρόνος. D et Ba, μέχρι τούτου τὰ σώματα διορ. ABC, μέχρι του τὰ θνητὰ σώμ... τῶν ψυχῶν ἡ φθορά... δεόμενον ὥστε. Ambrosius : « si igitur mortalia corpora ad certum numerum finita sunt... sistetur animarum modus, cum subsident corpora quibus illæ infundantur ». Habuit quod edidi. Permutatio nota est nominum φορὰ et φθορά. Dion. Chrys. Orat. 75 extr. : ὥσπερ δὲ ὑπὸ τῆς ἐν αὐτῷ διανοίας διοικεῖται καὶ σώζεται τῶν ἀνθρώπων ἕκαστος, ἡ

δὲ ταύτης διαφορὰ μανίαν καὶ παρακοπὴν φέρει· reperi διαφορὰ et in codice 3009; assentior tamen legenti διαφθορὰ Casaubono. De hac permutatione agere memini ad Eunapium, ubi et φορὰν pro proventu illustravi. Quem sensum tractavit et Wernsdorf. ad Him. Ecl. 2, 13, Ænea non neglecto; in eo tamen falsus, ni ipse falsus sim, quod ad illam significationem referat hæc Himerii verba Orat. 10, 2: δείξω μὲν ὑμῖν τὸν Μαραθῶνα ἐν τῇ γραφῇ καὶ τοὺς πατέρας τοὺς ὑμετέρους καὶ τὴν Περσῶν φορὰν δρόμῳ καὶ τομαῖς ἐλέγχοντας. Male vertit « fœcundum Persarum proventum », quum scribere debuerit « impetum Persarum ». Scholiastes Philostrati Her. p. 534, φορᾶς interpretatur ὁρμῆς, quæ interpretatio loco Himeriano unice convenit.

(412) D et Ba, Ἀπόλλων μ. τ. ψάμμου πάσης εἰδέναι τὸν ἀριθμόν. ABC, τὸν ἀρ. εἰδέναι. — « Ex oraculo quodam. Vide et Hymnographos. De deo optimo maximo eadem loquitur sacra scriptura. Pro dæmone autem hoc loco Apollinem habet Axitheus, qui et ipse se [ap. Lactant. 1, 7] in oraculis eo nomine censuit, licet epitheta minime vera adjiciens ». BA. Oraculum Delphicum apud Herodotum 1, 47: Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης· κ. τ. λ. Quem versum recitat Basilius Hom. 24, t. 2, p. 195; recitat et Philostratus V. S. Procem. p. 481: καὶ γὰρ δὴ ἐκ τοῦ Πυθίου ἀκούειν ἐστὶν, Οἶδα... Ibi bene codd. 1696, 3059: καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦ.

(413) D et Ba, αὐτὸς ὁ δημ. ABC, αὐτὸς δ' ὁ δ... ὧν αὐτὸς προβ. Ambrosius habuit ὃν: « ipse animarum conditor ignorabit numerum, quem ipse producit? »

(414) AB, πλήρης μὲν ἀήρ. ABC, καὶ γῆ καὶ θάλ. Duportus Gnomol. p. 248 Æneæ locum cum similibus composuit.

(415) CD et Ba, παρ' ἡμῖν. Ambrosius: « quidam ex nostris scriptoribus ». AB, παρ' ὑμῖν. In Aug. κενὸν, suprascripto καινόν. D, ὅσον αἰθέρα. — « Ineptissima lectio, quam tamen noluit animadvertere recentior interpres [Wolfius], licet Ambrosius indicaverit interpretatione sua veritatem. Scribe: κενὸν οὐδὲν, οὐδ' ὅσον ἀκίστραν ἢ τρίχα βαλεῖν, vel ὅσον ῥαφίδα καὶ τρ. βαλ. Ambrosius: *ne tantum quidem, quantum vel acus pungere, vel capillus capere injectum possit* ». BA. Et tamen in contextu edidit Barthius, οὐδ' ὅσον ἄχωρα.

ABC, ἀθέρα, quod divinavit Lobeck. ad Phryn. p. 91. Et Hasius in Thesauro H. Stephani Didotiano sub Ἀθὴρ, recitatis Æneæ verbis, scripto etiam, lapsu forsan calami, ἡ θάλασσα, legendum monet ἀθέρα, et vertit « paleam »; fere malim « spicæ barbulam ».

(416) D et Ba, κἂν εἰ θελήσειεν. ABC, κἂν ἐθελήσειεν, ac sine αἰσθητόν. Sed de quo ἐθελήσειεν dictum? de deo, puto. Ambrosius: « si propagare volueris ».

(417) Ὡς δὲ νῦν λέγεται] « Puto hoc dicere: ut vero nunc quidam statuunt, etiam in hanc vitam certo omnes numero venient animæ, nullis deinceps addendis, modo verum sit vitam hanc tum talem permansuram. Finem rerum mortalium et generationis hominum innuit ex opinione nonnullorum, qui post resurrectionem omnes homines in terra aliquamdiu victuros sunt dicere ausi. Vide Lactantium libro 7, cap. 14, et ad eum doctissima commentaria Xysti Betuleii; Q. Julium Hilarionem in fine [cf. Fabric. Bibl. med. et inf. latin. lib. 8, p. 251]; Justini, si est, Dialogum cum Tryphone [§ 80.....]; aliosque qui de Chiliastis scripserunt. Aliud quid qui hoc loco intelligere volet, per me suo utatur sensu. Potest et illud innuere, quod ex Platone refert Eusebius, lib. 11 [p. 330] Præpar., exacto tempore defecturum genus humanum cum mundi magna concussione; qui ne plane intereat, principem deum ejus gubernationem suscepturum, eumque juventa perpetua donaturum ». BA. Intelligo simplicius verba ὡς δὲ νῦν λέγεται de opinione Theophrasti circa finitum animarum numerum.

(418) D, ψυχῶν ἐπίληψις. ABC, ψ. ἐπίλειψις. Et sic Ba, plaudente Wernsdorfio Proleg. § 9. — « Ut certo numero expleto, earum cesset in sæculum intromissio ». BA. Ob pronunciationem similem vocalium η et ει, sæpissime permutata sunt nomina λεῖψις et λῆψις. Arsenius p. 218: εἰς τὴν λῆψιν τῶν ἀγγέλων καὶ ὁ Μάρδαρις ἄγγελος· δημώδης καὶ σαφής. Sensu caret λῆψιν, etsi potuerit Pantinus vertere quæ sunt similia Apostolii 7, 56: « in nunciorum comprehensionem etiam Mardaris nuncius ». Recipienda omnino varians lectio λεῖψιν, idque erit: « deficientibus nunciis, Mardaris quoque nuncius esto ».

(419) Αὐτὸς ἀεὶ τοιοῦτος] D et Ba sine ἀεί, quod accessit ex ABC.

— « Dicere vult : quanquam potior sententia ipsam tunc hanc vitam sublatum iri definiat. Notat obiter Chiliastas ipsos ». BA.

(420) D, συμπωσιάσουσιν. Ba, συμποσιάζουσιν. ABC et Aug. συμποσ. C, ex correctione ἐμπιμπλάμενοι. Ceteri ἐμπιπλ. Vide n. 471. Et sic exhibet codex C infra pag. 59, 7. — « Suaviter sese aptat hominis intellectui, Platonicam doctrinam christianæ jungens. Suaviter huc etiam faciunt, quæ ex Chiliastarum somniis scribit idem Lactantius cap. 8 Epitomes Divin. Instit., et auctor Dialogi cum Tryphone Judæo, qui, si Justinus est, etiam hic tale quid sensit ». BA. Quod sequitur νόμος τῆς Πλάτωνος πολιτείας dici videtur respectu ad l. 2, p. 100 Mass. : Μουσαῖος δὲ τούτων νεανικώτερα τἀγαθὰ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ παρὰ θεῶν διδόασι τοῖς δικαίοις· εἰς ᾅδου γὰρ ἀγαγόντες τῷ λόγῳ, καὶ κατακλίναντες καὶ συμπόσιον τῶν ὁσίων κατασκευάσαντες, ἐστεφανωμένους ποιοῦσι τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη διάγειν μεθύοντας. Potest et alludi ad Heris Armenii narrationem quæ exstat l. 10. Similia sunt et in descriptione futuræ vitæ piorum, in Axiocho Dial. c. 10 : εἰς τὸν τῶν εὐσεβῶν χῶρον οἰκίζονται, ἔνθα... ξυμπόσιά τε εὐμελῆ καὶ εἰλαπίναι αὐτοχορήγητοι...

(421) D et Ba, ὀνήνανται... παράδειγμα... εἰς ἀεὶ... διϊσχυρίζετο. Sequor codices ABC, quibus reliqui suum ἰσχυρίζεται. Nec id tamen malum legeturque sine varietate p. 51, 15. — Ἐν Φαίδωνι καὶ Γοργίᾳ] « Loca Platonis obvia sunt; nec nobis tantum otii, ut chartas verbis expleamus, quorum sensus isthic ponitur ». BA. Cujus miror describendi pigritiam, quum tot inutilia locorum fuse passim lectori properanti objecerit. Plato igitur Phæd. § 65 : οἳ δ' ἂν δόξωσιν ἀνιάτως ἔχειν διὰ τὰ μεγέθη τῶν ἁμαρτημάτων... τούτους δὲ ἡ προσήκουσα Μοῖρα ῥίπτει εἰς τὸν Τάρταρον, ὅθεν οὔποτε ἐκβαίνουσιν... τούτους δὲ ἐμπεσεῖν μὲν εἰς τὸν Τάρταρον ἀνάγκη. Idem Gorgia § 171 : οἳ δ' ἂν τὰ ἔσχατα ἀδικήσωσι... ἐκ τούτων τὰ παραδείγματα γίγνεται, καὶ οὗτοι αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνίνανται οὐδὲν ἅτε ἀνίατοι ὄντες, ἄλλοι δὲ ὀνίνανται οἱ τούτους ὁρῶντες διὰ τὰς ἁμαρτίας... ἀτεχνῶς παραδείγματα ἀνηρτημένους ἐκεῖ ἐν ᾅδου. Quæ huc faciant multa nec trita reperientur in Windeti libro De vita functorum statu § 7. — In sequentibus habet D, ἐκ τοῦ μέτρου τοσοῦτον ἀφῃρημένον. Ba, ἐκ τ. μ. τοσούτου ἀφῃρημένου. Vertunt Wolf. et Barth. : « animarum numero tantopere imminuto ». — « His etiam adhuc idoneam sententiam quæro. Ut hæc quadrent superioribus, alius sensus exquirendus, Platonicæ ni-

mirum cujusdam traditionis, quam indagandam aut adnotandam aliis linquimus ». BA. A, τοσούτων ἀφῃρημένων. BC, τοσοῦτον ἀφῃρημένων. Ambrosius : « tot sublatis ex numero ». Habuit τοσούτων ἀφῃρημένων. Incassum se torquet bonus Barthius.

(422) D et Ba, καὶ οὐκ ἔτι φ... ἀδαμαντίνοις δέδεται. ABC, καὶ ἡ φήσεις. AB, ἐξελήλεκται, facta in A correctione, ἐξελήλεκται. C et Aug., ἐξελήλεκται. Ex ABC δεσμοῖς accessit. Fundus orationis est in Platonis Gorgia § 138: ταῦτα ἡμῖν ἄνω ἐκεῖ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις οὕτω φανέντα... κατέχεται καὶ δέδεται, καὶ εἰ ἀγροικότερόν τι εἰπεῖν ἐστι, σιδηροῖς καὶ ἀδαμαντίνοις λόγοις. — « Νεανικὸν εἰπεῖν] » jactantia juvenili. Adamantina vincula insolubilia, proverbio quodam, sunt, ob eum lapidem omnium metallorum firmissimum ». BA. De lapide adamante male cogitavit Barthius, quum adamas veteribus sit ferri durissimi quædam species. Vide quæ fuse notavi ad Philostr. Her. p. 405, ad Planudis Metam. pp. 163, 273, ad Æschyli Prom. 6; ad Pindar. Scol. fragm. 2 : coll. Peerlkamp. viro d. et plus quam hypercritico ad Horatianum 1, 6, 13 : « Quis Martem tunica tectum adamantina Digne scripserit » ? Quo in loco pronomen *quis* sententiarum nexum valde impediens videant critici num possit in *is* mutari. Jam cuncta bene procedent : « Scriberis Vario; nos hæc dicere non conamur : is Varius Martem digne scripserit; nos convivia cantamus ».

(423) D et Ba, εἰ δ' ἐν χιλίοις. AB, μυριοστήν. C, μυριοστήν, addito σ e correctione. Aug., σὺ γὰρ ἐς τοσοῦτον χρόνον. Locus Platonici Phædri sic habet § 61 : εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ ὅθεν ἥκει ἡ ψυχὴ ἑκάστη οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων,.... πλὴν ἡ τοῦ φιλοσοφήσαντος ἀδόλως ἢ παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας· αὗται δὲ τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιετεῖ... Legendum puto πλὴν ἡ τοῦ φιλ. ἀδ. ἢ ἡ τοῦ παιδ., vel καὶ ἡ. Pronomen αὗται id postulare videtur. Quum noverim quam sit sæpe vel ab optimis scriptoribus diligentior syntaxis neglecta, nil mutandum fere censerem, ni facillima voculæ omissio librario videretur imputanda.

(424) D, οὐδὲν ἀμφισβήτησιν ἀπολείπεις· οἴει. Ba, οὐδέν' ἀμφισβήτησιν ἀπ. οἴει. ABC, οὐδὲν ἀμφισβητήσιμον ἀπ. Εὐξίθεε, οἴει. In Aug. οὐδὲν, quod Wernsdorf. mutandum censet in οὐδὲ vel οὐδεμίαν. Scilicet invenit ἀμφισβήτησιν, vel potius invenisse sibi visus est, compendio adjectivi non intellecto. Et in Aug. est Εὐξ. Mox ABC, τουτὶ τὸ

καλὸν θέαμα. Statim quæ tribui Theophrasto ex ABC verba πῶς λέγεις, Euxitheo tribuuntur in D et Ba, nihil notante Wernsdorfio. Ambrosius : « De anima quidem nihil prorsus ambiguum relinquis, Euxithee. Ceterum putasne mundum tempore aliquando solvendum? Eux. Non puto equidem; sed certissime scio. Th. Quid vero? nonne infectus est mundus caretque principio? » Saltum facit ad τί δὲ οὐκ ἀγέννητος. Latina « non puto, sed certissime scio » monstrant reperisse græca similia Platonicis Symp. § 1 : οὐκ οἴομαι, ἀλλ' εὖ οἶδα.

(425) D et Ba, εἰ τῶν σωμάτων γέν. οἷα δὴ κίν. οὖσα μένειν οὐκ ἐθέλει, ἀεὶ δὲ... ὅταν ὁ δημ. αὐτὸς βούλοιτο. ABC, ἡ τῶν σ... ἐθέλει, ποία γὰρ κίνησις μένειν ἐθέλει, ἀεὶ... στήσεται, εὑρήσει... ὁ δημ. βούληται. ABC, ὥστε συνᾴδει. D et Ba, ὥστε συνᾴδειν. In fine Aug. εὐδαιμονίᾳ ut ceteri, et ad marg., γρ. ἀθανασίᾳ.

(426) D et Ba, σύμπνοια, ἄτακτον. ABC, σ. καὶ ἄτ. In Aug. est copula supra scripta. — Τὴν τοῦ δημιουργοῦ βούλησιν πεποίηται φύσιν] « Superius dixit voluntatem conditoris esse naturam; hoc est ordinem omnium rerum viventium istum ex sese semper esse urgentem, quo generantur servanturque omnia. Pag. 41, 18 : αὐτοῦ γὰρ τὸν ἀγῶνα τιθέντος κήρυγμα φύσις γίγνεται· et alibi [p. 45, 26]. Possis tamen non inepte hæc mutanda suspicari ». BA. Infra D et Ba, δυνάμ. καὶ σοφίας... ἀγέννητος... τὰ αὐτοῦ. Sequor ABC.

(427) Ἄκουε δή, φασί, μάλα καλοῦ λόγου] « Fabulatoris alicujus solemne exordium esse videtur. Hic vero sermo palam incipit hominem christiana veritate imbuere. Itaque merito sermonem commendat pulcritudinis, si alium quemquam ». BA. Sumsit sibi Æneas ipsa Platonis verba in Gorgia § 166 : ἄκουε δή, φασί, μάλα καλοῦ λόγου. Ibi Heindorf. Sumsit etiam ea Zacharias ad quem vide n. 421.

(428) D et Ba, ὁ πάντων βασιλεὺς ἐξ οὗ τὰ πάντα, ἡ τῶν ὄντων ἀρχὴ καὶ γονή. ABC, ἀρχὴ καὶ πηγή, sine γονή. Omisi γονή, quod non sine improprietate positum videbatur, et sequentibus οὐ γὰρ ἄγονος πηγὴ accommodatum, quæ sine hoc additamento apte dici possunt; quod et ignoravit Ambrosius : præterea optime sociantur ἀρχὴ καὶ πηγή, quorum vocabulorum frequentem juncturam illustravit

Creuzer. ad Plotin. De pulcr. p. 393. — ἐξ οὗ τὰ πάντα, ἡ τῶν πάντων ἀρχή] « Repetitio rei arduæ potest ut sit auctoris; nobis tamen errore exscriptoris iterata verba videntur. Possis correctiuncula adesse : βασιλεὺς οὗ ἐστιν τὰ πάντα, ἡ τῶν ὄντων ἀρχή. Et ita arbitror Æneam scripsisse. Quæ sequuntur de deo optimo maximo et generatione ejus ingenti commentario deduci possint ex scriptoribus qui de Trinitate contra Judæos, Arrianos, Saracenos, scripserunt, si id ageretur. Semina enim hic sunt quædam innumerabilium disputationum et assertionum ». BA.

(429) ABC, τῆς τοῦ καλοῦ δυνάμεως. Ambrosius : « non tempore genuit, per quod fierent omnia ». Puto mutatum fuisse τόκου ab correctore orthodoxo, qui ab hæresi quadam sibi ac lectoribus providebat. Infra n. 432, τόκῳ pariter editum pariter mutat C in κόσμῳ, ubi hæresis de processione Spiritus Sancti a Patre, non et Filio, erat delenda.

(430) D et Ba, οὐ πάθει γεννήσας. AC, πάθῃ. B, πάθη, suprascripto ει. Ambrosius : « non autem passione genuit ». Mox ABC, παραλαβὼν, pro edito λαβών. ABC, οὐδὲ αὐτόν. Tum D et Ba, μόνος γὰρ πατήρ. Ba, ἐβούλετο. Ceteri, ἦβ. D et Ba sine ἂν, quod est in ABC. Juncta erant οὐ γὰρ ἂν εἶχεν ἐν ἑαυτῷ καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας, quæ distinxi, ut sit καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας τὸ γέννημα ἦν. Statim Aug. et Ba, σύνθεσις ἐν ἑαυτῷ. D, ἵνα τὴν ὑπόστασιν καὶ τοῦ π. δ. διηγήσηται αὐτὸς λόγος ὤν, αὐτὸς νοῦς καὶ τῷ νοῒ ἅπαντα συναθροίσας. Sic Ba, sed cum διηγήσεται αὐτολόγος ὤν. AB, ἵνα τὴν ὑπ. καὶ τὴν τοῦ π. δύναμιν αὐτολόγος, αὐτονοῦς καὶ τὸ νοεῖν ἅπ. συναθρ. C, ἵνα τὴν ὑπ. κ. τ. τοῦ π. δύν. δηλώσῃ, αὐτολόγος, αὐτονοῦς, καὶ τὸ (suprascripto τῷ) νοεῖν ἅπ. συναθρ. Ex Aug. notatum fuit, διηγήσεται αὐτολόγος. Cf. n. 446. Zacharias dixit p. 101, 1, deum esse αὐτοειρήνην, p. 134, 8, esse αὐτοαγαθὸν et αὐτοσοφίαν, p. 144, 16, esse αὐτοαγαθότητα. Joannes Hieros. Vita Joannis Damasc. p. 245 : κἀκεῖ ἕως τελευτῆς προσμεμενηκὼς, πρὸς τὴν αὐτοῦ σοφίαν θεὸν μετακεχώρηκε. Puto nomine composito scribendum, τὴν αὐτοσοφίαν θεόν.

(431) D et Ba, ὁ πατὴρ δι' αὐτοῦ. Aug., ὁ π. δι' ἑαυτοῦ : quod habuit Ambrosius. A, πάντα δι' αὐτοῦ ὁ π. δημιουργῇ. BC, π. δ. α. ὁ π. δημιουργεῖ. D et Ba, σοφία γὰρ ἔδει τόδε τὸ πᾶν ἐργάζεσθαι. AB, σοφία γ. ἐδεῖτο τόδε τὸ π. ἐξεργάζ. C, σοφίᾳ γ. ἐδεῖτο τ. τ. π. ἐξεργ.

(432) C, ἅμα τῷ κόσμῳ : vide n. 429. D, προσήνεγκε, οὐ βίᾳ φησὶν, ἀλλ' ἐξ. ἑὖν. Ba, προήνεγκε, οὐ β. φησὶν... Aug., προήνεγκεν, οὐ β. φύσεως, ἀλλ'. ABC, προήγαγεν οὐ βίᾳ φύσεως. Ambrosius : « atque una cum prole ejusdem substantiæ protulit Spiritum Sanctum, eoque spiritu intelligibilia et sensibilia ». Saltum facit ab προήγαγεν ad alterum προήγαγε, pauculis infra versibus positum. — « Caute hæc intelligenda sunt, ne ex solo Patre procedere Spiritum Sanctum dicere videatur; quæ fuit non incelebris olim hæresis. Verba singula hæc singulos poscant commentarios ». BA.

(433) ABC, οὗ ἐὰν ἐφάψηται. Malus is voculæ ἐὰν usus pro potentiali ἂν castigatissimæ Æneæ orationi non convenit. Ideo editum ἂν prætuli. Vide not. ad Anecdota mea t. 1, p. 65; t. 4, p. 490. Vix puto Theopompum Athenæi 12, 14, scripsisse ipsum : δειπνεῖν... παρ' οἷς ἐὰν τύχωσι τῶν παρόντων, καὶ προπίνουσιν οἷς ἐὰν βούλωνται.

(434) D et Ba, οὐσίας συνέταττε καὶ πεποίηκεν. Et initio sententiæ, Ba e conjectura, ut videtur, οὐσία γ. μία ἡ τὰς νοεράς... Sequor ABC. Ambrosius : « et intellectuales quoque substantias ante tempora condidit atque constituit ». — * « Legendum arbitror, addita voce : καὶ πεποίηκεν τὰς λογικάς. De ambabus enim his loqui debent sequentia. Et ita jungit angelos cœlestesque potestates rationabili creaturæ, homini scilicet, supra p. 47. Nec obstat quod cœlum subjungit, quód homine prius conditum est, quum de iis qui beneficia dei agnoscere possent sermo hic sit, non de tempore creationis. Alioquin manifeste tamen statuit angelos ante omnia alia conditos; quæ fuit multorum opinio, ut notavit vir doctissimus, Lambertus Danæus, tractatione De angelis. Non pertendimus tamen hac nota, et asterisco eam suo notavimus, quum sequentia solum de angelis hoc dictum intelligi jubeant. Omnino nihili est. Συνέταττε ad ordinem hierarchiarum decantatissimum Græcæ ecclesiæ pertinet, cui illustrando ingentia volumina conscripta sunt ». BA.

(435) ABC, ἔχειν οὐσίαν εὐποιΐ. Mox D et Ba, ἱκανῶς ἀπολαύειν, nec id male. Sequens sententia, ἀγαθῷ οὐδεὶς φθόνος, est sumta ex Platonis Timæo p. 18 : ἀγαθὸς ἦν· ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος. Cf. n. 461. Mox B, οὐκ ἐναργίαι πρὸ τῶν αἰσθητῶν διέμεινε.

(436) Οὐρανὸν δὲ ὅθεν ὁ χρόνος ἄρχεται] Et hoc Timæo Platonis debet, ubi p. 27 : χρόνος δ' οὖν μετ' οὐρανοῦ γέγονεν. Ac multa præcedunt suo loco legenda, non huc transferenda.

(437) D, γῆν καὶ ἀέρα καὶ θάλ. Ba, γῆν ἀέρα καὶ θ. In Aug. καὶ ἀέρα deletum. AB, γῆν ἀέρα τε καὶ θ. In C ἀέρα additum ad marginem. Ambrosius, « aeremque ». Id nomen fere invitus reliqui, insertum, ni fallor, a librario qui noverat sæpissime jungi ἀέρα γῆν τε καὶ θάλατταν. Juncta sunt apud Libanium t. 1, p. 516; et supra p. 47, 20; et apud Zachariam quoque p. 136, 14. Non negligam cujus forte memini Theodorum Prodr. Rhod. 6, p. 241 : Οὕτως ἄφυκτός ἐστιν ἡ πεπρωμένη· Κἂν σοι τὸ νῆμα τοῦ βίου τμηθὲν φθάσοι, Οὐκ ἂν βιώσῃς, κἂν μακρὸν δρόμῃς (leg. δράμῃς) δρόμον· Κἂν που φύγῃς θάλασσαν, ἢ χέρσος πέλας (leg. ἡ χ. π.), Κἂν γῆν, ἀνὴρ (imo ἀήρ) πάρεστι· πανταχοῦ θέοι. Ut existat, quam esse credidit Gaulminus, sententia, « ubique præsentes dei », oportet scribi θεοί. Sed sic malus est, ut in fine versus, accentus ultimæ syllabæ. Propono, dum fiat e codice lux, ἀὴρ πάρεστι πανταχοῦ· θέα.

(438) D et Ba, αὐτὸς δὲ ἀεὶ ἐργάζεται, αὐτὸς κ. τ. ὕλην. AB, ἐργάζεται, ἀεὶ δὲ ἐργ. αὐτὸς καὶ τ. ὕλ. C, ἐργ. ἀεὶ δὲ ἐργάζεται αὐτὸς, καὶ τ. ὕλ. Mox C, ἐγείρει τε γὰρ καί. Non invenit γὰρ Ambrosius. Statim D et Ba, ἀγέννητος. Sed AC, ἀγένητος. Et in B alterum ν scriptæ vocis ἀγέννητος puncto inferius posito delendum esse significatur. Est in tali electione aliquid incerti; vide nn. 426, 450 : non hic tamen, quum sequatur γεγονέναι τὴν ὕλην.

(439) D, ἐπιγράφει δὲ καθ' ὅλον τὸ βιβλίον ὃ εἰς μέσον πρ. Ba, ἐπ. δὲ καθ' ὅλου. ABC, ἐπ. δὲ καθόλου... In C super ὃ scriptum est ᾧ. Ambrosius : « hoc te Chaldæi docent; atque Porphyrius in eo libro quem inscribit καθόλου, ubi Chaldæorum rationes in medium profert, in quibus asserere materiam carere principio ut impium dogma confutat »; facto sub finem saltu ad sententiam sequentem. Wolfius : « quod te Chaldæi docent, itemque Porphyrius in eo quem Καθόλου inscribit libro, quum rationes Chaldæorum in medium omnes affert, iis materiam esse natam affirmat ». Barthius: « ... et Porphyrius libro quem Catholon inscripsit, producendis eorumdem dogmatis compositum; in hoc factam esse materiam convincit ». Mirum est non intellexisse homines doctos esse τὰ

Χαλδαίων λόγια Chaldæorum Oracula, toties a Platonicis laudata. Infra p. 56, 13, τὰ λόγια, inaccurate vertunt *veteres* et *sapientes*. Vide Warren. ad Hierocl. p. 287. Id non latuit Holstenium, qui, Vita Porphyrii c. 10, reprehensa Wolfii versione vel Ambrosii, locum sic verti deberi putat: « neque materia generationis (ἀγέννητος) et principii expers, quod et Chaldæi et Porphyrius te docent: ille enim integrum librum conscripsit, quo Chaldæorum Oracula producit, quibus materiam genitam esse confirmatur ». In qua interpretatione sunt quæ reprehendas, scilicet ἐπιγράφει et ἰσχυρίζεται male conversa. Melius, nec omnino recte, locum intellexit Fabricius Bibl. Gr. t. 1, p. 309, ubi et repudiandam memorat Lambecii conjecturam καθ' ὕλης pro καθόδου. Innuere Æneas fere videtur Porphyrii librum qui περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας, ἡ τῶν λογίων συναγωγὴ, ab aliis nuncupatus fuit: vide Bibl. Gr. t. 5, p. 744, § 23. Verterim: « et universim librum a se vulgatum inscripsit *Chaldæorum Oracula;* quibus in Oraculis factam fuisse materiam affirmat ». Quod non plane nitidum est, ut nec sunt græca. Quæ sic reformanda crediderim: ἐπιγράφει δὲ περὶ καθόδου τὸ βιβλίον ᾧ... « et inscripsit de descensu animæ librum quo Chaldæorum Oracula in medium producit, quibus... » Permutata καθόλου et καθόδου ostendi ad Eunapium. Cf. ad Zachar. n. 75.

(440) D, ὅθεν τὰ κατὰ φύσιν που λέγων ἀγέννητον δὴ εἶναι τὴν ὕλην καὶ τὸ ἐν ἀρχαῖς τιθέναι ὡς... Et sic Ba, cum λέγει. ABC, ὅθεν τὰ κακὰ φησί που λέγων ἀγένητον δὲ εἶναι τ. ὕ. καὶ τὸ μὴ ἐν ἀρχ. τ... Textum probabiliter concinnavi. In Plotini opera commentatum esse Porphyrium notissimum est: consulesis Bibl. Gr. t. 5, p. 746, § 33; not. ad Eunap. p. 152. Jam Plotini liber ὅθεν τὰ κακὰ octavus est Enneadis primæ. Nihil remanet difficultatis. — « Plotini illius celeberrimi, præ quo sane verum est philosophos ceteros in rebus præcipue spirituum umbras esse, discipulus insignis fuit iste Porphyrius, cujus et vitam nobis eleganter et accurate conscriptam reliquit. Utinam christianis calumniandis abstinuisset. Libros sane Porphyrii expressim contra veritatem scriptos adducit testimonio et diræ blasphemiæ arguit Theodoretus contra Græcos [2, p. 493]; ut et Justinianus imperator. Scripsit idem Philosophicæ Historiæ commentarios [Bibl. Gr. t. 5, p. 746, § 40], eidem laudatos; qui utinam vel soli exstarent ». BA.

(441) D, ἡ ὕλη γεννητὴ... ἀλλ' ἔσχατον... ἀγέννητος. Ba, γεννητὴ... ἀ. ἔσχατος... ἀγέννητος. Et carent verbis τὸ ἐκ τῆς ὕλης. Aug., ἔσχατος. ABC habent quod scripsi, consentiente et Ambrosio. Ceterum ἔσχατον et bonum est, potestque firmari loco simili p. 36, 22. Synesius Calv. p. 69 sententiam illustrat : τὰ πρῶτα τῶν ὄντων ἁπλᾶ, κατιοῦσα δὲ ἡ φύσις ποικίλλεται· ἡ δὲ ὕλη τῶν ὄντων τὸ ἔσχατον, ταύτῃ καὶ ποικιλώτατον.

(442) D et Ba, Πλάτων μέμνηται ἐν Τιμαίῳ πῶς... Exhibeo scripturam ABC. Ambrosius : « ipse nempe in Timæo Plato meminisset quod nihil fingens nihilque dissimulans... » Forsan : αὐτὸς δὲ ἡμῖν ὁ Πλάτων (μέμνησαι γάρ) ἐν Τιμαίῳ πως οὐδέν... Respicitur locus Timæi p. 28 : πότερον ἦν ἀεὶ, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινὸς ἀρξάμενος ; γέγονεν.

(443) D et Ba, ὁρατός τε γάρ ἐστιν· αὐτός τε ἐστί. — « Omnino scribendum ἁπτός τε. Sic p. 53, 8 : ὁρατὸν γὰρ ὄντα καὶ ἁπτὸν καὶ πάντη σωματοειδῆ. Vertit ergo recte, ut nos, Ambrosius. Non est assecutus Wolfius, vitiato codici addictior ». BA. Ambrosius : « visibilis enim est atque tangibilis ». Invenit scilicet ἁπτὸς, quod est in ABC, et in loco Platonis eodem : ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχων. Cf. ad Zachar. n. 269. Quod in fine sententiæ dictum est de τοῖς αἰσθητοῖς respicit Platonicam rerum divisionem in Timæo ibid., inter τὸ ὂν ἀεὶ, καὶ τὸ γιγνόμενον μὲν ὂν δὲ οὐδέποτε· atqui τὰ αἰσθητὰ, inquit, γιγνόμενα καὶ γενητὰ ἐφάνη· sequitur εἶναι βεβαίως οὐδέποτε.

(444) De nomine μυσταγωγοὶ vide n. 116. D et Ba, τὸ γέγονεν λέγουσι, ἀλλὰ κατ' αἰτίαν γέγονεν. ABC ut ego; et sic Aug., cum αἰτίας. Ambrosius, qui Theophrasti personam non exhibet, sic vertit : « Porro qui Platonem exponunt, quod ille factum dixit non sic tradunt, sed secundum causam factum ». Mox Aug., κακίας αἴτιον. Et est in margine adscriptum κρεῖττον ἐγένετο, quod quo referendum sit nescire se ait Wernsdorf.

(445) D et Ba, πεποίηκεν. ABC, κατώπιν, quod fuit correctum in C. — Τοῦτο ἡ σκιά] « De umbra mirifica et serio quidem commenti sunt et memorarunt antiqui. Vide elegantem librum Joannis Wowerii [cui titulus : *Dies æstiva, sive de umbra pægnion*]; cujus

insigne ingenium vitam isthic omnem suam illustrandæ antiquitati impendere debebat, adeo ei rei factum fuisse videtur. Sed abstulere fructum hunc tempori præterito ambitiosi spiritus et inconsulta juventa. Quod quum adolescentulo olim mihi quereretur, gratificatus sum poema ipsi De peregrinatione juventutis Germanicæ, quod revisum et ad momenta prudentiæ non inutilia redactum aliquando editurum polliceor. Sed hæc οὐδὲν πρὸς ταύτην τὴν σκιὰν, cujus mentio hic etiam non est non umbrosior æquo. Vide omnino Zachariam De mundo p. 105 et sqq. ». BA. In Worerii libello de umbra nihil invenio quod huc faciat, nisi memoratam cap. 2, Procli libro de æternitate mundi sententiam, sua quodammodo umbram substantia consistere, cujus addit refutasse argumenta Pererium Physices libro 15.

(446) D et Ba, αὐτὸ τὸ φῶς. ABC, αὐτοφῶς. Cf. n. 430.

(447) ABC, συναρμόζων ἠβούλετο, εἰ σκιᾶς ἐξανάγκης ἑπομένης. Editiones expressi.

(448) D et Ba, ταῦτο Πλωτῖνος. AB, καὶ τοῦτον Πλ. C, καὶ τοῦτο Πλ. ABC sine καὶ τὸν Ἀναξαγόραν κωμῳδεῖ ὅτι μὴ προλέγει. Ambrosius codice usus est integro. — « Porphyrium modo commentariis Plotinianis hæc disserentem introduxit. Anaxagoram autem in eadem re notat Plotinus libro de materia c. 7, qui est quartus Enneadis secundæ. Verba apponam : Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὰ στοιχεῖα ἐν ὕλῃ θέμενος ἀντιμαρτυροῦσαν ἔχει τὴν φθορὰν αὐτῶν. Ἀναξαγόρας δὲ τὸ μίγμα ὕδωρ ποιῶν, οὐκ ἐπιτηδειότητα πρὸς πάντα, ἀλλὰ πάντα ἐνεργείᾳ ἔχειν λέγων, ὃν εἰσάγει νοῦν ἀναιρεῖ, οὐκ αὐτὸν τὴν μορφὴν καὶ τὸ εἶδος διδόντα ποιῶν, οὐδὲ πρότερον τῆς ὕλης, ἀλλ' ἅμα· ἀδύνατον δὲ τὸ ἅμα· εἰ γὰρ μετέχει τὸ μίγμα τοῦ εἶναι, πρότερον τὸ ὄν· εἰ δὲ καὶ τοῦτο ὂν καὶ τὸ μίγμα κἀκεῖνο, ἄλλου ἐπ' αὐτοῖς δεήσει τρίτου· εἰ οὖν πρότερον ἀνάγκη τὸν δημιουργὸν εἶναι, τί ἔδει τὰ εἴδη κατὰ σμικρὰ ἐν τῇ ὕλῃ εἶναι; etc. ». BA.

(449) D et Ba, ὁ δὲ πολὺς καὶ ἀττικός. ABC sine καὶ, et C, ἀττικὸς, cum lineola, quæ nomen esse proprium significat. — « Corrupta lectio. Ambrosius : *enimvero Atticus ille priscus Platonis in primis studiosus observator, dum quæ amantissimo suo videntur exponeret.* Sed nec prisci nomen convenit Attico, et τὸ πολὺς non habet in se alterius auctoris nomen, cum de uno sermonem esse

26

omnia sequentia satis evincant. Alii legunt, ὁ δὲ Πρόκλος καὶ Ἀττικός. Quæ lectio, si ex libris est, vera est, et ad eam dirigenda interpretatio. Attici quidem nomen necessarium restitui. Fuit enim celebris ille platonicus. Stobæus Eclogarum Physicarum lib. 1, cap. περὶ ἐνεργειῶν τῆς ψυχῆς [t. 1, p. 894]: ἤδη τοίνυν καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς Πλατωνικοῖς πολλοὶ διαστασιάζουσιν, οἱ μὲν εἰς μίαν σύνταξιν καὶ μίαν ἰδέαν τὰ εἴδη καὶ τὰ μόρια τῆς ζωῆς καὶ τὰ ἐνεργήματα συνάγοντες, ὥσπερ Πλωτῖνός τε καὶ Πορφύριος· οἱ δὲ εἰς μάχην ταῦτα κατατείνοντες, ὥσπερ Νουμήνιος· οἱ δὲ ἐκ μαχομένων αὐτὰ συναρμόζοντες, ὥσπερ οἱ περὶ Ἀττικὸν καὶ Πλούταρχον. Et, cap. περὶ διαφορᾶς καθόδου τῶν ψυχῶν [p. 908], idem Atticum cum Platonicis, velut principem eorum ducemve, ponit : ἔτι μὴν αἱ καθαραὶ ψυχαὶ καὶ τέλειαι καθαρῶς εἰσοικίζονται εἰς τὰ σώματα ἄνευ παθημάτων καὶ τῆς στερήσεως τοῦ νοεῖν, αἱ δὲ ἐναντίαι ἐναντίως· Ἀττικῷ ἢ Πλατωνικοῖς οὐ συνδοκεῖ, etc. Male ibi interpres Gul. Canterus novam velut sectam tanto viro facit, vertens, *Attici sectatoribus non videtur* : nimia libertate suis amoribus hominem semovens. Eumdem citat Theodoretus lib. 6 Therapeut. seu De providentia [p. 573, 8] : ὅτι δὲ αὔξει τῶν ἀνθρώπων τὴν πονηρίαν τὸ μὴ πιστεύειν ἰθύνεσθαι προνοίᾳ τὰ ξύμπαντα Ἀττικὸς ὁ Πλατωνικὸς βοᾷ. Cujus sequentia verba cum primis clarum inter Platonicos fuisse indicant. Dissertationes Attici nonnullas ponit Eusebius lib. 15 De præparat. Evang. Hunc haud dubio Atticum loquitur hoc loco Axitheus noster, qui dissimulato nomine ita ut editum est utique minime scripsit. Ἐραστὴν vocat specialiter addictum, ut singulares amicos suos christiani *dulcissimos, dulces suos* ; de quo alibi. Ipse Plato solebat ἑταίρους sive sodales nuncupare. Suida [in Ἑταῖρε] : ὁ Πλάτων καὶ οἱ ἄλλοι φιλόσοφοι τοὺς γνησίους ἐραστὰς τῶν λόγων ἑταίρους ἐκάλουν· οὓς ἐμιμεῖτο Ἰουλιανὸς, ἑταίρους πάντας καλῶν ἐν ταῖς συνουσίαις, οὐκ ἀπαυθαδιζόμενος τῇ βασιλείᾳ. Potest ut laus aliqua, sive patriæ Attici nomen in verbis Æneæ sit corruptum, sive et christianismi encomium. Nam eum philosophum veritatem cognovisse testantur nunc quoque exstantia ejus scripta, ut quod contra Aristotelem pro Moyse et Platone superest in Bibliotheca Bavarica. Et ex eo libro legendum hic existimo : ὁ δὲ Μωϋσέως καὶ Πλάτωνος ἐραστὴς ὁ Ἀττικός. Vide Eusebium dicto libro ». BA. De Attico Platonico adi Heeren. ad Stob. t. 1, p. 894; Bibl. Gr. in Catalogo platonicorum t. 3. Sed in epitheto πολὺς sic nude posito est aliquid quod desideretur, veluti πολὺς τὴν σοφίαν, aut aliud simile ; ni corruptum sit, mutandumque in καλὸς, παλαιός.

(450) D et Ba, ἔφη ποῦ... ἐπιζητῶν τοιοῦτον δὲ αὐτὸν ὄντα οὐκ ἀγέννητον... ἀγέννητον (Ba, ἀγένητον casu) εἶναι. Etiam infra ἀγέννητον utrobique. Notatum est ἀγένητον bis ex Augustano. Edidi ex ABC. Ambrosius habuit ἐπιζητῶν. Infra D et Ba, Ἀριστοτέλην. Est apud Eusebium Præpar. 15, p. 468, Attici locus huc conferendus.

(451) Locus est disertus Porphyrii De antro c. 24 : Αἰγυπτίοις δὲ ἀρχὴ ἔτους οὐχ ὑδροχόος, ὡς Ῥωμαίοις, ἀλλὰ καρκῖνος· πρὸς γὰρ τῷ καρκίνῳ ἡ σῶθις ἣν κυνὸς ἀστέρα Ἕλληνες φασί· νουμηνία δ' αὐτοῖς ἡ σώθεως ἀνατολὴ, γενέσεως κατάρχουσα τῆς εἰς τὸν κόσμον. Apud Syncellum p. 5, D, nonagesimo tertio die ab creatione mundi solem et lunam sub cancro fuisse dicitur. Hæc commenta quæ mihi tetigisse satis sit doctiss. viros nimium defatigaverunt.

(452) D et Ba, ἐκτίσθη πρὸ ἡμῶν θείας τοῦ κόσμου γονῆς ἄφθ. πν. εἰς ἡμετέρας χρείας. Ambrosius, qui græca non vertit, sed apposuit ipsa : ἐκτ. πρὸ ἡμῶν θείας τε κόσμου γ... ABC, ἐκτ. πρὸ ἡμῶν θείας πρὸ κ. γ. ἄφθ. πν. εἰς ἡμῶν χρείας. Quod sumsi, sed bis rescripto ὑμῶν, duce Barthio. — « Homines utique allocutus est Apollo. Itaque nihil certius est quam scribendum, πρὸ ὑμῶν, et mox εἰς ὑμετέρας χρείας. Alii legunt, πρὸ ἡμῶν καὶ τῆς δέ [?]. Optime ». BA. Vide Lobeck. Aglaoph. p. 456.

(453) De nomine μυσταγωγοὶ n. 116. D et Ba, καὶ τὰ αἰσθητὰ ἅμα πάντα παραγαγόντες... οὐ γὰρ δὴ ἅμα δὴ πάντα. ABC sine τὰ et cum παράγοντες. AB, οὐ γὰρ ἅμα δεῖν πάντα. C, οὐ γὰρ ἅμα ἐστὶ πάντα. Aug., οὐ γὰρ ἅμα δὴ πάντα. Ambrosius : « non enim simul sunt omnia ».

(454) D et Ba, ἐστὶ ποιητὴς, τοῦ δὲ χ. οὐκέτι; οὐδ' οὗτος... συμφύρεται... δυνάμεως σημεῖον. Sequutus sum ABC. Ambrosius editis consentit.

(455) D et Ba, λογικὸς ἦν. ABC, λογικόν. Ambrosius : « attamen loqui norat ». — « Ad eloquium maluit interpretari Ambrosius. Sane vero et rationi videbatur adversari tam diuturnum silentium. Ille autem legit λόγιος ». BA. Wolfius : « et tamen nihilominus rationis compos erat ». Melior videtur Ambrosii interpretatio, qui λογικὸς legit, non λόγιος, quod putabat Barthius.

βίαιον πνεῦμα ἠφίεσαν, τύπον δὲ τὴν σφύραν καὶ τὸν ἄκμονα ἀντίτυπον ταύτῃ, πῆμα δὲ εἰκότως ἀνθρώπῳ τὸν σίδηρον ὅτι ἐχρῶντο εἰς τὰς μάχας ἤδη τῷ σιδήρῳ· τὰ δὲ ἐπὶ τῶν ἡρώων καλουμένων ἀνεῖπεν ὁ θεὸς ἀνθρώπῳ πῆμα εἶναι τὸν χαλκόν. Τῷ χρησμῷ δὲ τῷ γενομένῳ Λακεδαιμονίοις ἐς τοῦ Ὀρέστου τὰ ὀστᾶ καὶ Ἀθηναίοις ὕστερον ἐοικότα ἐχρήσθη, κατάγουσιν Ἀθήναζε ἐκ Σκύρου Θήσεα, ἄλλως δὲ οὐκ εἶναί σφισιν ἑλεῖν Σκῦρον· ἀνεῦρε δὲ τὰ ὀστᾶ τοῦ Θησέως Κίμων ὁ Μιλτιάδου, σοφίᾳ χρησάμενος καὶ οὗτος, καὶ μετ' οὐ πολὺ εἷλε τὴν Σκῦρον. In eo tamen alios auctores Æneas sequitur, quod morbo infesto ad Thesei ossa transferenda e Scyro adactos scribit Athenienses ». BA. Sequi potuit eos quos sequutus est scholiastes Pluti 627, qui fame laborantes tunc fuisse Athenienses narrat, vel peste, si Meursium corrigentem λοιμώξαντες pro λιμώξαντες audias, quem audivit Hemsterhusius videndus p. 208; cuique favet, ut nunc e codice fuit editus, Scholiastes Aristidis p. 267.

(536) D, ὡς ἐν Χαλκίδι τοῦ Ἀγαμέμνονος ὁ παῖς κέοιτο... μεταθήσουσι. Ba, ὡς ἐν χαλκείῳ τοῦ Ἀγ. παῖς ἦν. AB, χαλκείῳ ὁ τ. Ἀγ. π. κέοιτο. Et sic C, cum μεταθήσωσιν. Ex Augustano καίοιτο tantum enotatum est. — « Vitiatus iterum codex; nihil enim isthic Chalcidi negotii. Et bene quidem nomen hoc transiit interpres Ambrosius. Emaculandum autem, ὡς ἐν χαλκείῳ. Χαλκεῖον, officina fabri ferrarii, secundum Cyrillum glossographum. Emendatio est clara ex verbis Pausaniæ, quæ equidem ob eam rem vel solam produximus. Χαλκεῶνα etiam talem locum nuncupatum docemur ab Hesychio. Obscuritatem oraculi quam Æneas innuit officinam ærariam designantis ostendit nobis idem, utilissimus veterum memoriarum consignator, Pausanias ». BA. Ostendit etiam disertissime Herodotus 1, 67, 68. Exstat oraculum et in Anthol. Pal. 14, 78.

(537) Τὸν παῖδα ταῖς ἀραῖς κατασύρων] « Chrysippum puerum dicit a Theseo ad stuprum raptum. Higinus Fab. 271 eum inter formosissimos ephebos recenset, Pelopis filium et a Theseo ludis raptum. Τοῖς ἀρηΐοις puto scribendum, et ludos Marti consecratos designari, quibus rapuerit scilicet puerum Theseus. Raptus hic pueri a Theseo non exstat creber apud scriptores. Chrysippum istum etiam a Laio amatum scribunt Apollodorus [3, 3, 5], et Plutarchus in Parallelis [c. 33]. Intellige de Hippolyto ». BA. Unice vera sunt postrema de Hippolyto verba; reliqua de Chry-

sippo nihil ad rem, ac delenda erant Barthio rem serius videnti, tamen videnti. Erraverat Ambrosius, qui vertit : « Theseus pudici pueri violator impurus ». Nec melior Wolfii interpretatio : « Theseus qui pudicum puerum corrupit ».

(538) Ba et Aug., ἧπου γε. D et Ba, ἀναδειξάμενοι. — Σώματα] « Miracula dicit ad memorias beatorum Christi martyrum facta. Vide multis Augustinum lib. 22 De civit. dei; etc. Non autem belle corporibus tribuuntur, quæ ad ea operata est divina miseratio ». BA.

(539) ABC, sine καὶ εἰκῇ. Tum D et Ba, κείμενα ἦν, καὶ ἄλλως, mediis omissis quæ restitui ex ABC, quibusque et Ambrosius caruit. Respici videtur locus Platonis Legg. 12, p. 947.

(540) ABC et Aug., εἴπερ. D et Ba, οὗπερ. Vertit Ambrosius οὗπερ.

(541) Σοφὸν δὲ τὸ μηχάνημα] « Sapiens machinatio; sapiens inventum. Commenti vox etsi aptior, tamen indignior illa summa divina majestate ». BA. Quod sequitur τὸ πάθημα μάθημα illustretur ex n. 359. Statim D et Ba, οἷα δὲ ἡ τοῦ σώμ. ἀσθένεια. ABC, οἵα δὲ τοῦ σ. ἡ ἀσθ. Aug., οἷα δὲ τ. σ. ἡ ἀσθ.

(542) Νόμος δέ] « Deesse vox claret, indicans videlicet dignitatem hujus legis. Interpres vetustior [Ambrosius] videtur legisse, θεῖος δὲ νόμος. Reddidit enim cum ambitu etiam : *est vero divina omnino lex corpus reviviscere* ». BA.

(543) D et Ba, αἰῶνος. ABC, ἀγῶνος. Ambrosius vertit ἀγῶνος. — D et Ba, ὑπεστρέφετο. ABC, ὑπέστρεφε. — D, φοβερὸν δὲ τοῖς οὐδὲν φοβουμένοις τὸν βίον. Et sic Ba, cum φοβ. τὸν θεόν. Edidi ex ABC, consentiente Ambrosio. Supra, pro edito et scripto ἢ ταῦτα, posui ᾗ τ.

(544) ABC sine ὡς ἔοικεν, quod non legit Ambrosius. Ex iisdem inserui τὰ, quod et fuit additum in Augustano. Μετέσχε γὰρ κἀκεῖνα ψυχῆς] « Repetendam vocem postremam arbitror in responsione Axithei : ψυχῆς. ΑΞΙΘ. Ψυχῆς· ἀλλὰ ἀλόγου. Ita erigitur oratio; et

servavi ego interpretatione insertionem ». BA. Præibat interpretatio Ambrosii. Sed correctio est inutilis, nihil mutantibus ABC, excepto ἀλλ' pro edito ἀλλά.

(545) D, συνεδιελύετο. Ba ABC, συνδιελύετο. — D et Ba, αὐτοῦ τοῦ δημ. ὁ ἄνθρωπος. ABC, ὁ ἄνθρ. αὐτ. τ. δημ. Insertum statim τῆς ex ABC et Aug.

(546) ABC, προσέταττε. D et Ba, ἐξέταττεν. Aug., ἐξέταττεν, suprascripto πρός. Verba τὸ πρόσταγμα φύσις ἦν confer cum similibus p. 45, 26; n. 426. Statim ἐκεῖνα μὲν inserui ex ABC.

(547) Οὐ γάρ ποτε τῆς ἀθανασίας ἐγεύσατο] ABC sine ποτε. Vulgarissimam quæ fit in verbo ἐγεύσατο metaphoram non tangerem, ni recurreret memoriæ corruptus Eustathii locus Epist. 39: νῦν δὲ οἷον ἔπαθες ὀλίγον γευσάμενος τοῦ τοιούτου γλυκυτάτου. Codex, γευσ. τῆς τοῦ τοιούτου γλυκύτητος. Statim ex Aug. enotavit τι ante παρεσπάσατο Wernsdorfius, quoniam omissum, ut videtur, fuit in Bibliotheca Patrum qua utebatur. Est τι in D et Ba et codicibus meis.

(548) Ba, ἄγευστος... πεσὼν ἐς ἀεί. Aug., ἄγευστος. Ceteri, ἄγευστον... πεσόν. A, ἐς ἀεί. Aug. CD, ἐσαεί. B, εἰς ἀεὶ κεῖσεται. — Πεσών] « Procumbens, cadens, id est moriens. Cadere enim mori, unde cadavera. Notavi plurimis alibi [Advers. 7, 19; 44, 29] ex Tertulliano [De resurr. c. 18] aliisque ». BA.

(549) Omnes, πῦρ ἀνῆκε καὶ φλόγα, excepto C, in quo φλόξ. Ambrosius: « ita ut ex ea ignis et flamma consurgat »; ad sensum optime. Sed quid legerit non inde patet. Nihil lucramur ex *Barthii* nota hacce: « πῦρ ἀνῆκε] Fit hoc plurimis modis. Et summum calorem potest flammam sive ignem ipsum nominare ». Raritas verbi neutri ἀνίημι potuit malam parere correctionem φλόγα.

(550) D et Ba, ἐπειδὰν... γένηται. ABC, ἐπειδὰν... γένοιτο. Ex iisdem insertum ἐπιτηδείως. D et Ba, τὴν δύναμιν. Aug., ψυχῇ δὲ κοινωνεῖν ἐπιτηδεία. D et Ba, σύμμιξις. ABC, συμμίξῃ. C, ἰδίως συνίσταται.

(551) D et Ba, μεταβολὴ τῆς ὕλης... κασσίτερον... ἀφανίσαντες ἐπὶ τῷ

σιμν. Sequor ABC. Ambrosius cum editis consentit. Ex Augustano enotatum tantum κασσίτερον. In B, χρυσὸν καὶ κάλλιστον. Ceteri sine καί: « aurum idque optimum ». — « Iterum tangit, quam supra, artem transmutandorum metallorum. *Duplicare metallum* hanc eamdem rem dicit intelligens Manilius, quum nimirum stannum, gratia exempli, argento sociatum in hoc transit, utpote dignius; quem quæstum habebant isti materiarii. Verba Manilii apponam, ut a nota deletoria Jos. Scaligeri vindicem. Quum enim ut de re nota Æneas loquatur et clare idem dicat Manilius, quare non credemus potius eo etiam ævo notam hanc industriam fuisse, quam ut nec informem et loco maxime congruentem versum contra omnium librorum vota ejiciamus immerentem, libro quarto [243] : *Vesta tuos, Capricorne, fovet penetralibus ignes. Hinc artes studiumque trahis : nam quicquid in usus Ignis agit poscitque novas ad munera flammas Sub te censendum est : scrutari cæca metalla Depositas et opes, terræque exurere venas, Materiamque manu certa duplicarier arte, Quicquid et argento fabricetur, quicquid et auro. Manu duplicari*, labore augeri, certa accedente arte. Certam dicit, quod videatur plerisque res tam inusitati exempli in natura rerum fieri non posse; ut nimirum industria humana efficiat quod solius videbatur de cetero naturæ. Ne intellexerunt quidem versum hunc doctissimi homines hactenus, quem Æneæ locus aperit tandem simul et asserit. Vir doctissimus Antonius Delrio in Disquisitionibus Magicis [1, c. 5, p. 69] retentum voluit versum; sed de bracteariis non ad rem interpretatus est. Aliorum castigationes non adtendimus; non enim emendatione, sed explicatione opus habebamus. — Non nimium peritum rei fuisse Æneam oportet; aut vulgatior tum ea fuit, quam credere nunc possint qui tanto tempore tantisque impensis eam inquirunt. Sane aliquando vulgatam artem fuisse docet, quod, pretium auro inde decessurum metuens, libros docentes exusserit Diocletianus. Suida : χημεία, ἡ τοῦ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ κατασκευή, ἧς τὰ βιβλία διερευνησάμενος ὁ Διοκλητιανὸς ἔκαυσε διὰ τὰ νεωτερισθέντα Αἰγυπτίοις. Idem in Diocletiano : τούτοις ἀνημέρως καὶ φονικῶς ἐχρήσατο· ὁ δὲ δὴ καὶ τὰ περὶ χημείας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου τοῖς παλαιοῖς γεγραμμένα βιβλία διερευνησάμενος ἔκαυσε πρὸς τὸ μηκέτι πλοῦτον Αἰγυπτίοις ἐκ τῆς τοιαύτης προσγίνεσθαι τέχνης, μηδὲ χρημάτων αὐτοὺς θαῤῥοῦντας περιουσίᾳ τοῦ λοιποῦ Ῥωμαίοις ἀνταίρειν. Quibus verbis patet tam argentum illos homines fecisse quam aurum. Unde firmor in sententia jam concepta : nimirum locum

istum Æneæ sanum omnino non esse. Non enim ex argento et stanno aurum factum dixerit, nec hoc ulla metamorphosis polliceatur. Sed distinctim scripsit addito stanno homines eos argentum auxisse; alios, vel et eosdem, purum aurum potuisse ex materia congrua ipsis nota producere. Opus erit meliore exemplari quam fuit Augustanum, ut hic et alii hujus auctoris loci constituantur. Nam conjecturis solis postponent pauci, ut sunt hominum ingenia, lectionem editam, quam tamen defendere nemo unquam poterit. Possis scribere : καὶ οὐκ ἐπίδοσις ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολὴ τῆς ὕλης· ἐπεὶ καὶ παρ' ἡμῖν οἱ περὶ τὴν ὕλην σοφοὶ ἄργυρον καὶ καττίτερον παραλαβόντες καὶ τούτου εἶδος ἀφανίσαντες, ἐπὶ τὸ σεμνότερον μεταβάλλουσι τὴν ὕλην, χρυσὸν ἄλλοι κάλλιστον ἐποίησαν. Prorsus persuasum habeo ita Æneam nostrum scripsisse. Quod conjecturas isti aspernantur, scire homines simpliciores æquo velim, quicquid non clarum legunt, primum indoctorum librariorum de prisca scriptura eos legere conjectationes, deinde eorum etiam qui præsunt chalcographeis; ad quorum utrorumque captum peccat quicquid in antiquis auctoribus mendosum legitur. Horum eos malle corruptrices quam ingeniosi alicujus doctique hominis restitutrices conjecturas de eadem est, quam modo innuebam, simplicitate, cujusque ego non audeo dicere nomen ». BA. Patet e verbo χρύσαντες, quo carebat Barthius, aurum de argento et stanno fecisse, vel facere se posse aliis persuasisse, ejus ætatis alchimistas. Absurdis nugis non immorabor.

(552) Aug., τὸ λύτρον, pro λίτρον scilicet; idque recepi pro ceterorum scriptura τὸ νίτρον, nimirum minus attica, quum et mox magis atticum ὕαλον darent ABC pro edito ὕελον. Ambrosius, « lytrum ». De nomine λίτρον Keuchen. ad Sammon. c. 3, v. 38. ABCD, ἐπινόησε. Ba, ἐξεπόνησε, errore calami, ut videtur.

(553) Γεωργῶν οἱ παῖδες] « Discipuli. Vide ad Zachariam scholasticum [n. 45] ». BA. Wolfius : « agricolarum pueri ». Ambrosius : « rustici ». Hic bene vertit; male Barthius ac Wolfius. Sunt οἱ γεωργῶν παῖδες ipsi agricolæ, ut οἱ ἰατρῶν παῖδες, medici ipsi, θεολόγων παῖδες Himerii Orat. 21, 5, ipsi theologi. Res est notissima, de qua egi ad Pselli verba De operat. p. 57 = p. 22 editionis meæ amplioris : ἕτερ' ἄττα πείθουσιν ἡμᾶς φρονεῖν ἰατρῶν παῖδες. Vide et Krabing. ad Synes. Calv. p. 170. — Statim D, τί οὖν; ἀνθρώπων

τὸν τῶν ἀνθρώπων. Ba, τί οὖν ἀνθρ. τὸν τῶν ἀνθρ. Sic ABC sine τῶν.

(554) D et Ba, ἀπὸ τῆς γῆς. ABC, ἐπὶ τῆς γῆς. Ambrosius, « de terra restitui », vertens ἀπό. Quæ præpositiones ob compendia fere similia facile permutantur. Libanius t. 4, p. 991 : τοὺς γὰρ παραφρονοῦντας δι' οἶνον ἔλαιον πέφυκεν εἰς νοῦν ἀπανάγειν. Quod malebat Reiskius, ἐπανάγειν est in codice 2918. Philostratus V. S. 2, 21, 2 : πᾶσαν ἀφεὶς ἡνίαν. Codex 1696, ἐφεὶς, quod prætulerim, favente etiam exemplo Platonico Protag. 70 : ἐφεῖναι καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας τοῖς λόγοις. Apostolius Adag. 4, 85 : αὐτὴ μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπακεν· ἀπὸ τῶν ἁλιευτῶν εἴρηται τῶν ἀποτυγχανόντων. Vertit Pantinus : « de piscatoribus usurpatum ». Legebat ergo ἐπὶ, quod et nuper suasit vir doct., non persuasit. Nam quid erit proverbii in illa sententia de vacuo funiculo, si de piscatoribus ipsis adhibeatur cui male piscatio successit. Proverbium fit, quando ad infortunia alius cujusvis generis transfertur. Servandum ἀπό· « ab piscatoribus dictum est successu carentibus ». Sic Apostolius 7, 76 : εἰς λιμένα· ἀπὸ τῶν ἐν λιμένι ἐρεσσόντων. Et 12, 11 : λούσαιο τὸν Πελίαν· ἀπὸ τῶν τῷ Πελίᾳ συμβάντων παρήχθη. Nectarius Hom. de S. Theodoro p. 3 : παρήσω ὅσα πάλαι ὑπὸ τοῦ πονηροῦ πέπονθε παρακλαπεὶς δαίμονος, τὴν ἐντολὴν λέγω καὶ τὴν τῆς θεότητος δόκησιν, καὶ τὴν τῆς ἐντολῆς (φεῦ μοι τοῦ πτώματος!) παρατήρησιν καὶ παράπτωσιν καὶ παράβασιν, εἶτα τὴν γνῶσιν, τὴν ἀποκρυβὴν, καὶ ὅσα τούτοις ἀπηκολούθησε. Codex 1538 recte ἐπηκολούθησεν, recte etiam γύμνωσιν pro γνῶσιν· tuetur παρατήρησιν, pro quo nomine placeret ἀπαρατήρησιν.

(555) Ba, ὁ Πολύειδος. Ceteri sine articulo. Quum, ut videtur, invenisset in Bibliotheca Patrum Πολύδειος Wernsdorfius, notat esse Πολύειδος in Augustano. Wolfii quidem in latinis est Polydius, quum sit in ejus græcis Πολύειδος. Tum D et Ba, τὴν πόαν μαθών. ABC, μαθ. τ. π. De Glauco et Polyido vate et serpente herbam commonstrante nunc audiamus Barthium. « Claudianus Bello Getico [442] : *Cretaque, si verax narratur fabula, vidit Minoum rupto puerum prodire sepulcro, Quem senior vates avium clangore repertum Gramine restituit; miræ nam munere sortis Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis*. Vide Palæphatum cap. 27, Hyginum Fab. 136, Apollodorum cum primis libro 3, [3, 1; 10, 3]. Reliquas fabulas excutere animus non est. Mirum vero, ignorasse plerasque Hyginum, qui caput 251 hinc poterat sibi suum auctius

ponere. Æneæ summa eruditio jam hinc apparet, qui intimas etiam et vulgo parum tritas fabellas noverit producere ». De Glauco adi Fischer. ad Palæphatum; Contaren. Var. Lectt. c. 8; Jacobs. ad Ælian. H. A. 5, 2; rursus Barth. ad Claudiani locum; Arsenium Viol. p. 162, qui sic de Polyido : ἰδὼν δράκοντι πόαν ἐπιθέντα τεθνεῶτι καὶ ἀναστάντα αὐτὸν, καὶ οὗτος τὸ αὐτὸ ποιήσας εἰς τὸν Γλαῦκον, ἀνέστησε. Quem vidit Polyidus ἐπιθέντα? Vidit scilicet δράκοντα : quod nomen, ex Apostolio 6, 32, sumendum, restituas ante δράκοντι.

(556) De Hippolyto et Tyndareo ab Æsculapio in vitam revocatis sufficiat laudare Apollodorum 3, 10, 3, cum notis Heynii et Claverii; Anecdota mea t. 4, p. 246. De Alcestide, cui non dicta? nihil dicam. Theseum ab inferis Hercules reduxit : vide Heyn. ad Apollod. 2, 5, 12. — D et Ba, καὶ Τίμωνα καὶ Λυδόν. Ambrosius: « et Timonem Lydumque ». ABC, καὶ Τύμωνα Λυδόν. Nomen Τύμωνα, Tymonem, etsi forma insolita, reliqui, quod videatur Τίμωνα e correctione non certa scriptum. Lydus fuit hic homo, et innotuisse heroi puto, quum Omphalæ Lydorum reginæ serviret. De Timosthene Atheniensi nihil novi.

(557) « De Eudoxo Laertius [8, 90], alii ». BA. Tzetzes Chil. 7, 646; Fabricius Bibl. Gr. t. 4, p. 13; Vossius De hist. gr. p. 26; Meursius Rhodo 2, c. 9 (nam fuit Eudoxus e Rhodo oriundus).

(558) D Ba et C, Ἀλικαρνασσεύς. AB et Aug., Ἀλικαρνασεύς. D et Ba, Ἀριστέα. ABC, Ἀριστέαν. D, προκοννήσιον. Ba et Aug., προκονήσιον. ABC, προικονήσιον, qui et mox habent προικονήσῳ, quum sit in D, προκοννήσῳ, in Ba, προκονήσῳ. Prætuli duplex ny, ac prætulerit, opinor, qui conferet mea ad Her. Philostr. p. 541, et Duker. ad Thuc. 3, 32. Altera scriptura προικ. est et apud Tzetzem Chil. 2, 724, 738, res Aristeæ narrantem. A, τὸν Κναφέα, cum lineola superiore, ut in nomine proprio; quem confutat locus Herodoti 4, 14, respectus ab Ænea : ἐσελθόντα ἐς κναφήϊον ἐν Προκοννήσῳ ἀποθανεῖν, καὶ τὸν κναφέα κατακληΐσαντα τὸ ἐργαστήριον, κτλ. Sæpius articulo quem minime exspectaverit lector græci scriptores utuntur. Ut Æneas, sic et nos loquimur : « il entra chez le foulon, chez le coeffeur »; etsi non peculiarem quemdam ac notum hominem significare velimus. Sic Plutarchus Alcib. 2 : ἔπαιξεν ἀστραγάλοις ἐν τῷ στενωπῷ· ut vernacule, « dans-la rue ». Ibi Bæhr. — D Ba, συνείπετο γάρ..

Ἀριστεύς... ἐρωτᾷν... Ἀριστέϊ... ἐπωνυμίᾳ Ἀριστεύς. Exhibui quod habent ABC. In Aug. supra ἐρωτᾷν est scriptum ἐπ. Est ἐπειρωτᾷν in Herodoti narratione. — « Vide Herodotum 4, [14]; Plutarchum Romulo [c. 28]; Apollonium Mirabil. c. 2; etc. Poetam hunc hominem fuisse discimus ex Atticis Pausaniæ [c. 24, 6], carmina ejus de gryphum historia commemorantis ». BA. Adde Valcken. ad Herod. l.; Meurs. ad Apollon. l.; Fac. ad Paus. l.; Bœckh. Pind. Fragm. 194.

(559) Καθάπερ πρὸς θαλλὸν τὰ θρέμματα] Plato Phædr. § 10, loco nobilissimo, quem plena manu illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 136: ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα θαλλὸν ἤ τινα καρπὸν προσείοντες ἄγουσι, σὺ ἐμοὶ λόγους οὕτω προτείνων ἐν βιβλίοις τήν τε Ἀττικὴν φαίνῃ περιάξειν ἅπασαν.

(560) Κορυβαντιῶντες] « Furentes. Scholiastes Aristophanis Vespis [8]; Suida [in Κορυβαντιᾷ]; Hesychius [in eadem voce...]; Plinius lib. 11, cap. 37 [54] ». BA. Adde Barthium infra ad Zachar. n. 129, ad Claud. Proserp. 1, 209; Galeum ad Iambl. Myst. p. 224; Sacyum ad S. Crucii Myst. t. 1, p. 80; Ast. ad Plat. Phædr. c. 2, p. 224; Usel. ad Minuc. Fel. p. 96; Jac. Has. in Bibl. Brem. Cl. 1, p. 299, Cl. 2, p. 1015; præsertim Lobeck. in Aglaophamo. Scholiastes Luciani Baccho 5 reddit κορυβαντιᾷν per μαίνεσθαι. Theophylactus Simoc. Q. Phys. p. 12 junxit κορυβαντιᾷν πως καὶ μεμηνέναι.

(561) D et Ba, οὐδ. γὰρ τάν. γράφειν ἀντῆρεν. Quod et vertit Ambrosius. Sequor ABC.

(562) D et Ba, πρὸς τοῦτον. Malui πρ. τοῦτο, ex ABC; et sic legisse videtur Ambrosius. — Ἄσπονδον πόλεμον] « Hesychius: ἄσπονδοι· ἄγριοι, ἐχθροί, καὶ μὴ μνημονεύοντες φιλίας ἢ διαθέσεως, ἀδιάλλακτοι. Suida. — Ἀκήρυκτον] Sane secus censeas. Nam ex professo velut bellum indictum gerebant sophistæ hoc deo. Forte melius, ἀκήρυτον, quod μέγα καὶ ἀδιάλλακτον idem Hesychius interpretatur. Sed ἀκήρυκτον etiam legationes non admittens ». BA. Male Barthius usus est corrupto Hesychii vocabulo, ἀκήρυτος. Frequens est nominum junctura quam habet hic Æneas, ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος πόλεμος.

(563) ABCD, τον Ἀρμόνιον. Wolfius vertit, « Harmonium ». Ba, Ἀρμένιον. Ambrosius præibat vertens, « Armenium ». Gatakerus ad Anton. p. 131 legi vult τὸν Ἀρμενίου. Respicitur narratio Ἠρὸς τοῦ Ἀρμενίου apud Platonem Rep. 10, de qua Grotius Annot. in l. 2, p. 38 De verit. relig. christ. Habuit Gatakerus Ἀρμενίου pro patris nomine, non patriæ. Locum Platonis quum non meminisset Barthius, credidit narrari a Platone ipso Armenium fuisse ab orco reductum. Et in errorem etiam indiligentem hominem traxit verbum ἀνάγει, qui bene tamen noverat quam sæpe scriptores ea facere ipsi dicuntur quæ facta narrant, vel præceptis tradunt. Aristophanes Ran. 14 : καὶ Λύκις κἀμειψίας Οἳ σκευοφοροῦσ' ἑκάστοτ' ἐν κωμῳδίᾳ. Lycis et Amipsias non ferebant sarcinarum onera, sed actores in scena exhibebant qui ea ferrent. Synesius De provid. 2, p. 124, B : λόγοι Βοιώτιοι τοὺς ἐναλλομένους καὶ ἐποπτεύοντας ὄργια Διονύσου σπαράττουσιν. Photius Epist. 82 : κείρουσιν οἱ παλαιοὶ λόγοι Προμηθεῖ τὸ ἧπαρ, ἀετὸν ἐφιστῶντες τὸν κείροντα. Horatius Sat. 1, 10, 36 : « Turgidus Alpinus *jugulat* dum Memnona »; quod non omnino bene Dacerius intellexit. Virgilius Ecl. 6, 62, de Sileno canente : « atque solo proceras *erigit* alnos ». Statius Silv. 4, 2, 2 de Virgilio : « Qui magnum Æneam Laurentibus *intulit* arvis »; de Homero : « Æquore qui multo reducem *consumpsit* Ulixen »; ubi Markl. Vide Burmann. ad Rutil. 1, 312; Dorvill. Misc. Observ. 2, p. 235; Cunæum ad Nonn. p. 3; Hurd. ad Horat. A. P. p. 85; Bak. ad Cleom. p. 363; Peerlk. ad Anacr. Od. 16. Legamus jam Barthii notam, quamvis a loco alienam. — « Non mirum de Platone hæc fingi, quem etiam in deorum numerum [imo « semideorum »; vide August. De civit. dei 2, 14; 8, 13] relatum ex Labeone scribit B. Augustinus, quum nulla non secta maxima certatim quæque de suo mentita sit principe. Vide quæ de Pythagora Iamblichus, alii; de sophistis suis paratragœdiatur Eunapius. Platonem e deo etiam genitum credidere, ut testantur Hesychius Illustris, Diogenes Laertius, Apuleius [cf. not. 106]. Mira vero fabula, quam de christiano quodam Platonem conviciari solito refert Sinaita Anastasius, si is est, Quæst. 111, quæ cum Christo resurrexisse philosophum docere vult. *Nequaquam*, inquit, *diris devovebis hominem ante Christi adventum defunctum; nam et ad inferos prædicatio Salvatoris pervenit. Fertur antiqua traditio de scholastico quodam, qui multa probra in Platonem philosophum jaciebat. Ei secundum quietem apparuit Plato, eumque sic est affatus : Heus*

tu, desine a maledictis in me vibrandis, ne quid mali tibi conficias; peccator fui, non nego : ceterum, quando Christus ad inferos descendit, ante omnes alios ego in illum credidi; etc. ». BA.

(564) « Addendum fragmentis Zoroastris, et de eo doctorum scriptorum elogiis ». BA. Dixit Zoroastrem Æneas pro magis. De magis enim loquitur Theopompus, cujus testimonio statim utetur, loco ab Diogene Laert. Prooem. § 9 conservato : ἀναβιώσεσθαι κατὰ τοὺς μάγους φησὶ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἔσεσθαι ἀθανάτους. Grotius, qui De verit. christ. relig. p. 42 in hoc ipso argumento nomina jungit Zoroastris et Theopompi, Æneam in mente habuisse videtur. Verbum οἶδεν in hoc loco interpretatur per *refert, testis est*, Wyttenbachius (ap. Wichers. ad Theopomp. p. 160), quem et vide Opusc. t. 1, p. 262.

(565) In Aug. deleta verba καὶ τοὺς ἄλλους. D et Ba, οἷα δὴ θείας. ABC, οἳ δὴ θ. Ambrosius vertit οἷα.

(566) Eadem sententia apud Hieroclem In Aur. Carm. p. 18 : θάνατος γὰρ λογικῆς οὐσίας ἀθεΐα καὶ ἄνοια. Hermes Pœmandro p. 62 : νόσος δὲ μεγάλη ψυχῆς ἀθεότης. Philo Allegor. 1, § 33 : ὁ ψυχῆς θάνατος ἀρετῆς φθορά ἐστι. Basilius in meis Anecd. t. 1, p. 3 : ἁμαρτία ψυχῆς ἀῤῥωστία· αὕτη θάνατός ἐστι τῆς ἀθανάτου. Ibi not.; cf. et t. 4, p. 151, n. 5. Gregorius Naz. Orat. 23, p. 315 : μία ζωὴ, πρὸς τὴν ζωὴν βλέπειν· εἷς θάνατος, ἡ ἁμαρτία· ψυχῆς γὰρ ὄλεθρος. Addendus Platonis locus Rep. 4, p. 316 Mass. : ἀρετὴ μὲν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ὑγίειά τέ τις ἂν εἴη καὶ κάλλος καὶ εὐεξία ψυχῆς· κακία δὲ, νόσος τε καὶ αἶσχος καὶ ἀσθένεια. Augustinus De doctr. christ. 3, c. 5 : « neque ulla mors animæ congruentius appellatur, quam cum id etiam quod in ea bestiis antecellit, hoc est intelligentia, carni subjicitur sequendo literam ». Cf. similis sententia Justini Martyris in Halloixii libro de Justino p. 249.

(567) D et Ba sine πανταχοῦ προλέγει. — « Oraculum [Apollinis] ponit Eusebius [Dem. Evang. 3, p. 67] : Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίην λάχον ἠδ' ἄρ' Ἑβραῖοι, Αὐτογένεθλον ἄνακτα σεβαζόμενοι θεὸν ἁγνῶς. [Vide Grot. Annot. ad l. 4, p. 88, De verit. relig. christ.] Sequentibus anachoretas populares commendat Syrus Axitheus ». BA. Illa Syrorum anachoretarum mentione carent ABC, hoc modo scripti :

... ἄνθρωπον· εἰσὶ γοῦν οἱ ἐκ παιδός. Servavi editam scripturam, quæ est et in Aug. et fuit ab Ambrosio reperta. ABC, et Aug., σεσωφ. καὶ τὴν ψυχήν. D et Ba, σεσ. περὶ τ. ψ.

(569) D et Ba, μετεωρίσαντες... κἂν τοῖς ὕμνοις. ABC, μετεωρίσαντες... κἂν τοῖς ὕπνοις. Infra p. 74, 12 : μετεωρίσας τὸν νοῦν, sine varietate. Ambrosius videtur habuisse ὕμνοις, vertens, « in divinis obsequiis ». ABC, θεωρείᾳ... ἀφικόμενοι. D et Ba, θεωρίᾳ... ἀφικνούμενοι.

(570) D et Ba, οὐδὲ παλαιὸν θαῦμα γεν. χρ. διακατέχεται, ἀλλ' εἶδον ἐγὼ πρεσβύτην... ABC, οὐδὲ τὸ πάλαι θ. γ. χρ. διακόπτεται· ἀλλὰ εἶδον ἔγωγε πρ. — « Infinita talia exempla suppeditant christianæ Sanctorum historiæ. Nec asscripseris, quum omnibus sint debeantque esse cognitæ. Unam non possum transire, quam Georgius Elmacinus ponit in Historia Saracenica p. 177 [lib. 2, c. 8, p. 140], quæque contigit circa annum christianum 834 : *Marco patriarchatum Jacobitarum Alexandriæ obtinente, erat præfectus quidam nomine Macara e Nabrubo, qui patriarcham rogavit, ut in domum ejus ingressus panem ejus comederet. Erat autem jam tum nactus filium. Et patriarcha morem ei gessit. Post paucos autem dies obiit filius præfecti Macaræ, qui, ferens eum super manibus suis, adtulit eum ad patrem patriarcham. Atque hic eum accepit et in sinum suum posuit, oravitque super eo et flevit. Cumque revixisset puer, dedit eum patri suo, dicens : Accipe filium tuum jam vivum. Prociditque in terram metu magno, et tertiam facultatum suarum partem pauperibus distribuit, misitque Hierosolymam, et exstruxit ibi templum destinatum Ægyptiis illuc se conferentibus* ». BA.

(571) D et Ba, μετὰ τ. παιδὸς ἅμα παρὰ τῷ πρεσβύτῃ ἐφ. χρηστόν τι ποιεῖν καὶ μαθεῖν βουλ. ABC, μ. τ. π. θαμὰ π. τὸν πρεσβύτην ἐφ. χρ. τι μαθ. καὶ ποιεῖν βουλ. Ambrosius : « is una cum puero senem frequens adibat, boni quippiam et facere et dicere gestiens ». Habuit θαμὰ et ποιεῖν καὶ μαθεῖν : nam « dicere » mendum est typorum pro « discere ».

(572) Aug., σπειρείδει. Ceteri, σπυρίδι. Cf. Wernsd. Proleg. § 9. — Philostratus Her. p. 6 : σμικρά τε εἰπὼν καὶ ἀκούσας. Ibi exempla formulæ congessi. Plutarchus Conviv. c. 2 : οὐ γὰρ ὡς ἀγγεῖον ἥκει κομίζων ἑαυτὸν ἐμπλῆσαι πρὸς τὸ δεῖπνον ὁ νοῦν ἔχων, ἀλλὰ καὶ σπουδά-

σαι τι καὶ παῖξαι, καὶ ἀκοῦσαι καὶ εἰπεῖν. — Mox D et Ba sine ὡς οὖν, quod Ambrosius vertit.

(573) D et Ba, τοῦτο τὸ ἔργον. ABC, οὕτω τὸ ἔ. Ambrosius vertit τοῦτο. Ex Augustano enotavit τουτὶ δὲ μέγιστον et ὑπισχνῆ Wernsdorfius, quæ sunt et in meis editis ac manuscriptis libris.

(574) D Ba et Aug., ἕτερόν τι. ABC sine τι, et mox sine τό. Aug., τῶν ὀφθαλμῶν ἐστέρητο, cum varietate ἐστερεῖτο. — « Summam corporis deformitatem collocat in oculorum privatione. Multa huc facientia alibi notavimus. Ipsi morti cæcitatem comparat Sophocles Œdipo Colonæo, ubi ait Œdipus, cæcitatem suam deplorans [110] : Οἰκτείρατ' ἀνδρὸς Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον Εἴδωλον· οὐ γὰρ δὴ τόδ' ἀρχαῖον δέμας. Amisso visu, non se jam suum habere corpus autumat miserrimus, sed esse umbram solam pristini se illius Œdipi. Et sic Œdipum eumdem ablatis sese oculis occidisse dicit cap. 242 Hyginus. Non enim verum est eum sibi manus intulisse ». BA.

(575) D et Ba, ἔμελλεν. ABC, ἤμελλεν. Modo p. 74, 9, ἤμελλε lectum fuit sine varietate. Cf. n. 459. AB, ἐδεῖτο οἱ βοηθεῖν αὐτῷ ὅτι ἔχοι. Placeret, ἐδεῖτό οἱ βοηθεῖν ὅ τι ἔχ. Sequutus sum CDBa. D, εἴθε εὐμενής. — Εἰ ἀληθὴς ἐμοὶ δόξα] « Gloriam suam dicit conversationem a morte cum Beatis, cujus gratia omnia vivens isthic spreverat. Δόξαν etiam doctrinam simpliciter capere possis, ut δόξα Arrianorum in Procopii mox [n. 580] adscribendis. Αἱ τῶν παλαιῶν δόξαι supra; etc. ». BA. Ambrosius vertit : « si vera mihi fides et verax opinio est ». Prima verba sunt superflua. Vertas : si vera mihi opinio est; si non falsus sum sententiæ; si me non fefellit opinio. Modo dixit p. 74, 17 : εἰ δόξαν ψευδῆ παρεδέξατο : « si falsam amplexus esset opinionem, aut doctrinam ». Sed nunc non putem posse senem de veritate suæ doctrinæ dubitare. Infra ABD et Ba, ἀληθεῖς δόξαι. C, ἀλ. λόγοι, quod malui.

(576) Aug., ἀλλ' ἡ ἡμέραι. D, καὶ ἂν λαβών. Ba Aug. ABC, καὶ ἀναλαβών. D et Ba, κατεπλήγη. Aug. sic, sed suprascripto καταπλήττει. ABC, καταπλήττει. Nomina τροφὴ καὶ παιδεία tractantur a Wyttenbachio ad Phæd. p. 287, qui locum Æneæ adduxit ac vertit. Plato Tim. § 32 : ἂν μὲν οὖν δὴ καὶ συνεπιλαμβάνηταί τις ὀρθὴ

τροφὴ τῆς παιδεύσεως, ὁλόκληρος ὑγιής τε παντελῶς... γίγνεται. Cf. n. 240.

(577) D et Ba, ταῦτα μὲν παρ' ἡμῖν· γέγονε δὲ καὶ ἄλλ' ἄττα τοιαῦτα καὶ γενήσεται. Aug., ἀλλάττα τοιαῦτα. Qua de scriptura nominis ἄττα vide ad mea Anecdota t. 3, pp. 106, 126, etc. AB, τ. μ. π. ἡμῖν γέγονε, καὶ ἄλλοθι τοιαῦτα καὶ γενήσεται. Exhibui quod est in C.

(578) « Tyrannidem Vandalicam notat, quæ, quum in omnibus chronologiis veterum annotata sit, ætatem Æneæ nostri, qui eam oculis contemplatum sese ait, manifesto indicio prodit. De tyrannide ipsa pulcre Victor Uticensis [Vitensis] eorumdem temporum auctor ». BA. Tyrannus, de quo statim Æneas, Hunnericus est, Genserici filius, Arrianus, catholicorum dirissimus persecutor. Statim D et Ba, τουτὶ καλόν. ABC et Aug., τ. τὸ κ.

(579) ὁ τοῦ μύθου Τηρεύς] Eadem loquendi modo Psellus Opusculis ineditis, editionis futuræ p. 117 : ἡ τοῦ μύθου κάμηλος περὶ κέρατος ἐξελιπάρει θεόν. Et rursus p. 118 : ὥσπερ ὁ τοῦ μύθου Βοῤῥᾶς ἥρπασεν ἀφανῶς τὴν Ὠρείθυιαν. Eustathius Epist. 51 : πρὸς τὴν τοῦ μύθου ἀλώπεκα ἑαυτὴν περιβάλλουσα· imo παραβάλλουσα, quod habet codex : « sese comparans ». Jam notavimus nonnullas in Eustathii epistolis calami aberrationes, quas utriusque præpositionis similia compendia pepererunt; alias nunc notabo. Epist. 50 : μήτηρ περιμυθουμένη τούτου τὴν ἀμορφίαν· codex, παραμ., bene. Epist. 27 : τῆς ὀρθῆς περικινοῦν στάσεως· codex recte, παρακ. Epist. 49 : κἂν βραχύ τι περικινήσῃ τὴν κεφαλήν· codex, παρακ. Epist. 62 : ἑτέρους περικινοῦντάς σε· et hic codex, παρακ. Epist. 37 : διὸ καὶ θαῤῥήσας περικαλῶ· imo παρακ., ut codex jubet.

(580) D et Ba, ἡμέρᾳ τρίτῃ. ABC, ἡμ. τῇ τρ. — Ἄνευ γλώττης σαφέστερον... διαλέγεσθαι] « Idem de Romano martyre tradit Prudentius, poemate in ejus martyrium longe pretiosissimo. De eodem autem hoc negotio Victor Tunnunensis in Chronico [p. 25; vel in Canisii Lectt. Antiqq. t. 1, p. 324] : *Zenone Augusto consule, Hunericus Vandalorum rex, persecutioni per totam Africam nimis insistens,... jam non solum sacerdotes, et cuncti ordinis clericos, sed et monachos atque laicos quatuor circiter millia exiliis durioribus relegavit, et confessores ac martyres facit, confessoribusque linguas abscidit. Quos confessores quod linguis abscissis perfecte finem ad-*

usque locuti sunt, Urbs Regia attestatur, ubi eorum corpora jacent. Ita alii multi. Miraculum præsens etiam vidisse testatur Marcellinus Comes; illud insuper addens inter eos fuisse natura mutum, qui, post linguæ exsectionem, demum fuerit locutus. Verba sunt [p. 42]: *tunc idem rex Hunericus unius catholici adolescentis vitam a nativitate sua sine ullo sermone ducentis linguam præcipit excidi; idemque mutus quod sine humano auditu Christo credens fide didicerat, mox præcisa sibi lingua locutus est, gloriamque deo in primo vocis suæ exordio dedit. Denique ex hoc fidelium contubernio aliquantos ego religiosissimos viros præcisis linguis, manibus truncatis, apud Byzantium integra voce conspexi loquentes.* Aliud miraculum addit Procopius, qui et ipse coram vidit hos confessores Byzantii, 1 Vandalicorum [c. 8, p. 196]: γέγονε δὲ Ὀνώριχος ἐς τοὺς ἐν Λιβύῃ χριστιανοὺς ὠμότατός τε καὶ ἀδικώτατος ἀνθρώπων ἁπάντων· βιαζόμενος γὰρ αὐτοὺς ἐς τὴν Ἀρειανῶν μετατίθεσθαι δόξαν, ὅσους ἂν λάβοι οὐχ ἑτοίμους αὐτῷ εἴκοντας ἔκαιέ τε καὶ ἄλλαις θανάτου ἰδέαις διέφθειρε· πολλῶν δὲ καὶ τὰς γλώσσας ἀπέτεμεν ἀπ' αὐτῆς φάρυγγος, οἳ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ περιόντες ἐν Βυζαντίῳ ἐχρῶντο ἀκραιφνεῖ τῇ φωνῇ, οὐδ' ὁπωστιοῦν ταύτης δὴ τῆς τιμωρίας ἐπαισθανόμενοι· ὧν δὴ δύο, ἐπειδὴ γυναιξὶν ἑτέραις πλησιάζειν ἔγνωσαν, οὐκέτι φθέγγεσθαι τὸ λοιπὸν ἴσχυσαν. Justinianus Imperator [Cod.] l. 1 De offic. Præfecti Præt. [Africæ, tit. 27] se quoque hos homines vidisse autumat: *vidimus venerabiles viros, qui abscissis radicitus linguis pœnas suas miserabiliter loquebantur.* Quam legem innuens libro 17, cap. 11 [p. 749, B] perperam Justino adscribit Nicephorus Callisti. Posse autem et aliter intelligi non nescimus. Freculfus t. 2, lib. 5, cap. 20: *qua tempestate Honericus rex Vandalorum Arrianus catholicas ecclesias clausit, plebem variis affecit suppliciis. Et quidem innumeris manus abscindens et linguas, nec tamen loquelam catholicæ confessionis eripere potuit.* Victor Uticensis [Vitensis] libro 3 [libro 4, p. 662, B: Magnæ Bibl. Patr. t. 5, part. 3]: *præcepit ut in medio foro, congregata illuc omni provincia, linguas eis et manus dextras radicitus abscideret. Quod cum factum fuisset, Spiritu Sancto præstante, ita loquuti sunt et loquuntur quomodo antea loquebantur. Sed si quis incredulus esse voluerit, pergat nunc Constantinopolim, et ibi reperiet unum de illis subdiaconum Reparatum sermones politos sine ulla offensione loquentem. Ob quam caussam venerabilis nimium in palatio Zenonis imperatoris habetur, et præcipue regina mira eum reverentia veneratur.* Ecce testes irrefragabiles. Gregorius Magnus, modo titulo fides sit, libro 3, Dia-

logorum cap. 32 [Vid. p. 313] sese ipsum etiam novisse Constantinopoli tradit seniorem episcopum, qui viderit audiveritque eosdem confessores sine linguis loquentes, additque, sed mutilum, Procopianum illud de uno ob libidinem loquentia privato. Miraculum vero idem aliis quoque contigisse lectu observavimus; ut Romano de quo Prudentius. De eodem Eucherius [Serm. De S. Romano]: *licet intrinsecus honorabile labiorum perierit ornamentum, peragunt tamen alienum labia, moderante deo, servitium; sine pulsu solito in eloquium commoventur; seque* [vulg. *sicque*] *sine plectro suo Christum resonare mirantur... Ecce elinguis præco* [vulg. *precum*] *auctorem rerum, muto licet ore, non reticet.* Sic legenda elegantissimi auctoris verba, quæ bis vulgo sub nomine Eusebii Emisseni [cf. Schott. ad Zenob. 5, 85] vitiata circumferuntur. De Aphrodisio commentariensi, milite Christi ipsius temporum, paria scribunt martyrologi. Notkerus [inter Canisii Lectt. Antiqq. t. 2, part. 3, p. 171] in calendis septembribus: *simul cum Longino coronatus est Aphrodisius commentariensis, qui, etiam post abscissionem linguæ, Christum expedite loquebatur* ». BA. Miraculum illud confessorum quos mutilavit Hunnericus sine lingua loquentium negavit anonymus Anglus, libro peculiari quem vulgavit Londini a. 1730 et inscripsit *An Enquiry into the miracle said to have been wrought*, etc. Confutavit eum vel confutare voluit Zornius dissertatione « De veritate miraculi in martyribus elinguibus et cognita et vindicata », quam inseruit Gerdesius Miscellaneis Groninganis t. 2. Ibi argumenta, ac locos multos, multorum et scriptorum nomina, inveniet lector, si quis erit cui obsoletæ hæ disquisitiones placeant. Quod si quis autem miretur protestantes homines Zornium et Gerdesium pro miraculis id genus calamis strictis propugnare, noverit, quod Zornius et narrat et credit, esse et protestantibus martyres elingues seu elinguatos, qui, abscissa a carnifice pontificio lingua, nomen Domini benedicebant, valedicebant peccato, carni, mundo ac diabolo, spectatores ad virtutem diserte exhortabantur.

(581) Ba, ἐγὼ δὲ ἐπειθόμην. — Wyttenbachius ad Phæd. p. 126 verba μουσικὴν ἐργάζεσθαι ex hoc loco et aliis illustrat. Similia composuit Krabing. ad Syn. Calv. p. 106. — D et Ba, ἐθέλει. ABC, ἐθέλοι.

(582) D et Ba, ἐπέτρεπον. ABC, ἐπιτρέπω. — Τὸ στόμα διανοίγων]

« Gregorius de illis suis ejusdem martyrii personis [Dialog. 3, c. 32] : *hi eo tempore profugi ad Constantinopolitanam urbem venerunt. Eo quoque tempore quo pro explendis responsis ecclesiæ ad principem ipse transmissus sum, seniorem quemdam episcopum reperi, qui se adhuc eorum ora sine linguis loquentia vidisse testabatur, ita ut apertis oribus clamarent : Ecce videte quia linguas non habemus et loquimur. Videbatur enim a respicientibus, ut ferebat, quia abscissis radicitus linguis quasi quoddam barathrum patebat in gutture; et tamen ore vacuo plena ad integrum verba formabantur* ». BA. Quum Æneæ Euxitheus pro ipso Ænea posset haberi, multi qui de hoc miraculo scripserunt Æneam oculatum esse testem duxerunt; et Grotius, in ea critica non maximi ponderis auctor, mutos illos non mutos obiter ad rem suam adhibens Notis ad libr. 1 De veritate relig. chr. p. 226, « testes certissimos » vocat Justinianum, Procopium, Victorem Uticensem, Æneam Gazæum. Quorum tamen fidem elevat Anglus ille anonymus, Æneæ cum primis, argumento non malo, quod apud ipsum sibi quærat lector, vel e Bibliotheca Britannica petat t. 5, p. 182.

(583) ὅλην ἐκ ῥιζῶν] « Eadem medicus Asclepiadæ in Romano Prudentii [Peristeph. 10, 981...] ». BA.

(584) B, τίς οὗτος ἠλίθιος. D et Ba, πῶς γὰρ ἔμελλεν, ὦ φιλότης; ABC, οὐδεὶς, ὦ φ. Aug., πῶς γ. ἔμ., ὦ φ., infra scripto οὐδείς. BC, προδιδάσκουσιν. Ceteri προδιδάσκουσι. Tum fit in editis saltus ad θεὸς, ὦ γενναῖε. Media, quibus et Ambrosius caruit, sumsi ex ABC. In C, οὐδ' Αἰγύπτιος.

(585) ABC, ἔργου δύναμιν. — Τοῖς ἐπιτηδείοις] « Qui student sanctificare vitam suam universam et vanitatis opera seponunt. Vide priorem Petri capite primo ». BA.

(586) D et Ba, οὐδὲ ἄνδρα. ABC, οὐδ' ἄ. D et Ba, ὁ τοῖς., sine καὶ, quod accessit ex ABC. — Θεὸς ἄμβροτος...] « Est ex Aureo Pythagoræ Carmine [71]. De miraculis Sanctorum plena omnis antiquitas ». BA. Hierocles p. 18 : εἰκότως θεοὶ θνητοὶ λέγοιντο ἂν αἱ ἀνθρώπιναι ψυχαί... ubi Warren.

(587) ABC, πείθομαι τῆς εὐμενείας· αἰσθάνομαι τοῦ θεοῦ. Ambrosius id habuit quod ex D et Ba exhibeo.

(588) « Supra pag. 9, 14. Plato Timæo [pag. 72] : τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς ψυχῆς ὅσον θνητὸν ἔχει καὶ ὅσον θεῖον, καὶ ὅπῃ καὶ μεθ' ὧν καὶ δι' ἃ χωρὶς ᾠκίσθη, τὸ μὲν ἀληθὲς, ὡς εἴρηται, θεοῦ ξυμφήσαντος, τότ' ἂν οὕτω μόνως διϊσχυριζοίμεθα· τό γε μὴν εἰκὸς ἡμῖν εἰρῆσθαι καὶ νῦν καὶ ἔτι μᾶλλον ἀνασκοποῦσι διακινδυνευτέον φάναι, καὶ πεφάσθω. Et alibi non uno loco ». BA.

(589) D et Ba, παρὰ Ἀθην. ABC, παρ' Ἀθ. — Μύρμηκα] « Ob augurium videlicet tempestatum. Ambrosius Hexaemer. lib. 6, cap. 4, [p. 88] : *novit etiam formica explorare serenitatis tempora; nam cum animadverterit madidatos imbre fructus suos humescere, explorato diligentius aere quando jugem possit servare temperiem, acervos reserat suos et de cavernis foras suis humeris exportat, ut jugi sole propria frumenta siccentur. Denique haud quaquam illis diebus omnibus rumpi de nubibus imbres videris, nisi cum fruges suas horreis propriis formica revocaverit.* Quin fuerunt qui rationem et colloquia tribuerent formicis, velut Celsus epicureus apud Origenem lib. 4, [p. 219] et Philocaliæ cap. 19, [p. 234]. Maxima autem et minima sacrificia conjunctim ponit Æneas ». BA.

(590) D et Ba, ποσειδῶνι· ἀλλὰ τὸν νοῦν. Media suppeditarunt ABC et Aug., quæ nec Ambrosius reperit. Jam supplementum protuleram ad Theophylactum p. 239. De Creonte Menœceum immolante qui scripserit ignoro. Ipse se Menœceus, salutem civium morte sua redemturus, muro præcipitavit, vel ante portas urbis gladio percussit, testibus Hygino Fab. 68; Apollodoro Bibl. 3, 6, 8. Scholiastes Aristidis t. 3, p. 113 : Μενοικεὺς ὁ Κρέοντος ὑπὲρ τῆς πόλεως ἑκὼν ἑαυτὸν ἀνεῖλε. Adde Davis. ad hæc Ciceronis verba Tusc. 1, 48 : « Menœceus non prætermittitur, qui, oraculo edito, largitus est patriæ suum sanguinem ». Davisius non nitide intellexisse videtur duos fuisse Menœceos, unum Creontis patrem, Creontis filium alterum. De illo Scholiastes Phœn. 1010 : Σωσιφάνης ὁ τραγικὸς ὑπὸ τοῦ Λαΐου φησὶ τεθνηκέναι τὸν Μενοικέα, Νικόστρατος δὲ ὑπὸ τῆς Σφιγγός. Vide Staver. ad Hyg. F. 67, n. 11. — De Leo ejusque filiabus monui breviter ad Anecd. t. 2, p. 264. Adde Schol. Aristidis t. 3, p. 112 Dind., p. 43 Fromm. Ælianus H. V. 12, 28, nos docet vocatas fuisse Theopen (aliis Theopompen), Eubulen et Praxitheam; cui ultimo nomini, quod varie scriptum fuit, accedat Æneæ auctoritas. Quod sequitur de homine quem

Arcades Saturno immolabant nusquam legere memini. Megalopolitani, Porphyrio teste, De abstin. 2, 56, Jovis Latiarii festo die hominem sacrificabant. Vide Grot. Annot. ad lib. 2, p. 40 De verit. relig. christ. An memoria lapsus Æneas Κρόνῳ scripsit pro Διί? sed et ibidem vel in alia Arcadiæ urbe potuit Saturnus cruore humano saginari.

(591) Animum a vitiis ac pravis affectibus purgare jubet Lysis epistola ad Hipparchum p. 739 : δεῖ ὤν τόγε πρᾶτον τὰς ὕλας, ταῖς ἐνδιαιτῆται (cod. 1038, ἐνδιαιτᾶται) ταῦτα τὰ πάθη, πυρὶ καὶ σιδάρῳ καὶ πάσαις μηχανεῖς (codd. μαχ.) ἐκκαθάραντα καὶ ῥυσάμενον τὸν λογισμὸν ἐλεύθερον τῶν τοσσύτων παθέων, τοτηνίκα (codd. 1038 et 1810 τοτηνικάδε) φυτεύοντά τι χρηστὸν αὐτῷ παραδιδόμεν. Hanc Lysidis Epistolam allegat Synesius Ep. 142 : τὴν δὲ Λύσιδος τοῦ Πυθαγορείου πρὸς Ἵππαρχον ἐπιστολὴν ἐπιζήτησον... τὸ γὰρ δαμοσίᾳ φιλοσοφέν (οὕτω γάρ πως ὁ Λύσις ὑποδωρίσας λέγει) μεγάλης εἰς ἀνθρώπους ἦρξε τῶν θείων καταφρονήσεως. Quo Synesii loco usus vir d. tacite idque pessime scripsit φιλόσοφον, et Hipparchum mutari suasit in Hipparchiam inconsideratius. Respexit Synesius Lysidis ad Hipparchum verba p. 739 : λέγοντι δὲ πολλοί σε καὶ δαμοσίᾳ φιλοσοφὲν, ὅπερ ἀπαξίωσε Πυθαγόρας. — Τῷ θεῷ προσεικάζεσθαι tractatum n. 392.

(592) D et Ba, μὴ θεμιτῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι. ABC, μὴ καθαρῷ γὰρ..., ut est in Phædone § 13, loco nobili, a multis accepto, et quem illustrat, Ænea ipso correcto, Wyttenbachius p. 162. Cf. mea ad Theophyl. p. 249.

(593) « Rem divinam dei invocatione claudit. Zacharias fine suæ diatribæ [p. 150, 25] : πεπλήρωται ἡμῖν τὰ τῆς διαλέξεως· νῦν δὴ καιρὸς, εἰς εὐχὴν τὸν νοῦν τρέψαντας, ὑμνεῖν τὸν τοῦδε τοῦ παντὸς ποιητὴν καὶ δημιουργόν. Pariter et aliorum operum conditores pagani, ut Velleius fine historiæ; Cicero in Catilinam [Oratt. 1, 2, 3, extr.]; etc. ». BA.

(594) D et Ba, δι' οὗ ὁ θεός; ABC et Aug., δι' οὗ θεός. ABC, ἀνάγει pro edito ἄγει : monueram ad Theophyl. p. 298.

(595) Δοίης δὲ τῷ παντί]. « Pro pulcerrimo isto secundum voluntatem dei opificio universo orat. Neuter interpretum id animadvertit. Ultima verba eadem ponit Zacharias, sed longe plenius

christiano voto [p. 151]: δοίας δέ γε διαφυγὼν τὸν κατάλογον τῶν κολάσεων... ἱκανῶς ἡμῖν ἤνυσται· ἀλλ' ἴωμεν. Sane et hoc argumento sit eumdem esse scriptorem, quod nonnulli voluerunt; sed temporum ratio omnino id non patitur. Possunt tamen, imo censenda sunt ficta tempora; cum citet B. Basilium Zacharias p. 500 [Tarin. = p. 111] et Gregorium Nazianenum p. 531 [= p. 130]. Zacharias enim scripsit vivo adhuc, ut ex ipsomet illo Dialogo clarum, Ammonio; Ammonius autem sub Commodo fuit præceptor Origenis. Theodoretus Serm. 6 Græc. Curationum [p. 573]: καὶ Βῆρος καὶ Κόμμοδος· ἐπὶ τούτου δὲ Ἀμμώνιος ὁ ἐπίκλην Σακκᾶς, τοὺς σάκκους καταλιπὼν οἷς μετέφερε τοὺς πυροὺς, τὸν φιλόσοφον ἠσπάσατο βίον· τούτῳ φοιτῆσαι φασὶ καὶ Ὠριγένην τὸν ἡμέτερον καὶ Πλωτῖνον τουτονί· τῆς δὲ Πλωτίνου διδασκαλίας τετύχηκεν ὁ Πορφύριος. Et Plotinum undecim annos audiisse Ammonium in ejus Vita [p. 2, F] scribit Porphyrius. Vide quæ de ætate Plotini supra notavimus ad p. 12 [n. 118]. Jam inter eam ætatem et visos Constantinopoli confessores linguis exsectis loquentes tamen tantum interest spatii, ut neutiquam vivo possit Theophrasti istius auctor in vivis fuisse Ammonio ». BA. Sed vide quæ infra monentur ad Zachariæ Ammonium p. 322, et nn. 60, 61.

(596) Eadem clausula dialogi usus est Zacharias.

NOTÆ
IN ZACHARIAM.

(*) Editiones mihi fuerunt ad manum Tariniana, quæ et princeps est; Ducæana (nam Fronto Ducæus Zachariæ Dialogum priori volumini Bibliothecæ Patrum a se curatæ inseruit, adjuncta vetere Genebrardi conversione); Barthiana. Lemma Tarinianæ et codicis regii 458, quo et Tarinus usus est, ac Ducæanæ : Ζαχαρίου σχ. χρ. τ. γεν. μ. τ. ἐπ. Μιτυλήνης, διάλεξις. Nomen διάλεξις de philosophica disputatione apte usurpari potest : vid. Krabing. ad Synes. Calv. p. 108. Lemma Barthianæ desinit in Μιτυλήνης. Prætuli lemma codicis 460, deinceps vocandi B, quum A designet codicem 458, et codicis supplementarii 331, dicendi C. In B est ad marginem sigla literam P literæ Π insertam exhibens, in qua includi nomen προθεωρία visum est. De codice B=460 jam egi ad Æneam p. 156; ubi etiam de codice A=458. Codex C=331 est recentissimus, e Jesuitarum bibliotheca circa a. 1763 in Regiam inlatus, et, ut reor quidem, apographi ex Anglia ad Ducæum missi apographum : vide Ducæum infra p. 318, 19, et n. 188. — ΖΑΧΑΡΙΟΥ] « In actis quintæ Synodi [imo secundæ : vid. Duc. p. 319, 323] secundum Agapetum tertius nominatur metropolita Mitylenes Act. 1 ». Tarin. — ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ] « Is non alius initio quam σχολῆς προηγούμενος, ut Dionys. Halicarnassæus Ammæo [§ 7]. Cujusmodi declamatorum et rhetorum σχολικοὶ χαρακτῆρες eidem Περὶ Δημοσθένους δεινότητος [§ 46]. Et scholastici συναγωνισταὶ καὶ συσχολασταὶ, συμφοιτηταί. Seneca Præfat. lib. 3 [Rhetor Exc. contr. 3] : « scholastici intueri me quis essem, qui tam crassas cervices haberem ». Quo nomine quoque derisus Cicero, cum primum e Græcia domum; Plutarchus [Cicer. c. 5]. Ibi nimirum scholastici,

ζῶα ὧν πάντες καταγελῶσι : Arrian. lib. 1 Dissert. [c. 11, 39]. *Scholasticæ et umbraticæ literæ* [Plin. Epist. 9, 2, 3]. Et Isæus, rhetor ille torrens [Juven. S. 3, 74], *annum sexagesimum excesserat, et adhuc scholasticus erat;* Plin. lib. 2, [Epist. 3, 5]. Scholastici Socrates, Evagrius, Severus; viri clarissimi innumeri alii. Musæus Massiliensis *lingua scholasticus* Gennadio [Catal. § 81]. Eidem [Cat. § 69] Salvianus *scholastico et aperto sermone scripsit.* Scholasticus rerum ecclesiasticarum peritus, assessor, advocatus; Scripturarum denique scientissimus. Unde et ecclesiastici muneris nomen, sed posteriore sæculo natum; at hic Zachariæ, non honoris, sed eloquentiæ, ob exquisitam Platonicæ suppellectilis, qua totus nitet, elegantiam ». Tar. « Fuerat quidem in tribus prioribus Bibliothecæ Patrum editionibus hæc Zachariæ Mitylenæi Disputatio latine tantum in lucem emissa, beneficio doctissimi ac celeberrimi theologi parisiensis et Regii Professoris Gilberti Genebrardi interpretis; sed cum ad eam utraque lingua publici juris faciendam auxilia undique conquirerentur, missum est ad Parisienses bibliopolas manuscriptum apographum ex Anglia, in quod et varias lectiones et conjecturas suas viri docti congesserant [Montacutius, ut videtur : cf. infra n. 73], quibus regiorum codicum auctoritas fidesque confirmari posset et omnis generis testium patrocinio fulciri. Cum vero tardiora sint grandiorum ejusmodi editionum molimina, prævenit hanc nostram altera diligentior, et cum Origenis Philocalia Zachariæ quoque Disputationem ex libris Regiis cum interpretatione sua curavit excudi vir doctissimus Joannes Tarinus Andegavus, qui et notas suas attexuit. Quamobrem cum Gallicis Anglicisque codicibus conferendam nobis duximus antiquiorem interpretationem; quam utpote a carissimo socio et collega suo elaboratam libenter præ exteris omnibus amplexurum fuisse Margarinum Bignæum [Bibliothecæ Patrum editorem, Genebrardi collegam; scilicet fuit uterque theologiæ doctor Sorbonicus] existimari par est; et eorum quæ a nobis immutata vel addita sunt rationem in notis hisce reddendam. Quod ad nomen et auctoritatem attinet scriptoris hujus ecclesiastici, cum non modo *scholasticus* in titulo dicatur *christianus*, sed etiam *episcopus Mitylenes*, id simul digitum intendit ad tempus quo eum floruisse possumus suspicari, cum in Synodo Constantinopolitana, sub Mena Patriarcha habita, Actione 1, reperiantur, post Apostolicæ Sedis Romanæ legatos, *Petrus Justinianopolis Metropolis secundæ provinciæ*

Cappadociæ, et Zacharias Mitylenæorum Metropolitanus [In Actis Concil. edit. Harduin. t. 2, p. 1188]. Porro coacta est Synodus illa Constantinopoli ex vicinioribus episcopis, aut iis qui tum in ea urbe versabantur, imperatoris Justiniani temporibus, hoc est anno Christi 534, si Onuphrium Panvinium sequamur, vel 536, si Baronium cardinalem. Verum hæc Synodus quinta non fuit, ut perperam a nonnullis appellatur, neque œcumenica, sed particularis, ut recte admonet Bellarminus cardinalis lib. 1 De conciliis c. 5. Antecessit autem œcumenicam quintam, cujus tempus in annum Christi rejicitur 553, communi chronologorum consensu, et sub eodem imperatore Justiniano ac pontifice Vigilio convenit. Est et aliud indicium temporis, quod ipsa nobis series disputationis suppeditat. Sic enim ait p. 83 Zacharias de adversario suo quocum disputat Ammonio : ἥκων παρὰ τοῦ φιλοσόφου, μᾶλλον δ' ἀφιλοσόφου τε καὶ ἀσόφου. Quo in loco per philosophum illum intelligit, ut scriptum fuit ad oram codicis Genebrardi et Anglici, Proclum Lycium insignem mathematicum et philosophum, contra quem scripsit de hoc ipso argumento, mundi nimirum æternitate, Philoponus [vid. Bibl. Gr. t. 10, p. 644]. At Proclus florebat sub Anastasio imperatore, cui Justinus successit, et Justino Justinianus. At regius liber Procli nomen ex margine in textum transtulit, quem editio Tarini sequuta est. Porro Scholasticus christianus appellatur Zacharias; qua voce designari advocatum et causarum in foro patronum constat ex Zonara in Commentario in canonem 10 Synodi Sardicensis [p. 374, 1]: κἂν σχολαστικὸς, τουτέστι περὶ λόγους σχολάζων· *quamvis scholasticus sit, hoc est dicendi studio operam impendens;* et in can. 96 [imo 108, p. 486] Carthagin. : τοῦ καταστῆσαι ἐκδίκους σχολαστικούς· *constituere litium defensores scholasticos.* Augustinus in Joannem [c. 1, tract. 7, 11] : *qui habent caussam et volunt supplicare imperatori, quærunt aliquem scholasticum jurisperitum, a quo sibi preces componantur.* Sed eo nomine designati sunt primum rhetores, ut Corn. Tacitus notat in lib. De oratoribus [c. 15] et declamatores causarum fictarum. Deinde a fictis litibus transiit ad veras : Plinius lib. 2 Epist. [3] : *adhuc scholasticus tantum est; quo genere hominum nihil aut simplicius aut sincerius.* Confirmat hoc etiam Jac. Cujacius leges codicis Theodosiani citans et scribens in Novellam 70 [Ab *eo nomine* ad *confirmat* ipsa Ducæus describit verba Cujacii in Nov. 70, qui codicem Theodosianum non citat]. Dictus est etiam scholasticus vir eloquens quivis, etsi nec caussas fictas ageret, ut declamator, nec veras, ut advo-

catus; talisque dicitur a Walafrido Strabo De rebus ecclesiasticis c. 25, ut recte observat R. P. Heribertus Rosveidus ordinis nostri theologus in Onomastico ad Vitas Patrum [p. 1040]. Ita Serapion apud Hieronymum in Catalogo scriptorum eccles. c. 99 : *Serapion ob elegantiam ingenii cognomen scholastici meruit.* Paschasius l. 7 De vitis Patrum c. 19, num. 3 : *hic Eulogius scholasticus erat, sæcularibus literis eruditus.* Palladius c. 26 [Hist. Laus. c. 27]: οὗτος ὁ Εὐλόγιος σχολαστικὸς ὑπῆρχεν ἐκ τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων, ὃς ἔρωτι θείῳ πληγείς· *hic Eulogius fuit disciplinarum liberalium scholasticus, qui divino amore sauciatus.* Ut igitur philosophi dicebantur inter gentiles et græcos qui philosophicis erant disciplinis exculti, sic scholastici qui oratoriæ facultatis et politiorum literarum studiis eruditi. Quam ob causam, ut Athenagoræ Legatio dicitur Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ Πρεσβεία περὶ χριστιανῶν, *Athenagoræ Atheniensis philosophi christiani Legatio pro christianis;* sic Zachariæ Disputatio, Ζαχαρίου σχολαστικοῦ χριστιανοῦ τοῦ γενομένου μετὰ ταῦτα ἐπισκόπου Μιτυλήνης ὁ διάλογος, *Zachariæ scholastici christiani, postea episcopi Mitylenes, Disputatio.* Posteriori quoque dicti sunt ævo scholastici inter canonicos, qui scholis episcopatus præerant et erudiendæ juventutis curam gerebant; ut videre est in historicis rerum Alemanicarum. Et in ecclesiis cathedralibus hodieque nomen est ecclesiasticæ dignitatis ». Duc. — ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ] « Scholastici romanis moribus exercitantes eloquentiam in scholis rhetorum, unde, velut ex umbra in lucem, prodirent in forum, causarum patroni, quo patrocinio ad summos honores aditus constabat; eloquentia omnem politicam doctrinam complectente. Exempla obvia, et docuerunt nonnihil doctorum diatribæ ad Petronium, Quintilianum, Ciceronem, Senecam. Christianis doctrinæ titulus, ut qui quotidie ut doctior fieret laboraret, neque sibi videretur tamen excellere, scholasticus diceretur, forum adhuc nolens et Salutis doctrinæ totus devotus, quam in ecclesia erudienda demum defendendaque sistebat. Sic ubi sermo elegans cultum animi stipat, *scholasticos* perhibere scriptores *dictatoresve* videbis. Nam scholastica doctrina accessoria salutari. Ex eruditione humana B. Paulinus ad S. Severum [Epist. 9, p. 115] : *si ille hiantis historiæ causas non ediderit, qui et scholasticis et salutaribus literis græce juxta ac latine dives est, vereor ne apud alium in his regionibus frustra requiramus.* Gennadius c. 45 Catalogi de Juliano Capuano, post hæretico : *Julianus, episcopus Capuanus, vir acer ingenio, in divinis scripturis doctus, græca et latina lingua schola-*

sticus : prius ergo quam impietatem Pelagii in se aperiret, clarus in doctoribus ecclesiæ fuit. Idem de Musæo Massiliensi cap. 79 : *Musæus, Massiliensis ecclesiæ presbyter, vir in divinis scripturis doctus, et in earum sensibus subtilissima exercitatione limatus, lingua quoque scholasticus.* Et de Prospero cap. 84 : *Prosper, homo Aquitaniæ regionis, sermone scholasticus, et assertionibus nervosus.* Elegantiæ ingenii titulum hunc agnoscit tributum B. Hieronymus Catal. cap. 99 : *Serapion, Thmueos Ægypti urbis episcopus, qui ob elegantiam ingenii cognomen scholastici meruit.* Scholasticus, homo probus, cordatus, in studiis assiduus, Leontio Sphæra Aratea [non procul ab initio] : ἐτύγχανον γὰρ καὶ τοιαύτην τινὰ σφαῖραν ἐργαζόμενος Ἐλπιδίῳ τῷ σχολαστικῷ, ἀνδρὶ ἀξιολόγῳ ὁμοῦ καὶ φιλομαθεῖ. Ita scholasticis multis scribit Isidorus Pelusiota, adeo quidem honorabili titulo, ut et presbyteris conveniat; velut lib. 4, Epist. 205 : Ὀλυμπίῳ πρεσβυτέρῳ σχολαστικῷ. Et libro quinto multis scribit scholasticis simul presbyterisque, et in una persona, licet [*non ?*] uno forte tempore, episcopis. Sed et sæcularis eminentiæ magnæ scholastici; ut Domitianum alloquitur Synesius Epist. 155 et 156, patronum cognatæ suæ potentibus adversariis opponendum, si non prorsus judicem aut magistratum insignem gerentem. Hinc scholasticus, severitatis honos, cui opponitur levitas quævis, ut mimus apud Lactantium lib. 7, cap. 12 : *quæ sententia deliri hominis quoniam ridicula, et mimo dignior quam scholastico fuit, ne refelli quidem serio debuit.* Ita enim scripti codices eo loco. Proprie nonnunquam etiam scholastici forensium rerum disceptatores; unde *scholares materiæ* B. Hilario lib. 1 de trinitate [34] : *cum jam bene luserint bella militaturi, in militiam protrahantur; aut cum forenses lites scholares materiæ tentaverint, tunc mittantur ad tribunalium pugnas.* Generatim docti supra vulgum, quibus *rustici* opponuntur; et *rusticari*, qui sermone utitur non scholastico. Arnulfus eremita in Epist. Petri Mauritii lib. 6 [imo 5], epist. 31 : *unum quod conceperam mente comprimere non potui, et, licet oppressus, stylo rustico rudis expressi.* Cogitosus Vita Brigittæ [apud Canis. Lectt. t. 1, p. 416] : *non quod memoria et mediocritas et rusticus sermo ingenioli mei tanti muneris officium explere valeat.* Engelhardus in Vita Mechtildis [Præfat., ap. Canis. Lectt. Antiqq. t. 3, part. 2, p. 531] : *ego rusticandi studiosus vitam aggrediar fœminæ beatæ scribere.* Ruralis sermo scholastico oppositus apud Dynamium Patricium [Vita S. Maximi Præfat. Vid. Barth. Advers. 59, 12]. Scholasticissimi,

sermonis artiumque studio clarissimi. *Fortunatus, vir prudens et scholasticissimus*, Hilduino abbati ad Ludewicum Pium. *Sidonius, omnium præsulum scholasticissimus*, Wiperto, sive Sigeberto Gemblacensi in Historia Hierosolymitana [inter Gesta Dei Bongars. t. 1, p. 478 : sed non confundatur Wipertus ille, potius Guibertus, cum Sigeberto Gemblacensi notissimi Chronici auctore]. Christiani sane auctores hoc titulo, modestiæ ergo, philosophos sese dicere voluerunt, perpetuos discipulos indicantes, etiamsi omnem doctrinæ operam impenderent; longe alieno nomine a paganorum scholasticis, quorum juventus sub eo petulantiæ omni vacabat, circumscribens præceptores etiam factione inita pretio institutionis, ut vides apud Augustinum libro quinto Confessionum [cap. 12]. Patet ergo hinc quis fuerit Scholastici inscriptione Zacharias noster. Nam quod de officio in ecclesia canonico somniant alii, somnium merum est. Neque antiqua res est, ut neque Isidorus, neque Amalarius Fortunatus in Officiis ecclesiasticis meminerint; ut Græcos non commemorem ». BA. De Zacharia Mitylenensium episcopo, auctore ejus dialogi, adde Lequien. Oriente Christ. t. 1, p. 955; et de scholastici titulo, quæ notavi ad Theophylacti Scholastici opuscula p. 166; collato Spanhem. ad Julian. p. 120; Barth. Advers. 33, 14. Nostrum autem cognomen Scholastici more illius ævi accepisse Harlesius ait Bibl. Gr. t. 10, p. 633, quoniam Beryti causas egit. — Χριστιανοῦ] « Quare puerile sit, nomen hic dignitatis aut officii ecclesiastici suspicari. Hac enim eum nota a cæteris sejungi umbratilium declamationum artificibus scholasticis, quis non videt? » TAN. — ΑΜΜΩΝΙΟΣ] « Ammonius, qui celebris philosophi personam gerit, nostra opinione est Ammonius Hermeas, qui Vitam Porphyrii scripsit. Nam alteri Saccæ prorsus obstant tempora, cum Basilium et Gregorium citet Zacharias noster, suum Ammonium ut præsentem introducens; Saccas autem ille Vero principe floruerit [cf. p. 316]. Non longe vero a Porphyrio Noster vixit, ut universa scriptio indicat, Æneæ Gazæo imitata, ut arbitror, qui hunc Dialogum pro exemplo scribendi sui Theophrasti habuit. Vix enim persuadeor ut illum Zachariam existimem de quinta Synodo sub Justiniano celebrata. Librariorum error facilis. Par enim sonus litterarum fere, Æneas Gazæus et Zacharias, ut necesse non sit unum de duobus facere. Plura lib. 126, cap. 2 ». BA. qui, puto, lectorem ablegat ad ineditos Adversariorum libros. Vellem

et disertius quid sentiret in fine aperuisset. Ammonium Zachariæ eum esse ne dubites Hermiæ filium, Procli discipulum, præceptorem Simplicii, Aristotelis eruditum interpretem, qui docuit Alexandriæ, et a. 484 est mortuus. Vide et nn. 17, 60. Nihil obstant tempora quin Zacharias episcopus Mitylenes, Synodo Constantinopolitanæ, non quintæ, sed secundæ, a. 536, interfuerit. Et potuit eodem tempore Æneas Theophrastum componere, ipse præbens Zachariæ exemplum, vel ab illo accipiens. — Quum in versione latina addidisset verba Tarinus « De opificio mundi contra philosophos », Barthius eis assuit notas hasce : — « De opificio mundi] ut ostendat factum eum esse et periturum. Contra decent multi professi, Timæus Locrus, Ocellus Lucanus et qui Philo inscribitur; præcipue autem paullo ante Proclus. Contra philosophos] turgentes persuasione doctrinæ et multos seducentes veritate. Hos cum aperte et testimoniis veritatis confutarent christiani, negabant principia, historiam explodebant, testes abjiciebant. Itaque suis armis eos adoriebantur dei athletæ, rationibus confundebant, salsis dictis ridendos proponebant, quod illi solebant, ut vides in scriptis maxime Juliani Apostatæ, Libanii Epistolis ad Basilium, etc., qui pari tamen aceto perfunduntur a Nazianzeno, Basilio, aliisque infinitis. Eodem modo totus ironiis scatet hic Dialogus, ut et Theophrastus Æneæ, inflatis hominibus cum sua vecordia productis, bono tamen fine, ut converterentur et vere saperent ».

(1) Tar. Duc. Ba, παραστατῇ τῷ δ. ABC, παραστῇ τῷ δ. Bene tamen verterant : « ubi visum fuerit ». Modo C, ὁ ἀπ'... ἀρξάμενος, cum conjectura marginali : ἴσ. καὶ ὅτι ἀπ'..., et τοῦτον μεταποιῆσαι. Et ibi statim conjector proponit, καὶ ὅτι οὐδέν. Montacutio et aliis doctis ex Anglia viris tribuendæ sunt conjecturæ codicis C marginibus adscriptæ, ut manifestum est ex notis : cf. p. 318. Quum sæpius sint inutiles, inutilem earum describendarum sæpius fugi laborem.

(2) ATD Ba, ὑπόθεσις τῆς διαλέξεως. Φοιτ. BC, ὑπόθ. τοῦ διαλόγου τοῦ ὑποτεταγμένου. Φοιτ.

(3) ATD Ba, ταύτας Ζαχαρίᾳ τῷ σχολαστικῷ διαπ. B, ταύτας τῷ Ζαχαρίᾳ διαπ. et ad m. γρ. μοι. C, ταύτας μοι διαπ. Mox addidi ex BC, καὶ τ. λύσεων ἀκούσαντες. ATD Ba, ἔτυχε γάρ. BC, ἔτυχον γάρ.

(4) Stephanus Byzantinus in Γία : ἐν Πέτραις δὲ ἐπιχωριάζει κύριον ὄνομα τὸ Γέσιος· ὅθεν ἦν ὁ περιφανὴς τῶν ἰατρῶν σοφιστὴς, ἴσως ἐντεῦθεν κεκλημένος. Vide mea ad Eunap. p. 410, ubi monui de legendo τῶν ἰατρικῶν σοφιστὴς, et de nomine ἰατροσοφιστής. Cf. infra n. 192. Fabricius Bibl. Gr. t. 10, p. 634 : « exponit Zacharias quæ... disputaverat Alexandriæ cum Ammonio illo Procli discipulo, et Gessio iatrosophista sive medicæ artis doctore ». Infra nomen scriptum est Γέσσιος, et sic apud Josephum citandum infra n. 156, ubi plura de Gessio.

(5) A Ba, τὰ τῆς διαλέξεως πρόσ... προτεταγμένον τοῦ Ζαχαρίου... διαλέξεσι τὸ τοῦ Ζαχαρίου πρόσ... τέλει τῆς διαλέξεως... δηλούμενα· ἔστι δὲ... Sic TD, sed cum ἔτι male pro ἔστι. B, τὰ τοῦ διαλόγου πρόσ... προτετ. τοῦ Ζαχαρίου (et ad m. γρ. ἐμόν)... τὸ τοῦ Ζαχαρίου πρόσ. (et sic ad m. γρ. ἐμόν)... τέλει τοῦ διαλόγου... ἔστι... C, τοῦ διαλόγου... προτετ. ἐμόν... τὸ ἐμὸν πρ. χριστ. ἐπιγράφεται... τοῦ διαλόγου ἔστι... In fine scribendo consentiunt ABTD Ba. C, ὅσον μὲν εἰς φράσιν. Adeo brevis est oratio, ut fere videatur nonnihil periisse.

(6) TD, ὅτε μέγα... et Tarinus conjicit ὅθι, quod etiam vertit : « ubi magna urbs Alexandri ». ABC, τό τε μέγα τοῦ Μακεδόνος ἄστυ. C, ad m. τουτέστι τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Ba, ὅτε : sed vertit quasi legisset τό τε. Sicque bene verterat Genebrard. — « Velut de rebus sacris loquitur de Ægyptiis. Tumebat enim superstitiosissima gens profunda mysteriorum divinorum jactatione, etiam oraculo firmata. Æneas [p. 10, 20], αὐτὸς ὁ Ἀπόλλων καὶ ὁ τούτου παῖς ὁ Πλάτων κτλ. : ubi summus philosophorum Theophrastus Ægyptiis disputationibus maxime deditus inducitur. Sermones Ægyptiorum, absconditæ sapientiæ jam Herodoto. Celebrantur a Dione Chrysostomo [t. 1, p. 322], contra Græcorum plerasque fabulas, veritatis conservatores. Ægyptiaci sermones venerandi Heliodoro ». BA. Cf. n. 175. — Τὸν Νεῖλον] « Numen quoddam præsens, cujus et potum ingeniosiores reddere homines credebatur : dicimus ubertim alibi [ut infra n. 157]. Cœlo delapsum flumen jam Homerus dixit [Od. 4, 581], notante libro 17, [p. 790] Strabone ». BA. — Μέγα τοῦ Μακεδόνος ἄστυ] « Sane maxima urbium ejus tractus Alexandria ; unde et speciatim Πόλις, ut *Urbs* Roma. Epitomator Stephani : Ἀλεξάνδρεια, ἡ Αἰγυπτία ἤτοι Λίβυσσα, ἐλέγετο κατ' ἐξοχὴν Πόλις, καὶ Πολῖται [οἱ] ἐξ αὐτῆς, ὡς Ἄστυ αἱ Ἀθῆναι καὶ Ἀστοὶ καὶ Ἀστικοί

οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται Οὔρψ. Itaque Romæ fere æquabatur. Herodianus lib. 4, [3, 15]: τῇ δὲ βασιλείᾳ τῇ αὐτοῦ αὐτάρκη ἔσεσθαι ὑποδοχὴν ὁ Γέτας ἔλεγεν ἢ τὴν Ἀντιόχειαν ἢ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, οὐ πολύ τι τῆς Ῥώμης, ὡς ᾤετο, μεγέθει ἀπολειπούσας. Idem libro 7, [6, 2]. Hinc μεγάλη πόλις. Gregorius Nyssenus contra Apollinarium [initio]: οὐ μόνης ἐστὶ τῆς κοσμικῆς σοφίας εὔφορος ἡ μεγάλη τῶν Ἀλεξανδρέων πόλις· ἀλλὰ καὶ τῆς ἀληθινῆς, τῆς ὄντως σοφίας παρ' ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς βρύουσιν αἱ πηγαί. In illam velut metropolim Musarum omnis philosophiæ et medicinæ studiosa juventus confluebat. Idem Vita Thaumaturgi [t. 3, p. 540]: οὔσης δὲ αὐτῷ τῆς διαγωγῆς ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τὴν μεγάλην τοῦ Ἀλεξάνδρου πόλιν, εἰς ἣν καὶ ἡ πανταχόθεν συνέῤῥει νεότης τῶν περὶ φιλοσοφίαν τε καὶ ἰατρικὴν ἐσπουδακότων. Itaque Noster medici in ea præsidentis celeberrimi meminit infra p. 98, 21; ubi forte alia [alia ibi sunt et immensa]. Arx etiam huic civitati insignis, edito loco imposita, quam describit Aphthonius Progymn. [p. 90= t. 1, p. 105, Walz.], stupendæ amœnitatis verbis: τὴν μὲν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν μέσος Ἀθηνῶν περιείληφε χῶρος· ἄκραν δὲ, ἣν Ἀλέξανδρος τῆς οἰκείας τίθεται πόλεως, οἷς προσηγόρευσεν εἴργασται· πρὸς ἄκρον γὰρ ἕστησε πόλεως, καὶ γνησιώτερον αὐτὴν ἐστὶ προσειπεῖν ἀκρόπολιν, ἢ ἐφ' ᾗ φρονεῖν Ἀθηναῖοι παρέλαβον· etc. ». BA.

(7) « Non alius est Theophrasti Dialogi apparatus : Platonicus uterque; hic vero, hominis τὸν Πλάτωνα πάνυ πεπωκότος ». TAR. Euthyphronis initium Zacharias est imitatus : τί νεώτερον, ὦ Σώκρατες, γέγονεν ὅτι σὺ, τὰς ἐν Λυκείῳ καταλιπὼν διατριβὰς, ἐνθάδε νῦν διατρίβεις;

(8) Παρὰ τὴν μητέρα τῶν νόμων] «Et τῶν νόμων μητέρα ipsam hanc Berytum vocat Eunapius [Prohæres. p. 85: Βήρυτον ἢ τοῖς τοιούτοις μήτηρ ὑποκάθηται παιδεύμασι] ». TAR. « Berytum intelligit, ubi studia legum summopere florebant; eratque nutrix urbs vitæ tranquillioris. Nonnus lib. 41, [390] Dionys. : Ῥώμῃ μὲν ζαθέῃ δωρήσεται Αὐσονίοις Ζεὺς Κοιρανίην, Βερόῃ δὲ χαρίζεται ἡνία θεσμῶν... Βηρυτὸς βιότοιο γαληναίοιο τιθήνη. Notat ibi Scholiastes [Falkenburg. p. 896], et jureconsultorum filii ad Justinianum conceptione Digestorum. Agathias lib. 2, [p. 51, C], ex terræ motu ruinam describens, plurimos inibi nobiles periisse autumat, discendarum legum nomine Beryti peregrinantes. Geographus rusticus [in Hudsoniana sylloge t. 3, p. 4 : cf. infra n. 32]: *Berytus civitas valde deliciosa et audi-*

toria legum habens, per quam omnia judicia Romanorum. Inde etiam viri docti in omnem orbem terrarum adsident judicibus, et scientes leges custodiunt provincias, quibus nituntur legum ordinationes. Gregorius Thaumaturgus Panegyrico Origenis [p. 186] : ἐπεὶ γὰρ ἐξεπαιδευόμην ἑκὼν καὶ ἄκων τοὺς νόμους τούσδε, δεσμοὶ μέν πως ἤδη κατεβέβληντο, καὶ αἰτία καὶ ἀφορμὴ τῆς ἐπὶ τάδε ὁδοῦ ἡ τῶν Βηρυτίων πόλις· ἡ δὲ οὐ μακρὰν ἀποχέουσα [imo ἀπέχουσα] τῶν ἐνταῦθα πόλις, Ῥωμαϊκωτέρα πως καὶ τῶν νόμων τούτων εἶναι πιστευθεῖσα παιδευτήριον. Neque uno loco sophistæ eorumdem temporum Libanius [vid. index ad Epistolas Wolfianus], Eunapius [l. l.]. Non erat procul Antiochia ea urbs, ut scribit Andronicus Constantinopolitanus c. 44 Dial. contra Judæos ». BA. Libanius Ep. 566 : ἐπὶ δὲ τὴν τῶν νόμων μητέρα ἰέναι. De Beryto adde Schott. ad Melam 1, 12; meas et Wyttenbachii notas ad Eunapium, has p. 315, illas p. 375.

(9) Ἀριστοτέλη τἀμὰ παιδικά] « Aristotelem vides magni fieri ab hoc scriptore. Minime ergo Æneas hic, nec ille iste. In Theophrasto enim [p. 53] etiam cum cachinno eadem hac de mundo tractatione seponitur philosophus. Nec obstat isthic persona loquentis, cum toti libro multa insint Aristotelis, etiam verbis ejus servatis. Omnino antiquior est iste Zacharias. Quanti autem Platonicis veteribus sanius sapientibus Aristoteles fuerit docet vel unus Cicero, qui eum rerum omnium vim et naturam vidisse testatur lib. 2, [38, 160] De oratore; rationis inveniendi et judicandi principem vocat initio Topicorum [§ 2]. Suavitate insuper et brevitate dicendi prioribus omnibus præstitisse, rhetoresque in unum omnes se convertisse dicit initio lib. 2, [§ 2, 6] De inventione. Aristotelem pueris familiarem fuisse recte institutis hinc colligas. Et pariter Themistius Orat. in obitum patris [p. 234, C] : καθίζουσί σε παρὰ Σωκράτει καὶ Πλάτωνι, ἀγαγόντες καὶ τὰ σὰ παιδικὰ τὸν θεῖον Ἀριστοτέλην. — Παιδικά] Delicias, quibus a puero adsuetum se jactat. Pollux lib. 3, cap. 7, [70] generalem usum vocis notat : καὶ γυναῖκας δὲ ἐραστρίας Εὔπολις εἴρηκε καὶ ἀνδρεράστριαν Ἀριστοφάνης· ἐρώμενος δ' ἂν φαίης καὶ ἐρωμένη, παιδικὰ, στεργόμενος, στεργομένη. Sic Xenophonti παιδικοὶ λόγοι, amatorii sermones [?] Pædia 1 [4, 27]. Scholiastes Aristophanis Vespis [1021] : παιδικά· ἐπὶ θηλειῶν καὶ ἀῤῥένων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις. Hesychius mancus videtur : παιδικὰ, τὰ ἐρωτικὰ καὶ οἱ ἐρώμενοι· ἐπὶ τῆς πρὸς γυναῖκας συνουσίας. Adde voculam : καὶ ἐπὶ τῆς... Rarior enim usus ad rem mulierum. Generatim tamen quæ

amantur παιδικὰ, amore etiam lascivo. Artemidorus Onirocr. lib. 1, cap. 1 : ποῖα τῶν παθῶν προσανατρέχειν πέφυκε καὶ προσανατάσσειν ἑαυτὰ τῇ ψυχῇ καὶ τοὺς ὀνειρωγμοὺς ἀποτελεῖν, οἷον ἀνάγκη τὸν ἐρῶντα ἅμα τοῖς παιδικοῖς εἶναι δοκεῖν. Mox : οἷον ἐρῶντα δοκεῖν ἅμα τοῖς παιδικοῖς εἶναι· quia et femellæ παιδία. Moschopulus [Π. σχ. p. 137] : παιδίον, παρ' Ἀττικοῖς τὸ θυγάτριον. Ita παιδισκάριον tam *puellula* quam *pupus* Cyrillo Magistro in Glossario. Honestam usurpationem indicat Suida : τὸ παιδικά τινες ἐπ' ἀγαθοῦ ἔρωτος, τινὲς δὲ ἐπ' αἰσχροῦ λαμβάνουσι. Quæ totidem verbis Scholiastes Thucydidis lib. 1, [c. 132]. Zacharias noster infra p. 103, 20 : μηδαμοῦ τὰ καλὰ παιδικὰ ὅ τε λόγος καὶ ἀλήθεια φαίνηται. Alioquin παιδικὰ expresse puer fœdus. Aristoteles 5 Polit. 10 [c. 8, 9] : Περίανδρον συμπίνοντα μετὰ τῶν παιδικῶν ἐρωτῆσαι αὐτὸν εἰ ἤδη ἐξ αὐτοῦ κύει. Sæpius infandum illum amorem dicunt scriptores. Thucydides ibidem : ἀνὴρ Ἀργίλιος παιδικά ποτε ὢν αὐτοῦ καὶ πιστότατος ἐκείνῳ. Clemens Al. lib. 3 Pædag. cap. 8, [§ 44] de sodomitis : μοιχεύοντες μὲν ἀδεῶς, περὶ τὰ παιδικὰ ἐκμανῶς ἐπτοημένοι. Xiphilinus ex Dione in Galba [Dion. 64, 4] : ἐπεὶ ὅτι γε παιδικὰ τοῦ Τιβερίου ἐγεγόνει, καὶ ὅτι ἀκολούθως τῇ ἀσελγείᾳ ταύτῃ ἔζη. Idem Adriano de Antinoo [Dion. 69, 11] : παιδικὰ αὐτοῦ ἐγεγόνει καὶ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐτελεύτησεν. Abinde Cyrillus glossographus παιδικὸν *puerosum* interpretatur, solitus latina etiam fingere græcis proxima, non tamen sine charisin. Παιδικὰ ipse infamis actus et quidem utroque sexu. Mimus fuit Sophronis hoc titulo, ex quo citat Athenæus hæc verba, rite quidem emendata præstantissimo Casaubono lib. 7, cap. 21 [ad p. 324, F] : παιδικὰ ποιφύξεις, τριγόλᾳ δ' ἐμπρόσθια, τριγόλᾳ δ' ὀπίσθια. Noster suspicionem notæ demit cum infra ait [p. 87, 11] : ἡ φιλοσοφία τὰ κοινὰ παιδικά ». BA. Et τὰ παιδικὰ ad id quod honeste amatur retulit Noster etiam p. 98, 11; 111, 16. Vide Harduin. ad Themist. p. 456.

(10) Omnes, τοὺς τῶν αὐτουργιῶν μυσταγωγούς. Correxi fidenter, αὐτοῦ ὀργίων μ. Non rara est ea nominis ὄργια translatio. Et eo magis miror tam contorte Barthium αὐτουργιῶν explicantem, non emendantem, quum statim sequatur, μυεῖσθαι τῶν τῆς φιλοσοφίας ὀργίων. Æneas Gaz. p. 11 : οἱ τῶν Πλάτωνος ὀργίων μυσταγωγοί : ubi n. 116. Zachariam jam correxerat Wernsdorfius ad Himer. p. 178. — « Non alio magis tempore de philosophia velut re sacra locuti ejus cultores, quam quo veritas divinitus inclaruit. Sic mysteria, sacras doctrinas, divina initia, infinitis locis legas in Plotino, Euna-

pio, Iamblicho, ejusque census ceteris. Αὐτουργιῶν non sine nota etiam dixisse videtur. Ipsi enim inventores erant eorum quibus nomina divina indebant, quorumque doctrinam velut cœlo delapsam venerabantur. Sic infra p. 109, 8, Platonis et Aristotelis scita per contemptum ἀντὶ δογμάτων δοξάσματα vocat». BA. Est δόξασμα nomen mediæ significationis, quod adjecta definiunt. Ipso loco quem innuit Barthius adest epithetum: δοξασμάτων οὐκ ἀληθῶν. Rursus p. 87, 11, τῶν ὀρθῶν δοξασμάτων: p. 121, 15, ἡ πλημμέλεια τοῦ δοξάσματος.

(11) A, ἥπου δυναίμην. BCTD Ba, εἴπου δ. — «Εἴπου fecimus ex ἥπου. — Δίκαιον] θεμιτὸν, νομικόν. Pollux lib. 8, cap. 1, [§ 6]. Hic δίκαιον non aliud quam δύναμις. Nam εἰδέναι νόμους ἐστὶν οὐ τὸ γινώσκειν τὰ ῥήματα, ἀλλὰ τὴν δύναμιν αὐτῶν· lib. 2 Basilic. [tit. 1, κζ']. Dicerem et τὸν λογισμὸν, nisi eodem tit. λ' caveretur: οὐ δυνατὸν πάντων τῶν νόμων ἀποδιδόναι λογισμόν· οὐ δεῖ οὖν αὐτῶν ζητεῖν λογισμόν». TAR. Τὸ τοῦ νόμου δίκαιον] «Animam legis, non ipsam solum scriptam; quæ est ratio justitiæ et æquitatis: vires nimirum platonicæ virtutis et vitii, quas docendas legumlatoribus et custodibus docet, ut lib. 12 De legg. [p. 964]: τούτων δὴ πέρι, τοὺς ἐξηγητὰς, τοὺς διδασκάλους, τοὺς νομοθέτας, τῶν ἄλλων τοὺς φύλακας, τῷ δεομένῳ γνῶναί τε καὶ εἰδέναι, ἢ τῷ δεομένῳ κολάζεσθαί τε καὶ ἐπιπλῆξαι ἁμαρτάνοντι, πότερον οὐ δεῖ διδάσκοντα ἣν δύναμιν ἔχει κακία τε καὶ ἀρετὴ, καὶ πάντως δηλοῦντα, διαφέρειν τῶν ἄλλων; Justitiam et æquitatem se dicit velut artem disciturum Phœniciam venisse, quæ immutabilis et scripta lege potior: vide Aristotelem Rhetor. lib. 1, cap. 15, qui hoc sensu ait, ὅτι βελτίονος ἀνδρὸς τὸ τοῖς ἀγράφοις ἢ τοῖς γεγραμμένοις χρῆσθαι καὶ ἐμμένειν· doctrinæ nimirum justitiæ animo impressæ. Magna autem legum, imo perpetua, cum ratione justitiæ affinitas; quam e vocibus græcis νόος et νόμος etiam eodem libro docet Plato [p. 957], et retulit Stobæus Serm. 44 [tit. 46, 104]. Eadem mente jureconsultos veros *sacerdotes justitiæ* dicit Ulpianus [Digest. lib. 1, tit. 1], numinis nimirum ejus mysteriorum gnaros et compotes arcanaque docentes, ne quis scriptorum tantum apicum mediastinos argutari possit. — Leges novisse omnium erat; nec philosophico, sed grammatico quodam modo aut adeo caussidicinæ inhianti studio, earum scientiæ incumbendum erat, ut vulgo incumbebatur. Iste autem justitiam earum discere aderat, docendus animam et fundamentum earum.

Qui enim justus esse vult, nonnisi scientia justus fieri potest, ut demonstrat auctor Dialogi De justo Platoni adscripti; nedum qui juri dicundo operam aliquando daturus. — Δίκαιον. Rationem justitiæ licet appellare, ut caussam discuti et pro justitiæ ratione sententiam proferri mandant Diocletianus et Maximianus, severi justique, nisi quoad christianos, principes, L. 40 [Cod. lib. 7, tit. 16] C. *De liberali caussa;* rationem æquitatis cum Justiniano l. ult. De fideicommissis [Cod. lib. 6, tit. 50, 19]; juris, secundum Galienum et Valerianum l. 3 [Cod. lib. 4, tit. 62], *Vectigalia nova institui non posse.* Pari sensu jus ab æquitate separant jureconsulti ». BA.

(12) Ἀγιστείας... ἀκουσμάτων] « Quæcumque philosophiæ musicæque nomine venit. His enim nominibus cyclopædiam sapientiæ, quam humaniorem vocant et in sola contemplatione collocant, comprehendit. Absurde veterior interpres [Gentianus Hervetus?]: *philosophiæ initiis et actionibus;* nisi mendose editum, quod puto, pro *auditionibus.* Melius legas, παντοίης ἀγιστείας ἢ παντοίων ἀκουσμάτων ». BA.

(13) Πρὸς δὲ καὶ πολιτικὸς εἶναι βούλει] « Πρὸς δὲ, encalypticus sermo notissimus. Πρὸς δὲ καὶ τὸ πολιτικὸν εἶναι. Vel simpliciter, πρὸς, præterea. Πρὸς οἷς dicit Apollonius Alexandrinus lib. 1 Syntax. Plato 5 De republ. [p. 368 Mass.]: ὅτι κοινῇ στρατεύσονται καὶ πρός γε ἄξουσι τῶν παίδων εἰς τὸν πόλεμον ὅσοι ἁδροί. Notavit in compositis multis vindex primus græcitatis venerabilis Gulielmus Budæus, quem quasi jure suo grammatici concipilant. Noster infra p. 87, 2: πρὸς δὲ καὶ οὐ χρεών... eadem: πρὸς δὲ καὶ ἡ φιλοσοφία... Et sæpius. — Qui sapiebant, imbibitis philosophorum placitis, ut reipublicæ prodesse possent, Berytum ad discendam legum notitiam ibant; more sophistis non valde probato, ut videre potes apud Libanium Declam. 26 [Oratione scilicet contra Icarium in t. 2 Reiskianæ] ». BA. Sic πρὸς absolute ἀντὶ τοῦ πρὸς τούτοις pp. 89, 16; 95, 5; 101, 14, 17; 104, 26; 138, 15; 144, 18; 148, 26. Vide not. ad Psell. De oper. dæm. p. 190 futuræ meæ editionis. Post βούλει interrogationis est nota in AB.

(14) Δαιμόνιε] « Blanditiæ solemnes græcæ, nec sine ironia Socraticæ. Admirationem enim cum illusione præfert. Δαιμονίως, παρα-

ἀδέξως, ὑπερφυῶς, Suid. Hesychius contraria componit : δαιμόνι, μακάρια, κακόδαιμον. Sic enim legendum. Quamvis malim librario tribuere et scribere, ἀγαθόδαιμον. Nisi inseras voculam : δαιμόνι, μακάρια· δαίμων κακοδαίμων ». BA.

(16) TD Ba, ἥκων δὲ παρὰ τοῦ Πρόκλου, μᾶλλον δὲ ἀφιλοσόφου... A, ἥκ. δὲ παρὰ τοῦ φιλοσόφου μᾶλ... cum miniata glossa Πρόκλου nomini φιλοσόφου superimposita. B,... π. τοῦ φιλοσόφου μ..., cum glossa marginali, Πρόκλου. C, π. τοῦ φιλοσόφου μ... Unde non capio quid sibi velit Ducæus, qui supra p. 319 notaverit translatum in codice regio scholium e margine in textum. Putavitne glossam miniatam et interlinearem pro ipso textu habendam? Ac qui non vidit Tarinus antithesim nominis φιλοσόφου requiri, ut ἀφιλοσόφου vim suam non amittat? Verum viderat Barthius, præeunte Herveto. — Πρόκλου] « Is fuit Ammonii magister, qui θεωρήμασι πολλάκις τοῦ μακαρίου Διονυσίου κέχρηται et αὐταῖς δὲ ταῖς ξηραῖς λέξεσι [ut est apud Suidam in Διον. ὁ Ἀρεοπ., t. 1, p. 1014 Gaisf.], Lycius, Syriani et Plutarchi Nestorii discipulus, Domnini condiscipulus. Ἀφιλοσόφου] Qui decem et octo adversus christianos Epicherematis mundum ἀγέννητον et ἄφθαρτον esse contendit, quibus Joannes Philoponus rescripsit [cf. p. 319] ». TAR, Ἀφιλοσόφου καὶ ἀσόφου]'« Ob impugnatam veritatem, ut recte notat doctissimus interpres. Suida : Πρόκλος ὁ Λύκιος, μαθητὴς Συριανοῦ, καὶ αὐτὸς φιλόσοφος πλατωνικός· οὗτος προέστη τῆς ἐν Ἀθήναις φιλοσόφου (Aristotelis aut Platonis) [errat Barth. Est φιλοσόφου epithetum : « *philosophicæ scholæ*] σχολῆς· ἔγραψε πάνυ πολλὰ φιλόσοφά τε καὶ γραμματικά... Ἐπιχειρήματα κατὰ χριστιανῶν ιη'· οὗτός ἐστι Πρόκλος, ὁ δεύτερος μετὰ Πορφύριον κατὰ χριστιανῶν τὴν μιαρὰν καὶ ἐφύβριστον αὐτοῦ γλῶσσαν κινήσας· πρὸς ὃν ἔγραψεν Ἰωάννης ὁ ἐπικληθεὶς Φιλόπονος, πάνυ θαυμασίως ὑπαντήσας κατὰ τῶν ιη' Ἐπιχειρημάτων αὐτοῦ καὶ δείξας αὐτὸν κἀν τοῖς ἑλληνικοῖς, ἐφ' οἷς μέγα ἐφρόνει, ἀμαθῆ καὶ ἀνόητον. Eadem sententia Zachariæ, nec immerente calumniatore. Ex interprete altero vetere [G. Herveto?] cognoscimus nomen Procli non sermoni Zachariæ, sed interlineari spatio insertum in membranis repertum, scriptumque : ἥκων δὲ παρὰ τοῦ φιλοσόφου, μᾶλλον δὲ ἀφιλοσόφου. Quæ lectio citra omnem controversiam genuina est et reducenda. Philosophus enim κατ' ἐξοχὴν Proclus, quia summi philosophi locum tenebat, quem ἀφιλόσοφον et ἄσοφον dicere sane erat magna de se promittere ». BA. Antithesis parilis in Gregorio Naz. Orat. 3, p. 50 : ἀσεβείας δύναμις

καὶ ἄσοφος, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, σοφία. Quis non meminit Horatii? « insanientis dum sapientiæ consultus erro ».

(16) Βρενθυόμενος] Infra p. 123 : ἐπὶ σοφίᾳ πάσῃ βρενθύεται· ubi Barth. n. 357. Id verbum tractavi ad Simocattæ verba Epist. 69 : βρενθύεται τῷ κάλλει.

(17) Ἀμμωνίου] « Ἀμμωνίου μικροῦ τοῦ Ἑρμείου, aliis. Is Joannis grammatici doctor, cujus [imo, *qui hujus*] ex colloquiis suos in Poster. Analyt. commentarios confecisse profitetur ». TAR. Ita enim concepto libri titulo : σχολικαὶ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου, μετά τινων ἰδίων ἐπιστάσεων. Vide Bibl. Gr. t. 10, p. 645, et supra p. 323, et n. 60.

(18) « Nihil mutes. Forte tamen : ναί· οὕτως γὰρ ἔχει. « Sane », inquiat; « non enim aliis titulis excipi meretur bellus ille sapiens ». BA. Nihil mutes. Id unum bene in ea nota.

(19) AB, φοιτῶσιν ἑαυτοῦ. C, φ. εἰς αὐτοῦ. TD Ba, ἐς αὐτοῦ. Fuit et modo in C εἰς αὐτοῦ, ceteris exhibentibus ἐς αὐτοῦ.

(20) Τὴν ψυχὴν ἄσυλοι] « Nondum inquinati dæmonum doctrina ex sophisticis argumentationibus; quales venabantur illi corruptores animorum ». BA.

(21) Homerus Il. 5, 817 : οὔ τέ τι με δέος ἴσχει ἀκήριον.

(22) Ἀγωνιῶντα] « Laborem suum contra indicat nitentis. *Satagere*, ita exponit Cyrillus glossographus. Sæpe utitur hoc verbo Justinus Martyr ». BA.

(23) Δεινὸς γὰρ ὁ ἀνήρ] « Locutio de sui generis hominibus sophistica, quam illustramus alibi. *Vir* illis aliquid homine majus sonat; hic εἰρωνικῶς quodam modo usurpatur ». BA.

(24) TD Ba, ἀναβιβάζει πρὸς τὴν αὐτὴν τῷ θεῷ ἀξίαν εἰς τὸν οὐρανόν, γεγ. μὲν λέγων, κατ' αἰτίαν δὲ μόνον συναΐδιον εἶναι... « Suspecta tria verba εἰς τ. οὐρ., et pro glossemate abesse poterunt; saltem vocula εἰς turbat facilitatem ». BA. ABC καὶ, non εἰς. Iidem μόνην. Post συν-

αἰδίων, C dedit δί. Sensus erit : « ut erigit ad eamdem deo dignitatem mundum ipsum quoque, factum fuisse quidem tradens, sed causative tantum, coæternum vero esse conditori ». Eadem fere sententia Pythagoræ qui, apud Stobæum Ecl. t. 1, p. 450, mundum esse ait γεννητὸν κατ' ἐπίνοιαν, οὐ κατὰ κόσμον : quæ sunt et Heracliti verba ibid. p. 454. Vide n. 70. — Πρὸς τὴν αὐτὴν τῷ θεῷ ἀξίαν] « Errore platonicorum auctori æquantium opus : vide Theophrastum Æneæ et quæ sequuntur in Nostro. Argumenta eidem rei apud Ocellum Lucanum in Jo. Stobæi Physicis [1, c. 21, 3]. Συναΐδιον τῷ πεπ.] Satis pulcre hæc confutat Æneas noster ». BA.

(25) Οὐκ ἀκόμψως ἐπιχειρεῖν] « Vides quo studio sermonis ornatus requiratur. Ἐπιχειρεῖν *conari*, *affectare*, exponit Cyrillus in Glossario; ἐρωτᾷν καὶ συλλογίζεσθαι, unde ἐπιχείρημα διαλεκτικὸν εἶναι συλλογισμὸν, Suidas. Sic ἐπιχείρησις, argumentatio; ἐπιχειρούμενον, argumentis adstructum; προβλήματα εὐεπιχείρητα καὶ δυσεπιχείρητα, ἀνὴρ ἐπιχειρηματικὸς, homo argumentandi artifex; ut ex Ammonio, Philone, Aristotele pridem notavit græcitatis instaurator non postremus inter primos Gul. Budæus [Comment. ling. græc. p. 542] ». BA.

(26) Omnes διηγήσομαι, quod mutavi. — Πέρυσι γεγενημένην] « *Anno præterito* quæ contigit : Cyrillus ; qui περυσινὸν *annotinum* interpretatur. *Anno* dicunt Plautus et alii pauci ». BA.

(27) TD Ba, ὅπως μή τις ἐλθὼν ἐκκόπτῃ μου τὸν λόγον. AB, ἐγκόπτειν. C, ἐγκόπτῃ. Mox p. 86, 23 : ὅπως μὴ ἀκέφαλος ἡ ζήτησις ᾖ.

(28) Σοῦ τῆς χειρὸς λαβόμενος] Cf. similia p. 98, 23. — « Τέμενος, *templum*, *fanum*, idem optimus utriusque linguæ enarrator glossographus Cyrillus. Pollux lib. 1, cap. 1, [§ 10] : οἱ δ' ἀνειμένοι θεοῖς τόποι, ἄλση τε καὶ τεμένη καὶ ἕρκη, καὶ ὁ περὶ αὐτὰ κύκλος, περίβολος. Περίβολον ita pro templi aut fani septo cape apud Cebetem initio Tabulæ; non enim de quovis ibi sermo est. De usu hujus nostræ vocis vide quæ ex Eustathio aliisque notarunt docti ad Lysistratam Aristophanis [Biset. ad Lys. 484] ». BA.

(29) Συνουσίαν] « Colloquium. Sic supra modo : ἐμήν τε καὶ αὐτοῦ συνουσίαν διηγήσομαί σοι. Inter πράγματα sophistarum recenset Pollux

lib. 4, cap. 6, [44], μάθησιν, φοίτησιν, ἑταιρίαν, συνουσίαν, ὁμιλίαν, ἀκρόασιν, χορείαν, σπουδὴν, κατοχήν· scilicet quia hominum eloquentiæ et sapientiæ opinione turgidorum nulla congressio sine mutua dissertatione ». BA.

(30) Χαρίζῃ τοῦτο ποιῶν] « Magna me gratia tibi devincis hæc facessens. Blandientis est locutio, comice ab interprete reddita ». BA. Scilicet Tarinus reddidit : « amas me tam prolixa humanitate ». Cf. n. 239.

(31) Plato præivit Rep. 2, p. 86 Mass. : ἀπορῶ μέντοι διατεθρυλλημένος τὰ ὦτα, ἀκούων Θρασυμάχου.

(32) Pendet εἶναι syntaxi non valde concinna ab φασίν. Posset legi, καταπεποικίλθαι γάρ φασιν, καὶ τὸ κάλλος εἶναι. — « Templum nobile Beryti intelligit. Videtur templum dicere dicatum auditoriis legalibus, ubi scholæ juridicæ; ex quibus auditoriis viros doctos in omnem terrarum orbem depromtos scribit chorographus incertus sub Constantio et Constante, nuper rustico veteri sermone latino promulgatus [vide supra n. 8]. Ædificia legalium exercitiorum studiis dicata post eversionem in ea urbe celebrat et Agathias lib. 2, [p. 51]. Παιδευτήριον νόμων Berytus Gregorio Thaumaturgo verbis supra [n. 8] positis. Romanam coloniam celebrat Hieronymus Epistol. [86; inter Select. l. 3, 8, p. 644] ». BA.

(33) TD Ba., τοῦ ἀρχιερέως Εὐσταθίου ἐκείνου. Sed ABC non in textu nomen habent episcopi. Est miniatum in A inter versus super ἀρχ., in B ad marginem. — Εὐσταθίου] « Glossema est id commode interpositum. Beryteno concilio cum Photio Tyri præfuit et subscripsit : Εὐστάθιος ἐπίσκοπος τῆς Βηρυτίων καλλιπόλεως ἐπέκρινα. Et Εὐστάθιος εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, passim in Actis Concilii [Act. Concil. ed. Reg. t. 2, p. 504]. Ejus perhonorifica mentio Nicephoro in 1 ». TAR. « Dubio procul is est archipræsul, quem interpres adnotavit. Nomen celebre inter antistites et sophistas, usque ad Thessalonicensem illum largissimi oris hominem. De singulis nos alibi ». BA. Adde de Eustathio Berytensium episcopo Lequien. Oriente Christ. t. 2, p. 818.

(34) Φιλοτέχνημα] « Gratum et amabile artificium : [vid. Advers.

lib. 45, cap. 6.] Descriptionum hoc genus uberes atticistæ inclinantium temporum : Aristides, Dio Chrysostomus, Synesius, Eunapius, Themistius, Julianus, Eustathius, Libanius, Aphthonius, Theon, Longus, Achilles Tatius, Heliodorus ». BA. De navigio Heliodorus 5, 18 : Φοινίκειον τὸ φιλοτέχνημα. De formosula Aristænetus : ὦ φύσεως τὸ κάλλιστον φιλοτέχνημα! ubi not. p. 209.

(35) Καὶ πόθεν σοι] « Inductio est admirantis velut : *et unde tibi talium narratio?* Ut inducat mox cupidiorem ad spectaculum rei quæ auditu miraculosa erat ». BA.

(36) Ἱστορίας] « Omnia enim congruunt, ut descriptiones rerum variæ in unam historiam. *Picturæ, historiæ oculorum*. Potest et res gestas depictas indicare ex sacra nempe historia. Sic quoque libros Moysis depictos in templo ab sese exornato agnoscit B. Paulinus Natali nono Felicis [p. 613] : *Nunc volo picturas fucatis agmine longo Porticibus videas, paullumque supina fatiges Colla, reclinato dum perlegis omnia vultu. Qui videt hæc vacuis agnoscens vera figuris, Non vacua fidam sibi pascit imagine mentem; Omnia namque tenet serie pictura fideli, Quæ senior scripsit per quinque volumina Moses*, etc. ». BA.

(37) Ἀνάκτορον τοῦ θεοῦ] « Pollux [1, 9] : εἰ μέντοι καί τι χωρίον ἄβατον εἴη τοῦ ἱεροῦ, τοῦτο καὶ ἄδυτον εἴποις ἂν καὶ ἄψαυστον καὶ ἀψαυστούμενον καὶ ἀθέατον, καὶ ἀνάκτορον. Et tmemate περὶ μαντείων καὶ μαντικῶν τόπων [1, 17] : τὸ δὲ πᾶν χωρίον μαντεῖον καὶ χρηστήριον καὶ ἀνάκτορον. Origo apud Scholiastem Aristophanis Avibus [782] : ἄνακτας, τοὺς θεούς· ὅθεν καὶ ἀνάκτορα, τὰ ἱερά. Sic magnifica templa *basilicæ*, quas Latini *regias* transferunt. De basilica Paulli Papinius in Equo Maximo [Silv. 1, 1, 29] : *hinc Julia templa tuentur; Illinc belligeri sublimis regia Paulli* ». BA. Ἀνάκτορον de ecclesia Leo Diac. 6, 4 : ἄλλως τε γὰρ οὐχ οἷόν τε ἐξεῖναι αὐτῷ ἐς τὰ θεῖα εἰσιτητέον ἀνάκτορα· « alioquin non licere ipsi in sacram intrare ædem ». Sententia latinorum facilis ; sed græca quam contorta, quam non græca! Dicebant οὐχ οἷόν τε et οὐχ οἷόν τε εἶναι, non οὐχ οἷόν τε ἐξεῖναι. Nec verbale εἰσιτητέον construi ullo modo potest. Leonem credo scripsisse, ἄλλως γὰρ οὐκ αὐτῷ εἰσιτητέον. Et verbale fuit explicatum per οὐχ οἷόν τε, οὐκ ἐξεῖναι, scilicet εἰσιέναι, quæ glossæ postea male fuerunt in textum receptæ. Vel scripserat, οὐχ οἷόν τε αὐτῷ εἰσιέναι· ac glossæ

οὐκ ἐξεῖναι, οὐκ εἰσακτητέον, in textum sunt illapsæ. Quicquid sit, manum auctoris corrupit librarii manus.

(38) ABTD et Ba, ὅπως τε μέγεθος. C, ὅπ. τὸ μέγ.

(39) ABD, μάλα πῶς, mendo obvio: vide supra n. 107 ad Æneam p. 185. —Τυγχάνουσιν ὄντες] « Forte melius leges ὄντως : ut ex una materia sint velut prognatæ et innatus iis verus sit et ingenuus splendor. Tam paucis verbis frustra tale quid describere conetur romanus stylus. Sed cum inconcinnior sit sermo, nihil mutamus. Sic mox, μεγίστη ἀδικιῶν τυγχάνει οὖσα ψευδὴς δόξα, etc. Sæpissime Procopius ». BA. Satis imperite ad eam formam dicendi offendit Barthius, quæ tam protrita sit. Iterum eam tanget n. 109. Vide, si tanti sit, Fischer. ad Æschinis Eryxiam p. 55. Ipse Zacharias p. 105, 18 : τυγχάνει οὖσα.

(40) Ταῦτα μὲν ἐσαῦθις ἐπισκεψόμεθα] C, ἐπισκεψώμεθα. — « Ut videatur sermonis appetentior quam etiam tam inusitatæ pulchritudinis spectaculi, interrumpit hoc et illum desiderat. Regnant in hoc genere fictionum et palpationum oratoriarum atticistæ, adeo quidem ut nimii, certe cum profundioris ævi auctoribus comparati, isthic sint. Transitio sequens vehementiam habet : *tu vero mihi narra*. Quam non attendit eruditissimus translator ». BA.

(41) Ἀκέφαλος] « Quid si hiulca in medio aut manca in fine, licet de capite ipso repetita? Excidisse dicas vocem, aut scriptum Zachariæ : ὅπως μὴ ἀκέφαλος ἢ μείουρος τοῦ προβλήματος ἡ ζήτησις ᾖ ». BA.

(42) Ἀδικεῖν μὲν ἀλήθειαν, ἀδικεῖν δὲ καὶ φιλίαν] « Elegans repetitio verbi. Veritas in deo, amicitiæ jus in homine injuria hoc crimine afficitur. De deo enim falsa narrantur ; homini falsa pro veris in re omnium maxima inseruntur ». BA. Verbum ἀδικεῖν « lædere » illustravi ad Simoc. Epist. 3. Epigramma Anth. Pal. 5, 135 : ἀδικεῖς συμποτικὴν φιλίην.

(43) ATD Ba, θεοῦ περὶ τῶν θείων. « Turbatæ voces. Scribe : θεοῦ περὶ καὶ τ. θ., aut τῶν τε θ. » BA. BC, θεοῦ περὶ καὶ τ. θ.

(44) Νίκην Καδμείαν] « Zenobius Centur. 4, Adag. 45 : ἐπὶ ταύτης τῆς παροιμίας ἄλλοι ἄλλως λέγουσιν· ἀποδιδόασι δὲ ταύτην ἐπὶ τῆς ἀλυσιτελοῦς νίκης, οἱ μὲν ὅτι ἐπεὶ [delendum vel ὅτι vel ἐπεί] Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης μονομαχοῦντες ἀμφότεροι ἀπώλοντο· οἱ δὲ ὅτι Καδμεῖοι νικήσαντες τοὺς Ἀργείους τοὺς μετ' Ἀδράστου στρατεύσαντας δίκην ἔδοσαν ἱκανὴν τοῖς ἀπογόνοις αὐτῶν· ἄλλοι ὅτι τὸ Σφιγγὸς αἴνιγμα συνεὶς Οἰδίπους καὶ νικήσας αὐτὴν, ἀγνοῶν ἔγημε τὴν ἑαυτοῦ μητέρα, εἶτα ἐξετύφλωσεν ἑαυτὸν, ὥστε μὴ λυσιτελῆσαι τὴν νίκην αὐτῷ : ἄλλοι δέ τινες ὅτι τὰ ἐκ Φοινίκης γράμματα βουλόμενος διαδοθῆναι τοῖς Ἕλλησι Κάδμος ἀνεῖλε Λῖνον καὶ αὐτὸν ἴδια γράμματα ἐπιδεικνύμενον, ὃν ἀπεδίωξαν οἱ πολῖται· διὰ τὸ μὴ λυσιτελῆσαι τοίνυν αὐτῷ τὴν νίκην λέγεσθαι τὴν τοιαύτην παροιμίαν. Vides nugas grammaticorum commentari orsorum. Melius paucis Diogenianus Cent. 5, Adag. 34 : Καδμεία νίκη, ἐπὶ τῶν ἀλυσιτελῶς νικώντων [male βιούντων in codice Mazarineo A 86], ὧν ἡ ἱστορία δήλη. Alia adfert Suidas. Auctorum copiam, qui hoc proverbio usi, ad suos hos scriptores doctiss. notat Schottus. Adde Apostol. [10, 79] et collectanea ex Tharræo et Didymo ab Aldo olim edita, quæ eadem tamen cum Zenobio πρὸς λέξιν dicunt. Nos ad Papinium. Vide Pausan. lib. 9, [9, 1] ». BA. Schottus inter alias observationes ad *Suidæ* Adag. 8, 14 :... « in epigrammatis Græcorum [Anth. Pal. 5, 179] legitur et Καδμεῖον κράτος, idem fortasse quod Καδμεία νίκη ». Qui « fortasse » non debuit scribere; res enim est certissima. Multa congessi ad Aristæn. 2, 6; ad Anecd. t. 2, p. 253. Adde locum Clementis infra in n. 83; Barth. infra n. 369; Schol. Anthol. Planudeæ p. 612, vel ad Erot. 179; Walz. ad Arsen. p. 315; Gaisford. ad Suidæ Καδμ.; Pontan. ad Theophyl. Hist. 1, 4, cujus notas repetere non dignatus est Bonnensis editor. Ad Zenobium Schottus adfert parœmiographi locum cujusdam e cod. Vaticano : ἄλλοι δὲ ἐπὶ τῶν νικώντων μὲν τοὺς πολεμίους, πλείονας δὲ τῶν οἰκείων ἀποβάντων. Facile corrigere poterat, inspecto vel non inspecto Suida, ἀποβαλλόντων. Theodulus in meis Anecdotis l. l. : αὐτοῖς δὲ τὴν Καδμείαν νενικηκέναι νίκην ὑπῆρξεν, οὐ μόνον τῷ... πλείστους ὅσους τῶν σφετέρων ἀποβαλεῖν καὶ ὅσους οὐδ' ἂν ἀριθμηθῆναι ῥᾴδιον... Meleager Anth. Pal. 5, 179 : Καί τοι Κάδμειον κράτος οἴσομεν εἴ σε πάροικον ψυχῇ συζεύξω, λύγκα παρ' αἰπολίοις. Sic correxit Jacobsius lectionem codicum λυγρὰ, probabiliter quidem, non tamen certissime. Nam non puto lyncem a veteribus in hac locutione metaphorica de ovibus memorari, sed lupum. Exempla multa protuli ad Aristæn. 2, 20, p. 728. Joannes Chrys. Sel. p. 76 : μόνοι καθάπερ ἀρνία λύκων μεταξὺ τοσούτων ἦσαν ἀπειλημμέ-

νοι. Marcus Eremita De lege spirit. § 123 : οὐκ ἔστιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ καὶ πρόβατα βόσκειν καὶ λύκους. Sirach. 13, 17 : τί κοινωνήσει λύκος ἀμνῷ; Ipse Meleager Anth. Pal. 12, 92 : Ἡρπάσατ' ἄλλον ἔρωτ' ἄρνες λύκον. Adde Ast. ad Phædr. p. 267. Hinc suspicor potuisse Meleagrum scribere : ὡς λύκον αἰπολίοις. Hiatus inter duo hemistichia erit ferendus. Quem forte qui vitaret, verba temere mutavit criticus male sedulus. Vel ὡς exciderat, et infelici conjectura versus fuit integratus.

(45) Τῶν γενναίων ῥητόρων οἱ παῖδες] γενναίων· « suavis illusio, solemnis hoc verbo omnibus græcis scriptoribus. Sophistæ vero speciatim sive rhetores quanta impotentia, hoc præcipue Zachariæ nostri ævo, principatum omnium scientiarum sibi vindicaverint subque flores affectatæ eloquentiæ rapere connisi sint, docemus ubertim in Dubiorum scriptorum commentariis; et videre est quæ in Theatro eorumdem notavit vir eruditissimus Cresollius [5, 2]. Οἱ παῖδες· totam sectam dicit, cum magistris discipulos. Et sic frequenter optimi scriptores. Noster infra [p. 88, 14] : πῶς οὐ... χριστιανῶν βούλονται παῖδες; et rursum [p. 98, 25] : καὶ τῶν γραμματιστῶν οἱ παῖδες... Sic Æneas Gazæus noster agricolarum filios agnoscit [p. 71, cum n. 553]. Julianus imp. Epist. 1 : εὐδαίμονες, ἔλεγον, τῶν Αἰγυπτίων οἱ παῖδες· *qui Ægyptiacam sapientiam sequuntur;* sic Achivorum, ipsorum partes secuti in bello [male interpretatur Barth. Sunt Ægyptiorum filii ipsi Ægyptii, et Achivorum ipsi Achivi]. Quintus Smyrnæus lib. 10, [347] Παραλειπ. : ὅπως τί μεν υἷες Ἀχαιῶν ἤμελλον μάρψαντες ἐν ὑψηλοῖσιν ὄρεσσι. Ita medicorum pueri sive filii apud B. Ambrosium Epist. 66 [= Epist. 60] : *verbi gratia, misceri mulieri quibusdam voluptas est; medicorum pueri etiam corporibus utile ferunt.* Pulcre Pascasius Ratbertus lib. 10 in B. Matthæum [in Bibl. Patr. Lugdun. t. 14, p. 627, A] : *unusquisque usitatissime filius ejus dicitur cujus opera facit, sicque dicuntur filii perditionis et filii hujus sæculi.* Musicorum, Hermogeni lib. 1 De ideis cap. 2 : καὶ τάχα ἂν ἡμῖν παῖδες μουσικῶν ἀμφισβητήσειαν, εἰ μὴ καὶ πρὸ τῆς ἐννοίας θετέον αὐτά. Platonicorum; Joannes Diaconus Scholiis in Hesiodi Theogoniam [p. 477] : πλατωνικῶν δὲ παῖδες, τὴν δόξαν ταύτην σφετερισάμενοι θρυλλοῦσιν ἄνω καὶ κάτω ὡς διά τινα ἁμαρτίαν ἐς τὸ σῶμα κατακέκριται ἐμπεσεῖν ἡ ψυχή ». BA.

(46) ATD Ba, ἡ περὶ τοὺς ἐριστικοὺς ἐνδιατρίβοντες λόγους. BC, ἡ

οἱ π. — « Futiles disceptatores dicit, nihil bonarum rerum tractantes, ineptiis infrugiferis et inamœnis syllogisticationum deditos; quibus hominibus si cerebrum ullum inesset, non inanitates ipsi meras blaterent, quas scite ἐριστικοὺς λόγους vocat, omnem suam sapientiam liticulis absolventes, aerem verberantes vacuis captiunculis. Quanto odio hos veri philosophi merentes semper sint prosecuti, non adtinet disserere. Platonis, Ciceronis, Senecæ, Antonini et Juliani imperatorum, Epicteti, Luciani, Hieroclis, Gellii, aliorumque de ethnicis; Tertulliani, Origenis, Hieronymi, Augustini, infinitorum aliorum, testimonia a nobis producta et dilatata sunt in Commentationibus Characterum, non uni jam doctorum hominum visis ». BA.

(47) Κατακηλεῖς] « Hesychius : κατακηλούμενοι, ἐξοιστρούμενοι, καταθελγόμενοι. Pollux lib. 4, c. 6, [49, ponit verba κατακηλεῖν καταθέλγειν] inter effectus sophisticæ orationis ». BA. Iterum κατακηλεῖν τὰ ὦτα p. 90; θέλγειν τὰς ψυχὰς, καὶ κατακηλεῖν τὰς ἀκοὰς p. 99. Vide et Krabing. ad Syn. Calv. p. 104. Nomen a verbo κηλεῖν tractum, κηλήματα, reponendum conjecit Wernsdorfius pro κινήματα in hoc Himerii loco Orat. 1, 3, de Apolline, qui carmen connubiale cecinit, παιδικοῖς ἑαυτοῦ προσᾴδων ταῦτα τὰ κινήματα. Sed sunt vel esse possunt κινήματα, tripudia motis ad numeros pedibus ducenda.

(48) Τῆς φίλης ἀληθείας] « Veri studiosus omnis philosophiæ auditor. Pulcre Plato 6 De republ. [p. 6 Mass.] : οἰκειότερον σοφίᾳ ἀληθείας οὐδὲν ἂν εὕροις. Et a veritatis studio ordiendam omnem disciplinam docet ibidem : τὸν ἄρα τῷ ὄντι φιλομαθῆ πάσης ἀληθείας δεῖ εὐθὺς ἐκ νέου ὅτι μάλιστα ὀρέγεσθαι. Ducem omnis bonitatis bonæque naturæ veritatem ibidem ponit et sancit [p. 18] : ἀκούωμεν δὴ καὶ λέγωμεν, ἐκεῖθεν ἀναμνησθέντες ὅθεν διῄειμεν, τὴν φύσιν οἷον ἀνάγκη φῦναι τὸν καλόν τε κἀγαθὸν ἐσόμενον· ἡγεῖτο δ' αὐτῷ, εἰ νῷ ἔχεις, πρῶτον μὲν ἀλήθεια, ἣν διώκειν αὐτὸν πάντως καὶ πάντῃ ἔδει, ἢ ἀλαζόνι ὄντι μηδαμῇ μετεῖναι φιλοσοφίας ἀληθινῆς... ἡγουμένης δὴ ἀληθείας οὐκ ἄν ποτε, οἶμαι, φαῖμεν αὐτῇ χορὸν κακῶν ἀκολουθῆσαι (πῶς γάρ;), ἀλλ' ὑγιές τε καὶ μέτριον ἦθος. Eamdem captam atque adamatam immortalitatem tribuere mox idem philosophus docet. Vide eumdem quinto De legibus [p. 730, ubi pulcherrima sententia : ἀλήθεια δὴ πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς ἡγεῖται, πάντων δὲ ἀνθρώποις]. Φίλην dicit Noster, ob suavitatem

cognitæ incomparabilem. Vide eumdem et nono De republica [p. 264] ». BA.

(49) Ὀρθῶν δοξασμάτων] « Rectorum et in veritate fundatorum. Omnino christianismum hic innuit. Cetera enim philosophia cum fundamentis ipsis suis undique atque ubique est incerta et disputabilis ». BA. Cf. n. 10.

(50) Μακαριώτερον] « Aspexit ad id Platonis lib. 5 De legg. [p. 730] : ἧς (de veritate agit), ὁ γενήσεσθαι μέλλων μακάριός τε καὶ εὐδαίμων, ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς μέτοχος εἴη. Sed minuti sit laboris, cum a Platone pleraque sint omnia, pauca de multis ad Platonem velle revocare ». TAR. Minutum istum quem vocat laborem non refugere debuit Tarinus; sed boni interpretis officia non recte videtur intellexisse.

(51) TD Ba, ἄκουε οὖν, ἄκουε, μακάριε. AC, ἄ. ο. ἄ. ὦ μακ. B, ἄκουε οὖν, ὦ μακ. Vocabula iteranda sæpius omittunt librarii properantes. Plato Sisypho p. 232 : οὐδὲ γὰρ ζητεῖται τοῦτο ὑπ' αὐτῶν εὑρεθῆναι· cod. 3009 : οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ζητ. Libanius Epist. 44 : τότε δὴ τῶν νῦν κ' ἀηδῶν μεμνήσῃ μεθ' ἡδονῆς· recte codex 3035 : τότε δὴ τότε τῶν νῦν ἀηδῶν μ.

(52) Πρὸς ἀγνοοῦντα τἀκείνου] C, τὸ ἐκείνου. « Ammonium recte inseruit interpres [Tarinus : « ignarum doctrinæ Ammonii »]. Non enim scitius sua poterat ejus confutator inferre, quam adversarii doctrinam alio suggerente, cum propriæ ipse esset expeditissimus ». BA.

(53) Ἔνδον ἐν τῷ φροντιστηρίῳ] « Semotus a vulgo vulgarium discipulorum. Nota Aristotelis docendi secretim meliora ratio; qui, cum illa arcaniora publicasse visus esset, ab Alexandro rege reprehensus, respondit : ἴσθι τοὺς ἀκροατικοὺς λόγους καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους. Gellium vide l. 20, c. 5 ». BA. Comparandum Eryxiæ initium : ἐτυγχάνομεν περιπατοῦντες ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου ἐγώ τε καὶ Ἐρυξίας.

(54) Ζεφυρὸς πνεῖ ἡδύ τι μάλα καὶ λιγυρόν] Libanius t. 4, p. 439 : ὥσπερ ἂν εἴ τις, ἐξ οὐρίας φερομένου τοῦ σκάφους καὶ τῶν ἀνέμων πνεόντων ἡδύ τι καὶ προσηνὲς, μεταστρέψας τοὺς οἴακας, τὴν ἐναντίαν πορεύοιτο, τοῖς αὐτοῖς οἰόμενος πνεύμασι τὸν ἕτερον πλοῦν κατορθοῦν; codex 3017,

καὶ τὸν ἕτ., non sine vi. — Μέγιστος ποταμός] « Nilum dicit, longe tamen spatio multis minorem. Arrianus Indum et Gangem singulos Nilo et Istro junctis majores facit Indicis sive lib. 8 [c. 3, 9]: ποταμοὶ δὲ τοσοίδε εἰσὶν ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ ὅσοι οὐδ' ἐν τῇ πάσῃ Ἀσίῃ· μέγιστοι μὲν ὁ Γάγγης τε καὶ ὁ Ἰνδὸς, ὅτου καὶ ἡ γῆ ἐπώνυμος, ἄμφω τοῦ τε Νείλου τοῦ Αἰγυπτίου καὶ τοῦ Ἴστρου τοῦ Σκυθικοῦ, καὶ εἰ ἐς ταυτὸ συνέλθοι αὐτοῖσι τὸ ὕδωρ, μέζονες. Idem mox de Acesine: δοκέειν δὲ ἔμοιγε, καὶ ὁ Ἀκεσίνης μέζων ἐστὶ τοῦ τε Ἴστρου καὶ τοῦ Νείλου, ἵναπερ, παραλαβὼν ἅμα τόν τε Ὑδάσπεα καὶ τὸν Ὑδραώτεα καὶ τὸν Ὕφασιν, ἐμβάλλει ἐς τὸν Ἰνδὸν, ὡς καὶ τριάκοντα αὐτῷ στάδια τὸ πλάτος ταύτῃ εἶναι. Vide ejus inibi sequentia [c. 4, 7], ubi Gangen, qua angustissimus fluat, centum explere stadia adseverat. At Nilum, qui hodie jam viderunt, ubi latissimus fluit, milliare Germanum non excedere autumant. Eustathius ad Dionysium [p. 137 H. Steph.] primam Gangi, secundam amplitudinem Indo, tertiam et quartam dat Nilo et Istro. De instagnatione quæ sequitur consule qui dedita opera hanc illustrarunt Jo. Bapt. Scortiam et Marcum Wendelinum; etiam nos ad Claudianum [ad Idyll. De Nilo, ubi p. 1023 nominat inter recentiores qui de Nilo scripserunt, J. B. Scortiam Genuensem, J. F. Vendelinum Germanum] ». BA.

(55) Ἐπιεικῶς ἐπικλύζει] « Μετὰ ἐπιεικείας καὶ χρηστότητος, μετρίως, ἱκανῶς· Suida. Pulcre rem describunt Herodotus [2, 19...], Diodorus [1, 36], Strabo [17, p. 788...], Heliodorus [2, 28], et alii. Scite Aristides Hymno in Jovem [t. 1. p. 10 Dind.]: ποταμῶν τε ὁ κάλλιστος καὶ ἀξιολογώτατος καὶ αὐτὸς ἄρα διïπετὴς [cf. supra p. 324] Νεῖλος ἦν, ἅτε δὴ μιμούμενος τὸν πατέρα καὶ οἷον ὕπαρχος ὑπ' αὐτοῦ τῶν κατ' Αἴγυπτον τεταγμένος, ἀντὶ τῶν Διὸς ὄμβρων αὐτὸς ἔπεισι καὶ πληροῖ τὴν γῆν. Non tamen semper ad normam beat culta Nilus. Abundantior enim veniens, luxuria aquarum noxius; parcior, defectu est infructuosus: ut memorat Ammianus lib. 22 [p. 247 Lind.]. Quin aliquando absentivus fuit emansitque totus. Quo referendos puto sub Josepho septem sterilitatis in Ægypto annos. Quinquennio emansisse ante hos 400 annos scribit in historia itineris Byzantini Gunterus Helvetius cap. 6 [cujus verba ipsa recitat Barthius ad Claudiani Nilum p. 1023]; novennio multis ante sæculis Apollodorus lib. 2 De diis [quem ignoro. Et pariter ad Claudianum p. 1023 Barthius: « de novem (annis) sive historia sive fabula apud Apollodorum libro 2 ».] Adde quæ ex Philone et

Plutarcho juniore notamus ad Claudiani Epigrammata iterata quidem editione [p. 1023]. Sub Galieno imperatore penitus exaruisse Nilum auctor est Nicephorus ». BA.

(56) Ἀρούρας] « Notatum tamen et sic aratione opus habere Ægyptios agros. Maximus Tyrius Serm. 35 [5, 4]: οὐδὲ γὰρ ὁ Αἰγύπτιος τῷ Νείλῳ θαῤῥεῖ μόνῳ, οὐδὲ παραδίδωσιν αὐτῷ τὰ σπέρματα, πρὶν ἢ τῷ ἀρότρῳ ζεύξῃ βοῦν, πρὶν τέμῃ αὔλακα, πρὶν πονήσῃ μακρά· καὶ μετὰ τοῦτο ἤδη καλεῖ τὸν ποταμὸν ἐπὶ τὰ αὐτοῦ ἔργα· αὕτη μίξις τοῦ ποταμοῦ πρὸς γεωργίαν καὶ ἐλπίδων πρὸς πόνους καὶ καρπῶν πρὸς ταλαιπωρίαν. Cui de aratione inundationem præcedente contradicunt alii ». BA.

(57) Ἐν ὑψηλῷ τινι βήματι σοφιστικῶς μάλα καὶ σοβαρῶς] « βήμ., qui proprie θρόνος. Σοφιστικῶς· nempe κουφολόγον οἱ σοφισταὶ χρῆμα καὶ ἀλαζὼν ἡ τέχνη· Philostr. lib. 7, c. 8 [c. 16]. Eosdem ταὼς ποικίλους, δόξῃ καὶ μαθηταῖς ἐπαιρομένους ὡς πτεροῖς· Dio Prus. Orat. 12 [p. 372]. Sed quantulacumque hæc ad Platonem et Isocratem ». TAR. « Arrogantissimum hominum genus etiam de loco professionis sublimi quærebant auctoritatem sibi. Parissime Themistius initio Philosophi [Orat. 21]: τί δὲ συνέχεσθε ὑπὸ θάμβους; ὅτι που ὑμῖν καινὸν καὶ ἀλλόκοτον καταφαίνεται ἄνδρα τοῦ φιλοσοφίας ὀνόματος ἀξιούμενον χθές τε ἀγείροντα ἑωρᾶσθαι καὶ νῦν καθήμενον ἐπὶ θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ μάλα σοφιστικῶς καὶ σοβαρῶς μέλλοντα ὑμᾶς προκαλέσασθαι. Vide elegantissimum et doctissimum Cresollii Theatrum lib. 3, cap. 13. Σοφιστικῶς. Persuasione sapientiæ sibi soli placentem tumidumque, qualem Theophrastum suum salse inducit et erudit Æneas Gazæus ». BA. Monebo, propter Tarini notam, esse et βῆμα de suggestu ac pulpito sophistarum proprie dictum. Themistius Orat. 23 initio ἀναβῆναι ἐπὶ τοῦ βήματος dixit. Cf. Cresoll. l. l. Mox A, ἐσαφήνισε, suprascripto ζ. B, ἐσαφήνισε. CTD Ba, ἐσαφήνιζε. Mox pro ἐπιμέμνημαι forsan ἔτι μέμνημαι.

(58) In editis et scriptis libris ante καλὸν præfixum est Ἀμμώνιος, mox χριστιανὸς ante καλὸν, ἦν δ' ἐγώ. Et sic deinceps Ammonii et Christiani personæ singulis dialogi particulis præmissæ sunt. Quas indicationes nominum ut a descriptoribus perspicuitatis causa insertas omisi, quum editori id esse consilii oporteat, ut auctoris, quantum potest, exhibeat, non librariorum manum. Ipsa verba ἦν δ' ἐγὼ aperte significant non præcessisse Christiani nomen, ut

et sequentia ἤδ' ὅς nomen Ammonii non præcessisse. Minutis lineolis ad personarum distinctionem usus sum, ita ut lector dialogi labyrintho non laboriosius includeretur, nec tamen narratio quam continuam intexuit Zacharias rumperetur.

(59) TD Ba, εἰ τοίνυν ἤδ' ὅς μὲν ὁ οὐρανός. AB, εἰ τοίνυν εἶδ' ὅς μὲν ὁ οὐρανός. C ut edidi. Bene verterant quamvis malo usi textu: « si pulcrum est cœlum ».

(60) « Fuerat christianus hic sophista; inde noverat doctrinam ipsorum, et scelerato animo ad subvertendam procedebat, ut facile ex hoc opusculo colligas. Non autem persona hæc Ammonium Saccam cognomento ferre potest, ut nonnulli inconsiderate putant. Is enim, cognomentum a saccis suis nactus, longe ante hujus scriptoris tempora vixit, cum Zacharias noster velut de noto sibi etiamnumque superstite Ammonio loquatur, citetque hoc Dialogo Basilium et Gregorium, theologos longe etiam Sacca posteriores, qui ævo Commodi imperatoris floruerit. Theodoretus Therapeut. lib. 6 [p. 573]: καὶ Τίτος, καὶ Δομετιανὸς, καὶ Νέρβας, καὶ Τραϊανὸς, καὶ Ἀδριανὸς, καὶ Ἀντωνῖνος ὁ πρῶτος καὶ Βῆρος, καὶ Κόμμοδος· ἐπὶ τούτου δὲ Ἀμμώνιος ὁ ἐπίκλην Σακκᾶς, τοὺς σάκκους καταλιπὼν οἷς μετέφερε τοὺς πυροὺς, τὸν φιλόσοφον ἠσπάσατο βίον· τούτῳ φοιτῆσαι φασὶ τὸν Ὠριγένην καὶ Πλωτῖνον. Vide et Porphyrium Vita Plotini. Alius fuit utroque ab isto Ammonius Ægyptius, Plutarchi magister, quem celebrat prooemio Vitarum sophisticarum Eunapius [p. 3]. Poterit esse Ammonius, qui ὁ μικρὸς, ad differentiam alterius, in libris editis et Hermias cognominatur ». BA. Vide p. 17.

(61) « Eadem apud Æneam Gazæum nostrum. Est alter alteri horum scriptorum simillimus, adeoque id ut unum utriusque libri auctorem statuerint aliqui. Quibus consentiremus, si potiora contra argumenta deessent ». BA.

(62) Πῶς τὸ καλῶς ... οὐ κακοῦ;] « Ex Platonis Timæo [p. 41] verbis totidem ». TAR. — Λύειν ἐθέλειν] « Ex invidia dicebant, aut odio. Vide Æneam [p. 54]. Et hic sequitur. Plotinus Ennead. 2, libro 9, contra gnosticos cap. 17 [p. 216, B]: ὅτι μὴ θέμις φθόνον ἐν τοῖς θεοῖς εἶναι. Æneas [p. 55, 19]: ἀγαθῷ περὶ οὐδενὸς φθόνος οὐδείς. Cujus de re ipsa multa loca produci possent, si id ageretur, ut in molem hæ

animadversiones exirent. Legas Eclogas Physicas Jo. Stobæi ». BA. Adde n. 93.

(63) Editis accessit ex ABC καὶ μόνου, quod legit et vertit Genebrardus. TA Ba, οὐθόλως. DC, οὐθ' ὅλως. B, οὐδόλως, suprascripto θ. — Φθόνος γὰρ ἔξω τἀγαθοῦ καὶ ἑνὸς καὶ πάντὸς δὴ θείου χοροῦ] ABTD, Ba, παντὸς δέ. C, π. δή. — « Καὶ ἑνός: Non enim nisi in potiorem aut parem cadit invidia; quorum neuter est ubi unus est, in summa nimirum majestate. Sequentia cum Æneа [pp. 54, 55] et Patribus qui super origines rerum scripserunt, committenda sunt ». BA. Plato Phædro § 57, loco a multis usurpato vel respecto: φθόνος γὰρ ἔξω χοροῦ θείου ἵσταται. Georgius Lapitha in Notit. Mann. t. 12, p. 10: ἥκιστα πιστευομένου ἀγαθοῦ τινος μετασχεῖν τοῦ βασκανίαν νοσοῦντος: ubi notavi. Vide meam et Wyttenbachii notam ad Eunap. pp. 236, 102. Cf. n. 97. — Infra συνομολογοῦσιν ex C pro συνομολογοῦσι reliquorum. Præstat enim in fine sententiæ pronunciatio fortior. Sic apud Heliodorum 2, extremo capite quarto, ἐπέτρεψεν lectio codicis Veneti mihi quidem placet magis quam vulgata ἐπέτρεψε.

(64) Consentiunt omnes in οὐ τῇ ἀξίᾳ. In C ad marginem legitur et αἰτίᾳ.

(65) Editi, εἰσφρητέον. ABC, ἐπεισφρητέον. Quod verbum redibit pp. 95, 26; 106, 3. Omissio præpositionis in compositis frequens est librariorum error. Ephræmius Chron. 2781: Καὶ θεῖον τύπωμα Χριστοῦ δεσπότου εὑρών. Deest syllaba. Lego ἐκτύπωμα.

(66) Γλιχόμενος] « Cupiens valde. Inde Romanum *gliscere*. Argumentum autem hic tractatum lege apud auctorem libri de mundo, qui Philonis Judæi operibus adjungitur, confutatum in sermone quarto Therapeutic. Theodoreti, qui De materia et mundo inscribitur. Multa apud Proclum et Philoponum huc spectantia ». BA.

(67) Ἀπόλλυσι] « Errant in hoc magnopere mundanæ æternitatis adsertores. Non enim abolitio hæc tollit quod semel fuit, sed renovat, recreat, ex humili facit splendidum, ex obnoxio mortalitati immortale. Quo eodem respexisse Platonem puto, cum mortalem a se conditum esse mundum dicentem deum inducit [Tim. p. 41], sed immortalitate se eum donaturum, quia placeat eum

non abolere. Eadem doctrina Aristotelis. Chalcidius in Timæum [c. 281]: *Aristoteles sine genitura et sine interitu dicit mundum esse, divina providentia perpetuitati propagatum; cujus sententia cum sit præclara et nobilis et ad platonici dogmatis considerationem satis accommodata, non otiose prætereunda est.* Platonis verba nota ex eodem Dialogo [l. l.]. Ea respicit Stobæus Physicorum cap. 24 [lib. 1, c. 21, p. 412], cum ait : Πλάτων φθαρτὸν μὲν τὸν κόσμον ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει, αἰσθητὸν γὰρ εἶναι, διότι καὶ σωματικὸν, οὐ μὴν φθαρησόμενόν γε προνοίᾳ καὶ συνοχῇ θεοῦ. Eidem sententiæ Pythagoram, cujus dogmata pleraque transtulisse in sua scripta et sermonis politie commendasse Platonem nemo nescire debet, adscribit Plutarchus Ἀρεσκ. lib. 2, cap. 4 : Πυθαγόρας καὶ Πλάτων γενητὸν ὑπὸ θεοῦ τὸν κόσμον, καὶ φθαρτὸν μὲν, ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει, αἰσθητὸν γὰρ εἶναι διὰ τὸ σωματικὸν, οὐ μὴν φθαρησόμενόν γε, προνοίᾳ καὶ συνοχῇ θεοῦ. Quæ transcripsit Stobæus, ut corrigeret, puto. Libellus enim ille Plutarcho adscriptus admodum incuriosus est scitorum, et Plutarchici operis epitome videtur ». BA.

[68] Παιζόντων καὶ ἐκ ψάμμου οἴκους... καὶ λυόντων] B sine καὶ λυόντων. — Παιζόντων. Scilicet παίδων, quod nomen ex adjectivo παιδικὸν mente repetendum. Brevitatem illam syntaxeos illustravi ad Simoc. p. 272. Adde Fischer. ad Æsch. Dial. p. 51; Davis. ad Cicer. Fin. 5, 6. — « Infra hoc libro [p. 107, 12] : οὕτω συντόμως καὶ ἁπλῶς τὴν ἐκ ψάμμου οἰκοδομίαν τῶν παραλογισμῶν ὑμῶν διαλύσομεν. Æneas Theophrasto. Nemesius aureolo, immo omni auro potiore libro De homine, quem vulgo falso Gregorio Nysseno adscribunt [cf. n. 108], cap. 2 [p. 107] : κομιδῇ γὰρ νηπίων παίδων ὁ τρόπος οὗτος ἐν ψάμμῳ τῆς παιδιᾶς, εὐθὺς μετὰ τὸ πληρῶσαι συγχεόντων τὰ γενόμενα πράγματα. Ἄθυρμα autem ludus præcipue puerilis, nullius pretii aut ponderis res gerens. Scholiastes Aristophanis in Nebulas [626]: ἀθύρματα, παίγνια καὶ οὐδὲν ἀξιόπιστα. Plene Suidas : ἄθυρμα, παίγνιον. Ἰωσηπός... [Quæ plena apud ipsum legantur]. Hesychius : ἀθύρματα, παίγνια· ἀθύρει, παίζει... ἀθύρων, παίζων. Quibus singulis glossis ille optimorum auctorum insigniora loca explicavit; quorum nomina et verba magno posteritatis damno thesauro illi priscæ eruditionis exemta sunt ». BA. Adde schol. ad Philostr. Her. p. 594. Sed utilius notabo Homerum præivisse, Il. 16, 362 : ὡς ὅτε τις ψάμαθον παῖς ἄγχι θαλάσσης Ὅστ', ἐπεὶ οὖν ποιήσῃ ἀθύρματα νηπιέῃσιν, Ἂψ αὖτις συνέχευε ποσὶν καὶ χερσὶν ἀθύρων. H. Stephanus Thes. in Ἀθύρω admo-

vendum huc Philonis locum habet : ὡς παῖδες παρ' αἰγιαλοῖς ἀθύροντες, οἳ ψάμμους γεωλόφους ἀνιστᾶσι. Libanius t. 3, p. 338 : καλὸν οὖν, ἢ κατὰ θεῶν τρόπον, ὧν ἐφάπτεσθε ποιημάτων ἀνθρώποις, ταῦτα ταῖς ὑμετέραις χερσὶ διαχεῖν, καὶ μιμεῖσθαι τὰ παίδων ἀθύρματα, οἷς τοῦτο εὕρηται, τὸ διαφθείρειν ὃ πεποιήκασιν; Codex 3025 : τὰ παίδων εἰς ψάμμον ἀθύρμαθ', οἷς τοῦθ' εὕρηται. Codex 963 : τὰ παίδων, οἷς ἄθυρμα τοῦτο εὕρηται. Duæ sunt recensiones.

(69) Ματαιόπονος] « in vacuum laborans, laboris inconsultus ». BA.

(70) Τὰ καλῶς γεγονότα] « Vide Aristotelem, sive quicumque tandem auctor est, cap. 5 De mundo. Quæ meliora fieri non possint. Frustra enim hoc sentiunt hac in disputatione sophistæ. Perfectus quidem mundus, sed non ut perfectior ab artifice omnipotente fieri non possit, qui in hoc mortalem fecit, ut immortalitate mox gloriosius indueret, quod scite in corpore universi et hominis edisserit et ob oculos ponit Æneas Gazæus [p. 49]. Ita Platonici intelligibilem mundum agnoscunt, intellectualium tantum rerum ordine constantem, sensuali longe præstantiorem, quem et generatum a supremo numine, non conditum dixerunt. Vide Marsilii Ficini compendium in Timæum c 9. Qui ipsi tamen aliter de sensuali etiam ratiocinantur : causativam nimirum ejus originem esse, non temporariam; itaque licet corporeus sit et sensibilis, æternum tamen esse, quoniam a deo sit factus et institutus. De quo Chalcidius in Timæum pp. 94, 95 [c. 23] ». BA.

(71) Ἀδύνατον] « Impotentem, qui non possit quæ velit. Pulcre Cyrillus glossographus : ἀδύνατος, *impotens, non potens, impossibilis, invalidus* ». BA.

(72) Ἀνόητον] « Consilii judiciique expertem, inconsultum ». BA. — TD Ba, ἤ, ὃ μὴ θέμις ποιεῖν, εἰπεῖν. Et sic ABC. In C ad m. : ἴσ.· ὃ μὴ θέμις εἰπεῖν πονηρόν. Conjectura inutilis. — « Legisse videtur interpres : ὃ μὴ θέμις εἰπεῖν ἀμφότερον [scilicet vertit Genebrradus : *aut, quod dictu est nefas, utrumque*]. Alii conjiciunt legendum : ὃ μὴ θέμις εἰπεῖν ποιεῖν, *vel, quod dictu nefas sit eum facere*. Montacutius in margine apographi sui conjecturam annotarat : ἴσως· ὃ

μὴ θέμις εἰπεῖν, πονηρόν· *aut, quod dictu nefas est, malum.* Quod nimirum sequatur: ἀλλὰ μὴν οὔτε ἀδύνατος, οὔτε ἀνόητος ὁ θεὸς, πρὸς δὲ καὶ ἀγαθός· ut opponatur ἀγαθὸς τῷ πονηρῷ. Et paulo ante dixit: ἢ ἀγνοίᾳ τοῦ καλοῦ ἢ φθόνῳ μὴ ἀνέκαθεν δημιουργήσας ». DUC.

(73) T, ἄφθαρτος, ἀγένητος κατὰ χρόνον. D Ba, ἄφθαρτος, ἀγένητος κ. χρ. AB, ἄφθ. καὶ ἀγένητος κ. χρ. C, ἄ. καὶ ἀγέννητος κ. χρ. Variatio est solennis. Cf. ad Æneam n. 438. — « Vide Chalcidium dicto loco. Argumenta pariter ab Ænea Gazæo confutantur, apud quem [p. 49] Axitheus concedit mundum pulcerrimam esse machinam; sed in id conditam infert ut dissolveretur, quod ex partibus quibus diversis constat animadvertatur; dissolvendum vero ut melior restituatur, non in abolitionem; nec id invidia dei factum, ut dissolubilis esset, sed quia ad ostendendam potentiam placuerit ei mortalia et immortalia condere, ne unius essent generis omnia. Τελείου γὰρ, inquit porro [p. 56, 3], λόγου καὶ δημιουργοῦ μὴ μόνον διάφορα ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλοις ἐναντία, οἷον λευκὸν καὶ μέλαν, καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, καὶ ἀθάνατα, καὶ θνητὰ ἃ δι' ὑπερβολὴν δυνάμεως ἀθάνατα μεταποιήσει, etc. — Κατὰ χρόνον· quoad tempus. Et hæc est Aristotelis, ut ex Chalcidio constat [l. laud.], opinio non omnino aspernabilis, quam irridet Æneas idem ex Attici nobilissimi philosophi sententia [p. 53]: τὸν δὲ Ἀριστοτέλη καὶ γελοῖον ἀποκαλεῖ, ὁμολογοῦντα μὲν τόδε τὸ πᾶν ὁρατὸν εἶναι καὶ ἁπτὸν καὶ σωματοειδὲς, ἀγένητον δὲ καὶ ἄφθαρτον εἶναι φιλονεικοῦντα. Aristotelis sermo est libro I De cœlo [c. 10], admodum intricate, in hunc tamen sensum compositus ». BA.

(74) Πορφύριος] « In libro utique quem καθ' ὅλον inscripsit et citatur ab Ænea Gazæo [p. 51] in eadem de mundi æternitate materia. Multa huc pertinent in Stobæi Physicis et Plotini variis libris legenda ». BA. De Porphyrii libro malam sequitur scripturam Barthius. Vide ad Æneam n. 439.

(75) Ἀμελετήτως ἔχουσι] « Non præmeditatis ad captiones et strophas conclusiuncularum sophisticarum cavendas animoque non immittendas ». BA.

(76) Ἀληθοῦς καὶ μόνης εὐσεβείας] « Veræ pietatis et quæ apud eos solum invenitur; vel cui soli illi, incircumspecti cæterorum stu-

dent. Dicit absterreri christianos ne contradicant his larva blasphemiorum objecta. Si enim contra loquerentur, opinabantur simplices deo superiorum se absurditatum aliquam impingere. Hæc *terriculamenta* dicit (quædam hinc ad Synes. Epist. 1, lib. [Adversariorum ineditorum] 125, 1) animorum soli simplicique veritati deditorum, quibus christianis illudebant qua poterant turgidi eloquentiæ et sapientiæ dialecticesque eristicæ persuasione sophistæ. Contra hos nebulones ex professo pugnat hic liber, et multa scripta antiquorum, præcipue Græcorum Patrum. Et jam B. Paullus (Ad Coloss. 2, 3, 8; 2 ad Cor. 11) monet horum casses vitare strictæ fidei inhærentes. Sic scite *adulteros* credentium appellat Tertullianus Apolog. c. 47. Et philosophiam ipsam illam disceptatricem *concussionem veritatis* vocat, antistites ejus *patriarchas hæreticorum*, lib. De anima c. 3, ejusque nomine ab Apostolo omnes hæreses damnari affirmat lib. 5 in Marcionem cap. 19, quo loco πιθανολογίαν Apostoli [Ad Coloss. 2, 3] *subtililoquentiam* interpretatur, qua eristicorum jam inde a Protagora eorum principe constant deliria. B. Ambrosius in eumdem (2 Coloss.) Apostoli locum omnes ratiocinationes eorumdem circa elementa, mores, numeros, etc., cavendas monet, cum verisimilibus rebus et commentitiis caussis constent, neque evadant facile, qui semel inciderint inanitatum istarum casses. B. Hieronymus in eumdem locum [inter Opp. supposit. t. 5, p. 1071] sensus et sermonis philosophiæ veritatem convellere laborantes non solum non timendos, sed etiam stultitiæ deputandos præcipit. Et in Psalmum 115 eos deceptiones suas ex propria arte hausisse autumat, seductrice nempe per verborum plicas, quales sunt illæ quas ibi memorat dictum Psaltæ Regis, *omnis homo mendax*, in suam propriam ignominiam intricantes, non evertentes. Quod de inepta illa tolutiloquentia et rationis irretitrice capiendum, sola tamen: nam veræ philosophiæ minime contemtrix est scriptura, utpote quam idem totam in Esaia propheta contineri Procemio [potius Prologo in Expositionem Isaiæ t. 3] in ipsum testetur; quam ipsum esse christianismum asseverat B. Augustinus Contra academicos aureolis libellis et Epistola 56 [vel 118] ad Dioscurum de curiosis quæstionibus. Estque verisimilis conjectura ejusdem cap. 4 [§ 7] libri De vera religione, illos veteres philosophorum duces, si christiana luce manifestata reviviscerent, ultro christianis accessuros, vociferantes hanc eam esse doctrinam, quam

ipsi populo persuadere non fuerint ausi. Quod de platonicis his nostris præcipue dictum, quos pleroseque, paucis verbis et sententiis mutatis, eodem suo tempore christianos cupide factos ibidem idem testatur; quorum tamen numero in lib. 10, [c. 28] De civitate dei eximit Porphyrium atque alios ejusdem arrogantiæ sectatores. Sed de veris hæc. Ceteros illos litigatores nostros idem alibi non semel perduelles Christi et idololatrarum principes nuncupat. De istis pulcre Eusebius Oratione Constantini ad sanctorum cœtum cap. 9 : τὸ γάρ τοι πιθανὸν τῶν ἐν τοῖς διαλόγοις γινομένων ἀπάγει τὸ πλεῖστον ἡμῶν ἀπὸ τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας, ὃ δὴ καὶ πολλοῖς τῶν φιλοσόφων συμβέβηκεν, ἀδολεσχοῦσι περὶ τοὺς λόγους καὶ τὴν τῆς φύσεως τῶν ὄντων ἐξέτασιν· ὁσάκις γὰρ ἂν τὸ μέγεθος τῶν πραγμάτων τῆς ἐξετάσεως αὐτῶν ἐπικρατήσῃ, διαφόροις τισὶ μεθόδοις τὸ ἀληθὲς ἀποκρύπτονται· συμβαίνει δὴ αὐτοῖς ἐναντία δοξάζειν καὶ μάχεσθαι τοῖς ἀλλήλων δόγμασι, καὶ ταῦτα σοφοῖς εἶναι προσποιουμένοις· quæque ibi sequuntur Ammonii hujus mores stirpitus exprimentia. Totum hoc genus ματαιόπονον, neque quicquam recti bonique in vita potuisse expedire unquam notat B. Athanas. Quæst. 95 Parabol. scripturæ. Abusionem rationis non uno loco in iisdem vituperat Basilius Magnus, nimium nimirum et dedita opera altercando veritatem amittentibus. Quam inconsulti ceterarum rerum æstimandi qui de mundi constitutione inter sese digladientur, belle extulit Philo Judæus libro De temulentia [§ 48]: καὶ τῶν λεγομένων φιλοσόφων ἡ πληθύς, τὸ ἐν τοῖς οὖσι σαφὲς καὶ ἀψευδὲς ἐπιμορφάζουσα θηρᾶν, κατὰ στίφη καὶ λόχους διακέκριται, καὶ δόγματα ἀσύμφωνα, πολλάκις δὲ καὶ ἐναντία, οὐ περὶ ἑνὸς τίθενται τοῦ τυχόντος, ἀλλὰ σχεδὸν περὶ πάντων μικρῶν τε καὶ μεγάλων ἐν οἷς αἱ ζητήσεις συνίστανται· οἱ γὰρ ἄπειρον τὸ πᾶν εἰσηγούμενοι τοῖς πεπερασμένον εἶναι λέγουσιν, ἢ οἱ τὸν κόσμον ἀγέννητον τοῖς γεννητὸν ἀποφαινομένοις, ἢ οἱ, χωρὶς ἐπιστάτου καὶ ἡγεμόνος, ἀλόγου καὶ αὐτοματιζούσης ἐξάψαντες φορᾶς τοῖς ὑπολαμβάνουσι πρόνοιαν καὶ ἐπιμέλειαν ὅλου καὶ τῶν μερῶν θαυμαστήν τινα εἶναι, ἡνιοχοῦντος καὶ κυβερνῶντος ἀπταίστως καὶ σωτηρίως θεοῦ, πῶς ἂν δύναιντο τὰς αὐτὰς καταλήψεις τῶν ὑποκειμένων ποιεῖσθαι πραγμάτων; Vide cætera. Applicat enim his Lothum ignorantem filiabus propriis concubantem. Τὰς τῶν φιλοσόφων ξυμμορίας cum nugacibus poetis atheismi damnat Theodoretus Therapeut. lib. 3 initio, Diagoræ, Theodoro, Evhemero impietatis ejusdem multos dans socios. Ob has incertitudines omnium ratiocinationum et conclusionum erant qui penitus Diaboli inventum philosophiam perhiberent; quos egregie et more suo nervosissime con-

futat Clemens Alex., Varro christiani nominis et Aristarchus omnis doctrinæ, l. 6 Strom. [§ 66...]. Ei non dissimilis profunda eruditione auctor Arnobius philosophos non nominatos his laudat notis velut decretoriis libro 2, [p. 48]: *sed sapientibus* (inquit εἰρωνεύων) *vos viris omnibusque instructis disciplinarum generibus creditis: nempe illis qui nihil sciscunt nec pronunciant unum, qui pro suis sententiis bella cum adversantibus conserunt et pervicacia semper digladiantur hostili; qui, dum alter alterius labefactant, destruunt, convelluntque decreta, cuncta incerta fecerunt, nec posse aliquid sciri ex ipsa defensione monstrarunt.* Quæ omnino ipsa veritas sunt. Mores et doctrinæ κακοζηλίαν tangunt quæ de iisdem in fine Dialogi sui pronunciat Min. Felix: *philosophorum supercilia christiani contemnimus, quos corruptores et adulteros novimus et tyrannos et semper adversus sua vitia facundos; nos qui non habitu sapientiam, sed mente præferimus, non eloquimur magna, sed vivimus; gloriamur nos consecutos quod illi summa intentione quæsiverunt nec invenire potuerunt.* Pulcre damnationi et commendationi philosophiæ ethnicæ intervenit Isidorus Pelusiota, qui christiano dogmati junctam amplectendam, adversantem abjiciendam sciscit, lib. 3, Epist. 64: (τὰ τῆς φιλοσοφίας) εἰ μὲν τῇ ἀληθείᾳ καλλωπίζονται, ποθεινὰ ὀφείλουσιν εἶναι τοῖς ἐχέφροσιν· εἰ δὲ κατ' αὐτῆς ὁπλίζοιντο, ἀτιμάζεσθαι εἰσὶ δίκαια. Quo scito excursionem, non præter rem tamen factam, sistimus». BA.

(77) Μορμολύττειν] « Terriculamentis quibusdam exterrere, confundere. Vide ad Æneam [n. 504; ad Zachar. n. 277]. Hesychius: μόρμη, χαλεπή, ἐκπληκτική· μόρμοι, φόβοι κενοί... μόρμορος καὶ μορμυγαία, φόβος. Plenius Suidas [in Μορμολύττεσθαι et Μορμώ] scholiaste Aristophanis de more exscripto, in quo [Suida scilicet, non scholiaste] testimonium incerti scriptoris mendosum est: ἐμορμολύξαντο σφᾶς ὡς ἀνύποιστόν τι πλῆθος. Nullus hic sensus; scribe: ὡς ἀνύποιστόν ἐστι πλῆθος, *ut est intolerabilis multitudo;* vel subintellige certe τὸ ἐστι. Quod non vidit interpres». BA. Nihil ipse vidit Barthius. Fragmentum est apud Suidam: ἐμορμολύξαντο σφᾶς, ὡς ἀνύποιστόν τι πλῆθος ἔπεισι κατ' αὐτῶν: ad cujus intelligentiam nihil est quod desiderari debeat.

(78) Τετεχνασμένους] « Ex arte compositos. Artem autem rhetoricam dicit, cujus notitia sophistæ capita super omnes mortales

erigebant. Vise vel Vitas Eunapii; videbis et indignaberis super tumidarum larvarum fastus ».. BA.

(79) Μόνῳ τῷ πιστεύειν] « Calumnia pagana. Vide Arnobium libro secundo [p. 47]. Rationem fidei pulcre enarrat ab agricolis et omni fere vitam spectante negotio Theophilus libro 1 Ad Autolycum. Quæ fundamenta fidei ultra verbum dei, miracula nimirum negari non valentia et in omnium oculis patrata, deducit pulcre in fine Theophrasti Æneas, et latius in libris Civitatis divinæ [22, 8...] Augustinus noster. Μόνῳ τῷ πιστεύειν : sane vero, sed in eum fide qui fallere nesciat, veritatem nimirum ipsam, quæ est deus. Quomodo etiam mortalium negotiorum sine fide nihil incipiatur, utque fides vera soli deo tribuatur, pulcre docet Autolycum suum sodalem libro 1, [§ 8] Theophilus : οὐκ οἶδας, inquit, ὅτι ἁπάντων πραγμάτων ἡ πίστις προηγεῖται· τίς γὰρ δύναται θερίσαι γεωργὸς, ἐὰν μὴ πρῶτον πιστεύσῃ τὸ σπέρμα τῇ γῇ; et quæ sequuntur. Scite autem Beatus Augustinus sciscit fide omnino opus esse homini christiano ante intellectum. In Joannem [c. 7, tract. 29, 6] : *noli*, inquit, *intelligere, ut credas; sed crede, ut intelligas: intellectus enim merces est fidei.* Et pulcre fidem definit Petrus Chrysologus esse perceptionem veritatis rerum sine caussarum cognitione. Hæc mysteria christianismi cum non intelligerent, perfidi isti pagani, calumniabantur in sola persuasione credendi consistere totum. Itaque anilibus prorsus fabulis exæquabant. Uberant talibus libri paganismum destruentium, quales sunt Athenagoras, Justinus, Clemens, Tertullianus, Arnobius, Lactantius, Minutius, et alii. Ad stultam illam de stulta persuasione opinionem pertinet quod ait Antoninus imperator libro 11, [§ 3] : τὸ δὲ ἕτοιμον τοῦτο, ἵνα ἀπὸ ἰδικῆς κρίσεως ἔρχηται, μὴ κατὰ ψιλὴν παράταξιν, ὡς οἱ χριστιανοὶ, ἀλλὰ λελογισμένως καὶ σεμνῶς. Quos utinam magnus ille vir propius cognitos habuisset ». BA. Adde notam editoris Benedictini ad Theophili l.

(80) Ἀποδεικτικαῖς ἀνάγκαις] « Qualis præcipua est mortuorum resuscitatio. Etiam Æneas Gazæus ceteris præponit eam apodixin, et revera nemo diffitebitur rem omnino talem esse, ut indubitabilem christianismo veritatem assignet. Verba Æneæ [p. 73] : νῦν γὰρ ἔτι παρὰ τοῖς Σύροις... οὐκ ἀμφίβολος ἀκροατής. Addit deinde rem sibi ipsi visam, cognitam, pro testimonio confirmandam.

Sunt apud nos nondum editæ conciones decem super Lazari resuscitatione, auctoris incerti, antiqui tamen, et minime superstitiosi [non audiendus Barthius, judex ipse non minime superstitiosus], quæ miraculis omnibus eam efferunt, et hanc necessitatem credendi miris modis insinuant atque urgent ». BA. Nomen ἀνάγκαις illustratur ex Barthii n. 265 infra et mea ad Simoc. p. 202. Dixit pariter Olympiodorus In Alcib. p. 49, 1 : γραμμικαῖς ἀνάγκαις ἔδειξε : ubi Creuzer. Plato Tim. p. 41 : ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν. — In C notavit ad marginem vir d., Montacutius forsan (cf. n. 72), deesse videri οὕτω, nempe ut fiat ἀνάγκαις οὕτω ἐπιγανώσκεσθαι... ὡς μόνην εἶναι. Sed facile οὕτω mente potest intelligi.

(81) Οὐ γὰρ δὴ οἱ παρ' ἡμῖν θεολόγοι] « Rationem pulcre reddit Origenes sub finem primi Contra Celsum [p. 48] et Philocaliæ cap. 18 [p. 177] : ὅτι τοῖς δυναμένοις φρονίμως καὶ εὐγνωμόνως ἐξετάζειν τὰ περὶ τοὺς Ἀποστόλους τοῦ Ἰησοῦ φαίνεται ὅτι δυνάμει θείᾳ ἐδίδασκον οὗτοι τὸν χριστιανισμὸν καὶ ἐπετύγχανον ὑπάγοντες τοὺς ἀνθρώπους τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ· οὐ γὰρ ἡ εἰς τὸ λέγειν δύναμις καὶ τάξις ἀπαγγελίας κατὰ τὰς Ἑλλήνων διαλεκτικὰς ἢ ῥητορικὰς τέχνας ἦν ἐν αὐτοῖς ὑπαγομένη τοὺς ἀκούοντας· quæque multis ibi sequuntur. Vide scriptorum veterumque magnam copiam, qui contra Judæos proque christianæ religionis fundamentis scripserunt ». BA.

(82) Ἀττικῶν ὀνομάτων ἁρμονίᾳ...] « Omnibus sæculis celebrata, cujus exempla dant diversi inter sese, inimitabili autem suavitate conspirantes illi veteres admirandi heroes, Plato, Aristoteles, Aristophanes, Xenophon, Thucydides, et pauci alii; quorum gratias sequentibus sæculis imitati atticistæ floribus pœne obruerunt virilitatem. Vise de commendatione atticæ eloquentiæ eos in suis sibi sedibus scriptores, quos laudamus Adversariorum [ineditorum] libro 131, cap. 12 ». BA.

(83) Γοητεύουσι] « Incantant veluti. Quo sensu stoici respuerunt studia rhetorices ardentiora, pro blandimentis nimirum a solidæ sapientiæ studio mentes seducentibus. Sic gratulatur sibi M. Antoninus imperatorum sapientissimus didicisse [1, § 7] παρὰ Ῥουστίκου τὸ λαβεῖν φαντασίαν τοῦ χρήζειν διορθώσεως καὶ θεραπείας τοῦ ἤθους, καὶ τὸ μὴ ἐκτραπῆναι εἰς ζῆλον σοφιστικὸν, μηδὲ τοῦ συγγράφειν περὶ τῶν

θεωρημάτων ἢ προτρεπτικὰ λογάρια διαλέγεσθαι, ἢ φαντασιοπλήκτως τὸν ἀσκητικὸν ἢ τὸν εὐεργετικὸν ἄνδρα ἐπιδείκνυσθαι, καὶ τὸ ἀποστῆναι ῥητορικῆς καὶ ποιητικῆς καὶ ἀστειολογίας. Noster infra p. 103, 4 : ὅτε δὴ μῦθος τινάλλως ἢ κεκαλλιεπημένος ὀνόμασι καὶ τῷ γλαφυρῷ τῆς εὐεπίας γοητεύων τὴν ἀκοήν... Pulcre Clemens Alexandrinus Stromat. 1 [c. 10, 47] : τὴν δὲ ἐριστικήν τε καὶ σοφιστικὴν τέχνην παραιτητέον παντελῶς, ἐπεὶ καὶ αἱ λέξεις αὐταὶ τῶν σοφιστῶν οὐ μόνον γοητεύουσαι κλέπτουσι τοὺς πολλοὺς, βιαζόμεναι δ' ἔσθ' ὅτε καδμείαν νίκην ἀπηνέγκαντο. B. Basilius Homil. 24 rhetoricam τὴν περὶ τὸ ψεύδεσθαι τέχνην appellat, et Virgilius in Catalectis [Anthol. Lat. 2, 243] rhetorum chorum integrum *cymbalon inanis juventutis*. Huc facientia suo exemplo B. Augustinus in Confessionibus [1, 18, 1] ». BA. De verbo γοητεύειν vide mea ad Eunapium; Borger. in Paul. Ad Gal. p. 169; coll. Lhard. de Demade p. 57.

(84) Ἀληθῶν ἀποδείξεων ἀπορίᾳ] « Hoc erat omne artificium ejus temporis sophistarum; non enim dignis argumentis irradiantem veritatem poterant obtenebrare. Seducebant ergo ad sophistica verborum delinimenta juventutem, sine ullis doctrinæ suæ assertionibus idoneis. Exemplum dat de proximo Theophrastus Æneæ Gazæi, meras nugas magna discipulorum frequentia et admiratione professus, quem totum uno colloquio evertit christianus auditor ». BA.

(85) Ὑμέτερος Πλάτων] « Etiam ἡμέτερος dicere poterat. Recte enim expensa Platonis doctrina multum veritati consonabat, etiam ad mysteriorum mirificam traditionem, ut super principio Evangelii secundum B. Joannem; non tamen ut mortem pro homine perituri dei redemtoris ea philosophia assequeretur. Vide B. Augustini Confessionum lib. 7, cap. 9. Alia proponere non est hujus operæ ». BA.

(86) ABC, περιγεγράφασι. TD, πέρι γεγρ. BA, περὶ γεγρ. · nec aliter eo loco usus ad Claud. p. 1042. — Σειρῆνας] « Notæ Fabulæ. Harum ad deceptrices animorum cantilenas creberrima translatio, ut cum Musas ipsas Seirenum convitio incessit consolatrix Philosophia apud Boethium [Cons. 1, p. 3] : *abite, Seirenes usque in exitium dulces, meisque eum musis curandum sanandumque relinquite*. Pulcre Nicolaus Clemengius Epistola 1 [in Hardtii Hist. Concil. Constant. t. 1, part. 2, p. 7] : *in mari magno et spatioso mundi hujus cantu*

Seirenum dulcisono [edit. *Syreno et dulcisono* : an? *Sirenio et d.*] *delectati, obdormiscimus; hoc est, si quis metaphoram intelligit, dum rerum temporalium blanda et fallaci suavitate nimium capimur atque illicimur, in iisque, patriæ obliti, requiem quærimus, quasi in molli strato languido inertique otio torpescimus, et qui vigili ad patriam cursu tendere debueramus, dulciaque Seirenum carmina perniciose blandientia, surda velut aure, vitare atque declinare, illis capti atque consopiti, tum patriam fugimus, tum in periculum exitiale protrahimur.* In laudem tamen etiam venit comparatio cum Sirenis. Petronius de formosissima muliere [c. 127]: *tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis sonus temperatum mulcebat aera, ut putares inter auras canere Sirenum concordiam.* Sic enim legendum in eo; male vulgo *pertemtatum mulcebat aera*, in quo sensus nullus est. Epitaphium priscum Homonœæ [Append. Anth. Pal. 210] : Ἡ πολὺ Σειρήνων λιγυρωτέρη, ἡ παρὰ Βάκχῳ Καὶ θιάσοις αὐτῆς χρυσοτέρη Κύπριδος. Sic et illud epigramma emaculandum, cum inscite vulgo circumferatur καὶ θοίναις [utrumque Barthii conamen displicuit criticis viris]. Ælianus lib. 12, cap. 1 [Hist. Var.], de Aspasia : φώνημα εἶχεν ἡδὺ καὶ ἁπαλόν· εἶπεν ἄν τις, λαλούσης αὐτῆς, ἀκούειν Σειρῆνος. Ἡ τῶν Σειρήνων μουσικὴ proverbium habet apud Æschinem contra Ctesiphontem [§ 197]. Historiam solidius enarramus recensita commentatione ad Epigrammata Claudiani [ad Epigr. 24 in Seirenas] ». BA. Paulus Silent. Epigr. 39, ubi Jacobs. Aristænetus 1, 1 : ὅσαι τῆς ὁμιλίας αὐτῆς αἱ σειρῆνες. Ibi p. 236 multa sunt a me et aliis indicata. Longe plura dabit Fabricius Opusc. p. 433. Oraculum de Homero in Anthol. Palat. 14, 102 : Ἄγνωστόν μ' ἐρέεις γενεῆς καὶ πατρίδος αἴης Ἀμβροσίου σειρῆνος. Est in ἄγνωστον nonnihil impedimenti. Id capio quasi esset τὸ ἄγνωστον· ἐρέεις με τὸ τῆς γενεῆς ἄγνωστον. Psellus oratione inedita ad Monomachum plus quam adulatorie : ὅταν ὁμιλοῦντος ἀκούσω, τῆς τοῦ Δημοσθένους γλώττης αἰσθάνομαι, τῆς τοῦ Περικλέους, τῆς τοῦ Πολέμωνος, τῆς τοῦ Πλάτωνος, τῆς Λυσιακῆς εὐστομίας, τῆς Ἰσοκράτους σειρῆνος, τῆς Ἡροδότου γλυκύτητος, τῆς χρυσῆς γλώττης τοῦ Δίωνος. Idem Epistola ad Cæsarem Ducam Opusc. p. 172 : ἡ σὴ γλῶσσα, ἡ σὴ μοῦσα, ἡ σὴ σειρὴν, τὰ σὰ θέλγητρα, αἱ σαὶ ἴυγγες, ἡ σὴ πιθανότης καὶ εὐγλωττία πείθει με πολλάκις καὶ εὐθυμεῖν καὶ γάννυσθαι. Eustathius, recepto imperatoris epistolio, quod ipsi ut hirundo, media hyeme, ver aperuit, alterum poscens, ἐπίπεμψον ἡμῖν, ait Epist. 10, καὶ

ἑτέραν χελιδόνα καὶ αὖθις ἄλλην, καὶ ποίησον ἡμῖν τὸν οἰκίσκον, οὐ λέγω χελιδόνων μουσεῖα (μαινοίμην γὰρ ἄν), ἀλλὰ μουσείων ἄντικρυς καὶ ἀηδόνων λόχμην ἢ νῆσον σειρήνων, ἢ καταγώγιον ὀρφανικόν. Quæ præcipue adduxi, ut pro nomine ὀρφανικὸν, quod sensu caret, reponendum esse monerem e codice ὀρφαϊκόν. Habet idem codex χελιδόνων μουσεῖον, quod, etsi sit χελ. μουσεῖα in Ranis v. 93 loco quem expressit Eustathius, recipi potest, et debet etiam ob sequens μουσεῖον. Nam sic legam omnino, codice tamen ferente μουσείων. Memini viri d. qui ad nomen ὀρφαϊκὸν, apud Joannem Diaconum in Allegoriis ad Theogoniam v. 381, p. 471, repertum, offendebat, dubitabatque an esset bene græcum. Nulli jam sit dubitationi locus : ea debetur præsuli doctissimo reverentia. Non faciebat barbarismos. Quod si quis objecerit verba ejus Epistolæ 51, ἐπεὶ δέ ποτε ταύτην καθωραΐσει καὶ τὸν κίσσον ἐνδύσας προσήνεγκε τῷ ἀνδρί, respondebo esse in codice non καθωραΐσει, sed καθωραΐσας. Nec ipsi exprobrandum σισωρεῖσθαι editum Epist. 3, quum exhibeat recte codex σισωρεῦσθαι· nec editum παρασύω Epist. 7, quum sit παραβύω in codice; nec προχευμένῃ Epist. 56, quum codex præbeat legendum προχεαμένῃ. Et qui succensebit scriptori, invento Epist. 15 inaudito nomine ἡ τραπεῦς, descriptori potius succenseat; nam inveni in codice notum ac bonum ἡ τράπεζα. Neque ipsi tribuendum ibidem adverbium αἴφνως· scripsit ipse αἴφνης, ut est in codice. Quod editum est Ep. 49, τὸν ἀποσταλέντα sensu activo, ab ipso non est profectum; recte codex, τὸν ἀπεσταλκότα. Ibidem pessimum participium διολισθέντα corrigatur : διολισθέντα τὸν ἵππον εὐθὺ ἀνεῖρξαι καὶ ἀναστῆσαι σύντομός τε καὶ ἐπιτήδειος· codex, διωλισθηκότα τὸν ἵππον εὐθὺς ἀνεῖρξαι... Ac statim πεπτόημαι abeat in ἐπτόημαι, jubente codice. Eadem manus quæ Eustathio vocabula pessima dedit, δῶρα ἄδωρα, bona etiam ei largita est, sed quæ non scripsit. Idque eo magis sedula cura notandum est, quod *exemplis* Eustathianis nuper viri docti usi sunt, quæ re vera non sunt Eustathiana. Epist. 7, p. 317, 70, editum verbum ἀδελφονοεῖν non est in codice scriptum, qui duo exhibet vocabula, ἀδελφὰ νοεῖν, nitidissime divisa. Epist. 39 non γεροντιαίαν ἐν νεότητι φρόνησιν, sed γεροντικήν, notius epithetum, in codice reperi.

(87) Φρονήσει δὲ μᾶλλον] « Minime vi aut armis. Astutiam agnoscit Hyginus cap. 141 : *Ulysses astutia sua cum præternaviga-*

visset scopulos in quibus morabantur, præcipitarunt se in mare. Vide Odysseam M. ». BA. De Ulysse et Sirenibus potest conferri Simoc. Epist. 82; et locus similis infra p. 103.

(88) T Ba, οὐ ποικιλία... κομμωτικῆς ὑπο διεσκεδασμένη. D, κομμ. ὑποδιασκεδασμένη. AB, κ. ὑπὸ διεσκευασμένη. C, κομμωτικῆ ὑπο διεσκευασμένην. Ad marginem conjector in C, ἴσ. ὑπογραφῇ διεσκευασμένην. Nolebat vir d. κομμωτικῆς incedere sine nomine. Sed sic κομμωτικὴ apte dicetur ut alia artium vocabula. Locus est Platonis classicus in Gorgia § 42. Sic scripto loco, διεσκευασμένην pertinet ut γυμνὴν ad ἀλήθειαν, quod miror non vidisse Ducæum, qui codice C utebatur, et tamen locum pejus edidit quam Tarinus. Potest conferri magnus Basilius Hom. 23, p. 186, D: μὴ ἐπαισχυνώμεθα τὴν ἀλήθειαν· μὴ τοὺς ἔξωθεν μυθοποιοὺς μιμώμεθα· μὴ περιστέλλωμεν τὴν ἀλήθειαν εὐπρεπείᾳ ῥημάτων· γυμνὴ ἡ ἀλήθεια, ἀσυνηγόρητος, αὐτὴ ἑαυτὴν δεικνῦσα. — Γυμνὴν παντὸς προκαλύμματος] « Cyrillus Glossario : προκάλυμμα· *prætextum, præstigium, velamentum* ». BARTH.

(89) Στωμυλίας] « Idem : Στωμυλίαι· *argutiæ* [Addit : « singulare non habet »; quod hoc ipso loco refellatur]. Στωμύλος· *facundus, lepidus, dicax.* Theophilus lib. 1 contra Autol. [initio] : στωμύλον μὲν οὖν στόμα καὶ φράσις εὐεπὴς τέρψιν παρέχει καὶ ἔπαινον πρὸς κενὴν δόξαν ἀθλίοις ἀνθρώποις ἔχουσι τὸν νοῦν κατεφθαρμένον. Hesychio στωμύλος, ὁ λάλος, πιθανολόγος, εὐτράπελος τῷ λόγῳ· στωμύλλεσθαι, τρανῶς λαλῆσαι· στωμυλῶν, λαλῶν : cujus postrema vocula corrupta est; addenda enim vocula, ἡδὺ λαλῶν vel εὖ λαλῶν. Pollux lib. 2, cap. 4 [§ 101] : στομώδη, τὰ εὔστομα καὶ εὔφημα· lib. 5, cap. 45 [§ 161] : κομψῶς, χαριέντως, στωμυλῶς. Quanquam στωμυλίαι etiam φλυαρίαι. Vide Scholiasten Aristophanis [Ran. 866, explicantem στωμυλιοσυλλεκτάδη per ὁ πολυλογίας συλλέγων]. Utique tamen recte corrigitur Hesychius, sine adjectione omnem loquelam huic voci perperam adaptans; aut enim in bonam aut malam partem expresse sumitur. Suidas amborum exempla producit ». BA.

(90) Ὑμέτερα φροῦδα] « Hesychius : φροῦδα· ἀφανῆ, ἄφαντα, φρυγανώδη. Suidas : φροῦδα· ἀφανῆ, ἄφαντα... Etymologicon : φροῦδοι· παντελῶς ἀφανεῖς, ἔρημοι, οἷον ἀπεληλυθότες, ἔκδημοι· καὶ φροῦδα, τὰ ἀφανῆ καὶ ἄφαντα. *Frivola vestra* dicant Latini ». BA.

(91) Μηδὲν τῶν ἀραχναίων ὑφασμάτων διαφερούσας] « Ad hunc modum Aristo τοὺς λόγους διαλεκτικῶν τοῖς τῶν ἀραχνίων ὑφάσμασιν εἴκαζεν, οὐδὲν μὲν χρησίμους, λίαν δὲ τεχνικούς [ap. Stob. tit. 82, 15], ut Zaleucus leges [ibid. 45, 25] ». TAR. — « Proverbialis locutio super rebus maxime tenuibus et vilibus. Virgilius de Culicis poemate [v. 2] : *Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum*. Suidas : ἀράχνειον νῆμα, καὶ ἀράχνειος μίτος· περὶ τῶν λεπτοτάτων. Sic sacer codex in libro Hiobi cap. 8, [14] : *non ei placebit vecordia sua, et sicut tela aranearum fiducia ejus* [Adde 27, 18]. Martialis lib. 8, Epigr. 33, [15], catalogo rerum tenuium : *Nec vaga tam tenui discursat aranea tela; Tam leve nec bombyx pendulus urget opus* ». BA. Isai. 59, 5 : ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι. Joannes Vita Barlaam in meis Anecd. t. 4, p. 338 : ἀποτίθεται διάδημα καὶ ἁλουργίδα, τῶν ἀραχνίων ὑφασμάτων εὐτελέστερα ταῦτα λογισάμενος. Gregorius Naz. t. 2, p. 146, D : κόσμον ἅπαντα ἶσον ἀραχναίοις νήμασιν αἰὲν ἔχειν. Idem Orat. 23, p. 423, 1 : διάπτυέ μοι... τὴν μικρολογον σοφίαν, καὶ διάπτυε πλέον ἢ τὰ τῶν ἀραχνίων νήματα. Idem in Tollii Insign. p. 84 : Στροφὰς πλέκοιτε· ἰσχύοιτ' ἀραχνίοις Δεσμεῖν τὰ κοῦφα καὶ περιπλανώμενα. Joannes Chrys. de variis fortunæ bonis in Eutrop. init. : ἀράχνη ἦν καὶ διεσπάσθη. Idem de eisdem Orat. in Pauli laudem 2, p. 42 : οὐδὲ γὰρ ἀράχνην ταῦτα εἶναι ἐνόμισεν· « etenim ne aranearum quidem telam ea esse reputavit ». Joannes Climacus Scala p. 294 : ἡμᾶς ὡς ἀράχνην λελογίσθη. Theophanes Nicænus Epist. 1, p. 8 : ταῦτα πάντα τὰ ποικίλα καὶ χαλεπὰ ὡς ἱστὸν ἀράχνης διαῤῥήξει καὶ ἀφανίσει. Adde Matth. Caryophyllum Confut. Nili p. 4; Stanl. ad Æsch. Suppl. 894; Erasm. Adag. 1, 4, 47; Jun. Adag. 2, 32.

(92) Συνάπτεσθαι] « Velut adfixum ipsi. Sæpe hoc verbo utitur et abutitur Nonnus ». BA. Cf. pp. 88, 14; 122, 17; 134, 15.

(93) Οὐ πρὸς ἀγαθοῦ τὸ... ἁρμοσθὲν εὖ λύειν] « Eadem sunt in Theophrasto Æneæ [ubi vide n. 459]. Non antem exigentur e nobis hæ rationes, hoc quidem opusculo. Veterum scita habes in Stobæi Eclogis physicis et ipsis philosophis magnariis eorumque interpretibus ». BA. Eadem sunt et supra in Zacharia : vide n. 62.

(94) C, καὶ ὅτ' ἀμφότερα. Ba, ABC, ἄρ' οὖν. ABT Ba, ἢ οὔ; συνωμολόγησε. D, ἢ οὔ; συνωμολόγησας. C, ἢ οὐ συνωμολόγησας.

(95) Ἐπιστήμων τοῦ καλοῦ] « Perfectam notitiam ejus quod sit omnium optimum ipsumque deum maxime deceat. τὰ ἐπιστήμων sinu gerit, potentem scientiam et scientem optima potentiam ». BA.

(96) Ἐν χρόνῳ] « In ordine et modo, ad quem omnia mundana sunt constituta. Tempus enim cum mundo cœpit, cumque mundus peribit, nec jam ipsum superit. Intelligit simul successiones et decessiones creaturarum, statuto singulis tempore. Sic loquuntur cum energia quadam sacræ litteræ; et philosophi christiani sæpius *sæculum* in ore habent ». BA.

(97) Φθόνου πάθος] « In bonam naturam non cadit teterrima labes invidiæ, quam penetrat, humanitate expellit et in diabolicam transmutat, scito Beati Chrysostomi. In Nostri sententiam pulcre Galenus lib. 12 De usu partium [p. 502, 14] : ἀγαθῷ οὐδενὶ περὶ οὐδενὸς φθόνος. Et Plutarchus libro De fato [c. 9]. De deo Plato in Timæo [p. 30 : ἀγαθὸς ἦν·] ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε φθόνος· τούτου δ' ἐκτὸς ὤν, πάντα ὅτι μάλιστα ἐβουλήθη γενέσθαι παραπλήσια ἑαυτῷ. Quam sententiam innuit et repetit Philo Σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον [§ 2] : ἐπειδὴ δὲ, κατὰ τὸν λιγυρώτατον Πλάτωνα, φθόνος ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται, θειότατόν τε καὶ κοινωνικώτατον σοφία συγκλείει οὐδέποτε τὸ ἑαυτῆς φροντιστήριον. Nota diverbialis locutio [ap. Diogenian. 3, 23] : ἄφθονοι αἱ τῶν Μουσῶν θύραι ». BA. Cf. n. 63, et ad Æn. n. 461.

(98) Ποιητής] « Non est opus vitari latinam vocem *factoris*, cum ea utatur Tertullianus Apolog. cap. 11 : *ceterum si nemo esset qui deos faceret, frustra præsumitis deos factos auferendo factorem.* Prudentii, Prosperi, Sedulii, Alcimi Aviti, Fortunati, loca notavit G. Fabricius ad Poetas Christianos. Cyrillus in Glossario : ποιητής, ὁ κατασκευαστής, *factor*. Onomasticon vetus : *Factor*, ποιητής. Fl. Corippus libro 1, [340] : *Sed factor solis postquam sub sole videri Se voluit.* Prudentius [Adv. Symm. 1, 342] : *Haudquaquam soli datur a factore potestas.* Utuntur quinimo Cato libro De re rustica [cc. 64, 66], et Palladius [1, 6, p. 19], ut notatum Adversar. lib. 39, cap. 8 ». BA.

(99) Λόγος] « Ratio sive tenor divinæ bonitatis. Sic enim *ratio* ordinem etiam, seriem, denotat. Sic *ratio*, Epicuri doctrinæ omnis ordo, Lucretio [5, 56] ». BA.

(100) ATD, κἂν ὅτι βούληται δημιουργῇ. B, Ba, κἂν ὅτε βούλεται δημ. C, οὐκ ἂν ὅτε βούλεται δημιουργῇ. — « Ad oram libri regii [A, et sic ad oram B] : φησὶ καὶ ὁ ἅγιος Μάξιμος· ἐξ ἀϊδίου δημιουργὸς ὑπάρχων ὁ θεὸς, ὅτε βούλεται, δημιουργεῖ, λόγῳ ὁμοουσίῳ καὶ πνεύματι· καὶ μὴ εἴπῃς, τίνι λόγῳ νῦν ἐδημιούργησεν ὁ θεὸς ἀεὶ ἀγαθὸς ὑπάρχων; Sed hanc quæstionem nemo est fere de antiquitate patrum qui non disceptarit ». TAR. « Ad oram regii libri adscribebatur hoc scholium, cujus interpretatio jam in latina editione prodiit : φησὶ δὲ [non est δέ] καὶ ὁ ἅγιος M... δημιουργεῖ λόγῳ σὺν [non adest σύν] ὁμοουσίῳ......... » DUC.

(101) Καὶ μόνῳ] « Ut solius voluntatis suæ merito rationem habeat, nullius egeat consilio. Vitiata tamen vocula καὶ videatur ». BA. Statim C, καὶ οὐκ αἰσθάνῃ.

(102) Πᾶσα ἀνάγκη] Accessit πᾶσα ex C. Sic πᾶσα ἀνάγκη pp. 117, 22; 147, 17. Sed ἀνάγκη pp. 122, 19; 127, 8.

(103) TD Ba, τὸ ὑμέτερον. ABC, τὸ ἡμέτερον. — « Sermo est invito animo concedentis narrationi parum sibi gratæ. Distinctio sic collocanda est, ut nos hic scripsimus [scilicet, οὐκ οἶδα ὃν, τινά μοι τρόπον δοκεῖς εὖ λέγειν, male omnino] : *nescio quo, aliquo tamen modo mihi bene ratiocinari videris*. Πέπονθά τι· *aliqua tua ista doctrina commoveor ;* καὶ οὐ πάνυ σοι πείθομαι. Scribendum, adjecta una littera, existimo : καὶ οὐ πάνυ σοι ἀπείθομαι. Scite hominem fastuosum sic loquentem inducit, ut persuaderi etiam persuasus nolit, neque fateatur se ab eo doceri, quem longe ut sua eruditione inferiorem contemserat hactenus et tum quoque contemnebat ». BA. Non dicebant ἀπείθομαι. Si quid mutandum, velim legi : καὶ ὅμως vel καὶ ὡς οὐ πάνυ σοι πείθομαι. Nec displicet editorum emendatio, ὑμέτερον.

(104) C sine ὡς post φημί. — Πατήρ τε καὶ ὁ ἥλιος] « Per patrem pater, per solem effector aut conditor. Sic enim enarrantur hæc per sequentia, et sunt stolidissima, nec digna quibus exigendis in temet abeas. Simpliciter sensus sit : patrem et solem singulis hominibus suos esse opifices, non illum omnium creatorem deum, nisi remota caussa. Julianus imp. Hymno Solis [Orat. 4, p. 131] : ἡγοῦμαι, εἴπερ χρὴ πείθεσθαι τοῖς σοφοῖς, ἁπάντων ἀνθρώπων

εἶναι τοῦτον (τὸν ἥλιον) κοινὸν πατέρα· λέγεται γὰρ ὀρθῶς· ἄνθρωπος ἄνθρωπον γεννᾷ καὶ ἥλιος· etc. ». BA.

(105) ABTD Ba, ὁ καθέκαστον πατέρα. C, καθ' ἕκαστον πατήρ. Vertit tamen Genebrardus, quasi legerit πατήρ.

(106) C, σκητέον ὅτι δέ. Ba, ὡς ἐξ ὀστέων. — Μικρὰ ῥανὶς ὑγρότητος] « Principium hominis, a cujus consideratione in ineffabilem gloriam dei velut cœlo demissis gradibus ascendere possumus. Demonstramus humanæ insipientiæ ad tantæ sapientiæ considerationem imbecillitatem peculiari opere alibi. Hoc autem principium hominis pariter proposuerunt alii, ante et post istum Zachariam, scriptores. Grandes illos omnibusque notissimos non producam nunc. Zacharias noster infra hoc opere p. 149, 4: τουτὶ τὸ σπέρμα τὸ ἀνθρώπινον, τὸ ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς γυναικὸς καταβαλλόμενον ἄρα οὐ ῥανίδα τινὸς ὑγρότητος φὴς εἶναι... Æneas Gazæus in Theophrasto [p. 62, ubi n. 508]. Theophilus lib. 1 [§ 8] ad Autolycum: καὶ ἔπλασέ σε ἐξ ὑγρᾶς οὐσίας μικρᾶς καὶ ἐλαχίστης ῥανίδος, ἥτις οὐδὲ αὐτὴ ἦν ποτέ, καὶ προήγαγέ σε ὁ θεὸς εἰς τόνδε τὸν βίον. Spectant ad guttæ hujus simplicitatem Athenagoræ etiam verba De resur. mortuorum [§ 3]: ἧς γάρ ἐστι δυνάμεως καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς νενομισμένην ἄμορφον οὖσαν μορφῶσαι καὶ τὴν ἀνείδεον καὶ ἀδιακόσμητον πολλοῖς καὶ διαφόροις εἴδεσι κοσμῆσαι καὶ τὰ μέρη τῶν στοιχείων εἰς ἓν συναγαγεῖν, καὶ τὸ σπέρμα ἓν ὂν καὶ ἁπλοῦν εἰς πολλὰ διελεῖν, καὶ τὸ ἀδιάρθρωτον διαρθρῶσαι, καὶ τῷ μὴ ζῶντι δοῦναι ζωήν, τῆς αὐτῆς ἐστι καὶ τὸ διαλελυμένον ἑνῶσαι καὶ τὸ κείμενον ἀναστῆσαι. Ad eamdem enim omnipotentis sapientiæ admirabilem considerationem pertinent; ut et quod in Judæorum commentariis legimus, in Pirkhe Abhoth, ubi Mahaleelis filius Akibba ait: *o homo, contemplare animo tria, et a peccando abstinebis. Rimare unde veneris, quo sis abiturus, et ad cujus tribunal dierum tuorum rationem redditurus. Unde venisti in vitam? ex fœtente guttula. Quorsum recedes? ad pulverem et vermes. A quo censeberis? a rege regum, qui est deus benedictus.* Eadem sentit Hugo Sancti Victoris in Claustro animæ lib. 1: *nihil aliud est caro, cum qua tanta est societas, nisi spuma caro facta, fragili decore vestita; sed erit quandoque cadaver miserum et putridum et cibus vermium.* Item ibidem: *nihil aliud est homo quam sperma fœtidum, saccus stercorum, cibus vermium: post hominem, vermis; post vermes, fœtor et horror,* etc. Quæ rhythmica medii ævi carmina repe-

tiit ex Hugone isto Macabrus in Chorea Mortis. Plura nos alibi. Rem ipsam de ortu, generatione corporis, animæ, intra uterum maternum ex tenui humoris gutta a patre ejecta, vide latius exactam apud fratrem B. Gregorii Nazianzeni Cæsarium Quæstione 78, earum quas nuper [a. 1626] viri docti Augustæ Vindelicorum in lucem protulerunt ». BA.

(107) Ἐν τῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ] « Matricem hoc titulo cohonestat. Ejus descriptionem, post majores medicæ rei conditores, habes apud Aetium lib. 15, cap. 1. Sed veterum observationes nugæ sunt, præ iis quæ recentes animadverterunt, quorum ultimus cum primis, nisi si ante omnes, censendus est Caspar Bauhinus, amicus olim noster, cujus Theatri Anatomici librum primum consulas ». BA. Meminit Zacharias Philonis, qui Legat. § 8 : εἶτα ἐμὲ, τὸν καὶ πρὸ τῆς γενέσεως ἔτι κατὰ γαστρὸς ἐν τῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ διαπλασθέντα αὐτοκράτορα, τολμᾷ τις διδάσκειν, ἀνεπιστήμων ἐπιστήμονα;

(108) Τοῦτο δὴ τὸ μέγα, ὁ ἄνθρωπος] « Nihil elegantius libro Nemesii De homine, quem malunt post constitutum auctorem Casaubonus et alii Nysseno Gregorio adscribere [cf. n. 68], perperam, ut nobis alibi demonstratur [id tangit et ad Claudian. De raptu 1, 4]. Ad rem faciunt etiam Theophili Protospatharii et Rufi Ephesii libelli, cum infinitis medicorum commentariis. Sententias et scita veterum conferunt gnomologi, qui sua diligentia suspectos nos faciunt exscriptionum, nisi ad eos lectores remiserimus ». BA.

(109) Δημιούργημα ὂν τυγχάνει θεοῦ] « Tantumdem foret, si dixisset ἐστὶ θεοῦ. Et sic Plato sæpe. Initio Phædonis [§ 2] : ταῦτα δὴ πάντα προθυμήθητι ὡς σαφέστατα ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι, εἰ μή τίς σοι ἀσχολία τυγχάνει οὖσα. Abusione talium locutionum agnoscitur cadens ætas. Vix alius crebrior Procopio, quem non sine fastidio legas, tam necessarium alioquin scriptorem ». BA. Cf. n. 39.

(110) Πλάτωνι πειστέον] Vide Timæum p. 38. Infra C, ἡγοῦμαι, pro ἐγῷμαι.

(111) Εἰ θεὸς ὁ ἥλιος] « Magnæ partis terrarum orbis persuasio, adeoque totius olim orientis; nec sine caussa plane. Oculis enim

et sensibus nihil divinius sole incurrit, ubi ratio occaecata suis momentis uti non potest. Dux siderum, elementorum princeps, veniens reducit, abiens removet omnia, ipsum spiritum, si plane absit. Ratio contra ministerium in poenam et praemium agnoscit, nec suo arbitrio ignem ignium principem constare, sed ad praescriptos limites, lege caeterorum coelestium, numeris, spatiis, modis, regulis definitis contineri. Hymnos soli scripserunt aliquot graeci poetae; inter latinos unum Martianus Capella, quos si exigere atque illustrare volueris, mirifice amplam materiam commentandi illustrandique ejus officii invenies ». BA.

(112) C, συγχωρήσαιτο ὁ Πλάτων. In reliquis, συγχωρήσοιτο Πλάτων. Malim, συγχωρήσαι ὁ Πλ. — Ἐν τῷ Φαίδωνι: scilicet § 13: ἐὰν ὅτι μάλιστα μηδὲν ὁμιλῶμεν τῷ σώματι μηδὲ κοινωνῶμεν, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, μηδὲ ἀναπιμπλώμεθα τῆς τούτου φύσεως, ἀλλὰ καθαρεύωμεν ἀπ' αὐτοῦ, ἕως ἂν ὁ θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς. — Ἀναπίμπλασθαι τῆς τοῦ σώματος φύσεως] «Puram a corporeis affectibus et curis animam continere, quoad summa ope niti possis. Platonis verba et rationes omnibus in promtu sunt. Eleganter Basilius Magnus similitudine librae [Homil. Mor. p. 408]: ὥσπερ ἐν ταῖς ῥοπαῖς τῶν ζυγῶν, ἐὰν μίαν καταβαρύνῃς πλάστιγγα, κουφοτέραν πάντως τὴν ἀντικειμένην ποιήσεις· οὕτω καὶ ἐπὶ σώματος καὶ ψυχῆς, ὁ τοῦ ἑτέρου πλεονασμὸς ἀναγκαίαν ποιεῖ τὴν ἐλάττωσιν τοῦ ἑτέρου. Ἀναπίμπλασθαι nimiam abundantiam denotat quae gravat animam [cf. n. 123 ad Æneam]. Ut Servator Opt. M. in Evangelio una omnia complexus dicit Lucae 21, v. 34: προσέχετε ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερίμναις βιωτικαῖς. Nihil non continetur his verbis corporis ergo animam oppugnans ». BA.

(113) Μὴ δεῖν ἐξάγειν ἑαυτόν]. «Multa huc pertinentia M. Antoninus De vita sua [3, 1; 5, 29]; Lactantius lib. 3, cap. 18, lib. 6, cap. 17; Macrobius lib. 1 In Somnium Scipionis cap. 13; Plato Phaedone [§ 6]; Nazianzenus multis locis; Cassianus Collat. lib. 2, cap. 5; J. Stobaeus Serm. 116 [tit. 119, 16..] et Eclogis Ethicis [2, c. 7, p. 266]; Plotini excerpta ex libro περὶ ἐξαγωγῆς [Enn. 1, libr. 9], nisi si illud deficientis libri argumentum est; Cicero Tusc. Quaest. lib. 1 [c. 30]; Valerius Maximus lib. 2, cap. 6 [§ 8]; Salvianus lib. 6 [p. 136, 10]. Heliodorus lib. 2 [c. 29]: τὸ δὲ θεήλατον τοῦ κακοῦ μὴ φέρων, ἐμαυτὸν μὲν οὐκ ἐξάγω τοῦ βίου, τοῖς θεολογοῦσιν ὡς ἀθέμιτον

τὸ πρᾶγμα πειθόμενος· ὑπεξάγω δὲ τῆς ἐνεγκούσης, καὶ τὴν ἐρημίαν τῆς οἰκίας ἀποδιδράσκω. Zoroaster [Orac. p. 18] : Μὴ ἐξάξῃς, ἵνα μὴ ἐξιοῦσα ἔχῃ τι. Psellus in Commentario [p. 61] : μὴ ἐξάξῃς γάρ, φησίν, ἵνα μὴ ἐξίῃ ἔχουσά τι· τουτέστι μὴ προαναιρῇς σαυτὸν τοῦ φυσικοῦ θανάτου, κἂν πάνυ πεφιλοσόφηκας· οὔπω γὰρ τῆς τελειοτάτης καθάρσεως ἔτυχες· ἔνθεν καὶ ἀφιπταμένη ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος διὰ τῆς τοιαύτης ἐξαγωγῆς ἔχουσά τι τῆς θνητοειδοῦς ζωῆς ἔξεισιν· εἰ γὰρ καὶ ὡς ἐν φρουρᾷ τῷ σώματι ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, ὥσπερ [codd. 1182, 2109 : ὡς που] δὴ καὶ Πλάτων εἴρηκεν ἐν ἀπορρήτοις λόγοις ἄνωθεν τὴν δόξαν [codd. τὴν ἄνω δ.] μεμαθηκώς, ἀλλ' οὐ δεῖ ἑαυτὸν ἀποκτεῖναί τινα [codd. ἀποκτιννύναι τ.], πρὶν ἀνάγκην ὁ θεὸς [codd. sine ὁ, qui articulus inest loco Platonis Phæd. § 6] ἐπιπέμψῃ. Καὶ κρείττων ἡ ἐξήγησις αὕτη τῆς προτέρας καὶ τῷ χριστιανικῷ λόγῳ συμβαίνουσα. Desperationem inanem talium hominum pulcre demonstrat Hierocles in Aurea Carmina [p. 162] : metu enim ultionis malorum scelerum cupiunt morte abolere ipsam animam; sed in altiora sese hinc mala præcipitant : εἰς αἴσθησιν τῶν εἰργασμένων ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἑλκόμενον στρεβλοῦσθαι τὴν ψυχήν, καὶ δειμαίνειν τὰ ἐν ᾅδου κολαστήρια, καὶ μόνην ἴασιν εὑρίσκειν τὴν εἰς τὸ μὴ εἶναι καταφυγήν, ὅθεν αὐτῷ παρίσταται κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶσθαι, φθορᾷ τῆς ψυχῆς τὴν κακίαν παραμυθουμένῳ καὶ τὴν μετὰ θάνατον οὐδένειαν ἑαυτοῦ καταψηφίζεσθαι φυγῇ τῶν τῆς κρίσεως πόνων· οὐ βούλεται γὰρ ὁ κακὸς ἀθάνατον εἶναι τὴν αὐτοῦ ψυχήν, ἵνα μὴ ὑπομείνῃ τιμωρούμενος· καὶ φθάνει τὸν ἐκεῖ δικαστήν, θάνατον ἑαυτοῦ καταψηφιζόμενος... Phavorinus apud Stobæum [tit. 119, 16] : *Theodorus Cythereus nullam satis magnam caussam sapienti esse dicebat ad vitam finiendam, quod hac ratione probabat : istum enim, qui casus humanos contemnit, vitam propter eos relinquere, quo modo non contrarium fuerit illi, qui nihil bonum quam honestum et solum malum turpe asseruit?* Speusippum [et id ex Stobæo tit. 119, 17] cruribus defectum Diogenes hortabatur ut se ipsum vita privaret; cui ille, Non cruribus, inquit, vivimus, sed mente. Pœnas illas inferorum, quas proposuit nobis modo Hierocles, confirmant etiam alii Pythagorici, ut Euxitheus apud Athenæum lib. 4 [c. 45] : Εὐξίθεος ὁ πυθαγορικὸς ἔλεγεν ἐνδεδέσθαι τῷ σώματι καὶ τῷ δεῦρο βίῳ τὰς ἁπάντων ψυχάς, τιμωρίας χάριν, καὶ διειπάσθαι τὸν θεὸν ὡς, εἰ μὴ μενοῦσιν ἐπὶ τούτοις ἕως ἂν ἑκὼν αὐτοὺς λύσῃ, πλέοσι καὶ μείζοσιν ἐμπεσοῦνται τότε λύμαις· διὸ πάντας, εὐλαβουμένους τὴν τῶν κυρίων ἀνάτασιν, φοβεῖσθαι τοῦ ζῆν ἑκόντας ἐκβῆναι. Joannes Sarisberiensis De nugis curialium lib. 2, cap. 26 [p. 140] : *licet in eo erraverit* (Cato), *quod auctoritate propria vitæ munus abjecit; quod, non modo fidelium institutis,*

sed constitutionibus gentium et sapientissimorum edictis constat esse prohibitum. Veteris quidem philosophiæ principes Pythagoras et Plotinus prohibitionis hujus non tam autores sunt, quam præcones; omnino illicitum esse dicentes quemquam militiæ servientem a præsidio et commissa sibi statione discedere, citra ducis vel principis jussionem. Plane eleganti exemplo usi sunt, eo quod militia est vita hominis super terram. Quid si contra jubeant oracula vatum vel responsa Pythonis? procul dubio minime audiendi sunt, quia cum periculo innocentiæ nemo cuiquam debet fidem. Apuleius Dogmate Platonis [lib. 2, p. 25] : sapiens corpus non relinquet, *invito deo; nam, etsi in ejus manu est mortis facultas et quamvis sciat se terrenis relictis consecuturum esse meliora, nisi necessario perpetiendum esse istud lex divina decreverit, accersire tamen eum mortem non debere.* Eadem sententia est summi philosophi Marci imperatoris, qui nequaquam patrandam sibi mortem concedit, vovendam vero multis locis ingerit, ne scilicet vel delirio vel errore, vel denique malitia quis ante excessum e vita se ipso indignum aliquid committat ; lib. 9 [§ 3] : ὁρᾷς ὅσος ὁ κόπος ἐν τῇ διαφωνίᾳ τῆς συμβιώσεως, ὥστε εἰπεῖν· θᾶττον ἔλθοις, ὦ Θάνατε, μή που καὶ αὐτὸς ἐπιλάθωμαι ἐμαυτοῦ. Initio lib. 3 : οὐχὶ τοῦτο μόνον δεῖ λογίζεσθαι, ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπαναλίσκεται ὁ βίος καὶ μέρος ἔλαττον αὐτοῦ καταλείπεται· ἀλλα κἀκεῖνο λογιστέον, ὅτι, εἰ ἐπὶ πλέον βιῴη τις, ἐκεῖνό γε ἄδηλον, εἰ ἐξαρκέσει ὁμοία αὖθις ἡ διάνοια πρὸς τὴν σύνεσιν τῶν πραγμάτων καὶ τῆς θεωρίας τῆς συντεινούσης εἰς τὴν ἐμπειρίαν τῶν τε θείων καὶ τῶν ἀνθρωπείων. Ἐὰν γὰρ παραληρεῖν ἄρξηται, τὸ μὲν διαπνεῖσθαι καὶ τρέφεσθαι καὶ φαντάζεσθαι καὶ ὁρμᾷν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα οὐκ ἐνδεήσει· τὸ δὲ ἑαυτῷ χρῆσθαι καὶ τοὺς τοῦ καθήκοντος ἀριθμοὺς ἀκριβοῦν καὶ τὰ προφαινόμενα διαρθροῦν, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ εἰ ἤδη ἐξακτέον αὑτὸν ἐφιστάνειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα λογισμοῦ συγγεγυμνασμένου πάνυ χρῄζει, προαποσβέννυται. Χρὴ οὖν ἐπείγεσθαι, οὐ μόνον τῷ ἐγγυτέρω τοῦ θανάτου ἑκάστοτε γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τὴν ἐννόησιν τῶν πραγμάτων καὶ τὴν παρακολούθησιν προαπολήγειν. Et alibi pluries. Sed hæc nos ab instituta sententia quodam modo seducunt. Epictetus in persona præceptoris assumta lib. 1 Dissert. cap. 9 [16] : ἄνθρωποι, ἐνδέξασθε τὸν θεόν· ὅταν ἐκεῖνος σημήνῃ καὶ ἀπολύσῃ ὑμᾶς ταύτης τῆς ὑπηρεσίας, τότ' ἀπολύεσθε πρὸς αὐτόν· ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος ἀνάσχεσθε ἐνοικοῦντες ταύτην τὴν χώραν εἰς ἣν ἐκεῖνος ὑμᾶς ἔταξεν· ὀλίγος ἄρα χρόνος οὗτος ὁ τῆς οἰκήσεως, καὶ ῥᾴδιος τοῖς οὕτω διακειμένοις· μείνατε, μὴ ἀλογίστως ἀπέλθητε. Cicero Somnio Scipionis [Rep. 6, 8] : *piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis, nec injussu ejus, a quo ille*

est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus assignatum a deo defugisse videamur. Qui tamen secus in exemplo Catonis libro 1 De officiis [c. 31, 7] etc. Detestabile scelus talem cædem populis habitam docent pœnæ, ut carnificis convitium. Festus [De verb. signif.]: *carnificis loco habebatur, is qui se vulnerasset, ut moreretur.* In crucem acta cadavera. Plinius lib. 36, c. 15 [c. 24, 5]. Et ex Servio Scaliger ad Festum. Isidorus Pelusiota lib. 5, Epist. 287: ὁ τὴν ψυχὴν βιαίως χωρίζων ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ ἢ ἀγχόνῃ ἑαυτὸν παραδιδοὺς ἢ σφαγῇ, πῶς συγγνωσθήσεται; τοὺς τοιούτους γοῦν καὶ ἐπαράτους καὶ ἀτίμους καὶ μετὰ θάνατον οἱ παλαιοὶ ἡγοῦντο· καὶ τὴν χεῖρα ἀποκόψαντες τοῦ ἑαυτὸν χειρωσαμένου, ἔξω που τοῦ ἄλλου σώματος καὶ μακρὰν ἔθαπτον, οὐχ ὅσιον εἶναι νομίζοντες τὴν διακονησαμένην τῷ φόνῳ τῷ λοιπῷ σώματι συνοσιοῦν· εἰ δὲ ἡ χεὶρ παρὰ ἀνθρώποις δίκην καὶ μετὰ θάνατον ἀπῃτήθη, ἡ ψυχὴ, ἡ καὶ τὴν χεῖρα παρορμήσασα, ποίας τεύξεται συγγνώμης; Auctor Isidoro Æschines, cujus hæc sunt verba Contra Ctesiphontem [§ 212]: καὶ γὰρ ἂν εἴη δεινὸν, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ τὰ μὲν ξύλα καὶ τοὺς λίθους καὶ τὸν σίδηρον, τὰ ἄφωνα καὶ τὰ ἀγνώμονα, ἐάν τινα ἐμπεσόντα ἀποκτείνῃ, ὑπερορίζομεν, καὶ, ἐάν τις αὑτὸν διαχρήσηται, τὴν χεῖρα τὴν τοῦτο πράξασαν χωρὶς τοῦ σώματος θάπτομεν ». BA. De αὐτοφονίᾳ quam Stoici licere homini putabant adde Walch. ad Lact. 6, 17, p. 721. De ipsa loquutione ἐξάγειν ἑαυτὸν vide Rhoer. ad Porphyr. p. 64; Elsner. Observ. t. 1, p. 191; Abresch. in Misc. Observ. Nov. t. 6, p. 502; Victor. Var. Lectt. 6, 11; H. Stephan. Proodop. ad Senec. p. 14; Matth. ad Jo. Chrys. Eclog. p. 257; Warren. ad Hierocl. p. 211. Tandem de pœnis, quibus reprimebant illum voluntariæ mortis furorem veteres, multa notavi ad Anecd. t. 2, p. 297. Sed ab ea quæstione non prius discedam, quam commemoraverim Olympiodori e commentario in Phædonem locum, quem nuper, in Diario erudit. a. 1835, p. 113, protulit vir in studiis philosophicis magni nominis Cusinus: ὅτι εἰ παρὰ γνώμην θεῶν ἐξάγομεν, αὐτοκίνητός ἐστιν ἡμῶν ἡ ψυχή· οἰκεία γὰρ ὁρμή· καὶ εἰ τιμωροῦται [imo τιμωροῦνται] ἡμᾶς, αὐτοκίνητοί ἐσμεν· ἑτέρωθεν γὰρ ἀναγκαζομένων ἐστὶν ἡ ἐπιτίμησις. Evidentissime legendum esse ait vir doct. οὐκ ἔστιν ἡ ἐπιτίμησις, etsi negatione careant tres quos consuluit codices. Equidem negationem sententiæ contrariam esse reor. « Supplicium ad eos pertinet », Olympiodorus ait, « qui aliunde necessitatem ac vim patiuntur », non ex sese; ex cupiditatibus scilicet et affectibus quibus se mancipati sunt, non ex sua ipsorum natura ac primitiva constitutione. Quod et videtur

firmare fragmentum Olympiodori proximum : ὅτι τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν ὅσον [an ὅσῳ?] μᾶλλον δουλεύει τοῖς θεοῖς, τοσούτῳ μᾶλλον ἐνεξουσιάζει πλείοσιν· ὅσον δὲ ἐκείνων ἀφίσταται πρὸς ἑαυτὸ, τοσούτῳ μείζονος ἀ... [an μειζόνως ἀφίσταται vel ἀποκλίνει?] πρὸς τὴν ὄντως ἑτεροκίνητον δουλείαν.

(114) Διὰ Σωκράτους] « In Phædone, ex Pythagora qui *injussu imperatoris, id est dei, de præsidio et statione vitæ decedere vetat :* Cicero Catone [20] ». TAR.

(115) Φεύγειν τὸν δεσμώτην καὶ τὸ δεσμωτήριον] « Δεσμώτης vinctum significat, non eum qui vinxit; nisi forte τὸν δεσπότην scripsit Zacharias, hoc est *dominum.* Nam et Plato in Phædone p. 337 [§§ 6, 7] ita loquitur : ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν οὐδ' ἀποδιδράσκειν· ἀλλ' ἀνόητος μὲν ἄνθρωπος τάχ' ἂν οἰηθῇ ταῦτα φευκτέον εἶναι ἀπὸ τοῦ δεσπότου, καὶ οὐκ ἂν λογίζοιτο ὅτι οὐ δεῖ ἀπό γε τοῦ ἀγαθοῦ φεύγειν, ἀλλ' ὅτι μάλιστα παραμένειν : *nos homines sumus in quadam custodia, neque decet quemquam ex hac se ipsum solvere neque aufugere; sed demens aliquis forsitan id putaret, fugiendum scilicet a domino, neque cogitaret non esse id quod bonum est fugiendum, sed in eo maxime permanendum.* Profert eumdem locum Platonis Theodoretus lib. 8 [p. 601] De curatione græcar. affect. : ἵνα μή τις εὐαγὲς ὑπολάβῃ τὸ βίᾳ τινὶ καὶ ἀνάγκῃ ἑαυτὸν ἐντεῦθεν ἐξαγαγεῖν : *ne quis æquum sanctumque existimet, violentas sibi manus inferendo, seipsum ex hac vita extrudere* ». DUC. Non improbabilis conjectura, et forsan dixerit quis ei favere vitium scripturæ codicis A, δεσμότην. Malim tamen, si quid mutandum, delere καί : μήτε φεύγειν τὸν δεσμώτην τὸ δεσμωτήριον. Nam placet non tolli lusum nominum, qui est in δεσμώτην δεσμωτήριον. Maximus Tyr. Diss. 13, 5 : οἷον εἰ καὶ δεσμώτην ἐννοήσαις ὁρῶντα σηπόμενον καὶ διαρρέον τὸ τειχίον τοῦ δεσμωτηρίου, ἀναμένοντα τὴν ἔκδυσιν καὶ τὴν ἐλευθερίαν τοῦ εἱργμοῦ. Sed et affertur δεσμώτης ἀντὶ τοῦ καὶ αὐτὸς ὁ δεσμῶν in scholiis ad Ajacem 105 et Suidæ Lexico ex Cratini fabula. Quæ tamen auctoritas in Zachariæ Scholastici oratione parum valeret. Valebit magis Gregorius Naz., cujus est versiculus in Tollii Insignibus p. 104 : Τί με κρατεῖς, δεσμῶτα, τὸν ἐλεύθερον;

(116) Νοερόν τι χρῆμα] « Intellectuale aliquid. Non vertam cum interprete [*intellectum;* sed Genebrardus, *intelligentem*]. Stoicis deus

σῶμα νοερὸν καὶ νοῦς ἐν ὕλῃ, teste Laertio [7, 147?]; Posidonio [apud Stob. Eclog. l. 1, c. 3, 28, p. 58] πνεῦμα νοερὸν καὶ πυρῶδες, οὐκ ἔχον μορφήν· Democrito [Plut. De placit. 1, 8; Stob. ibid. p. 56] ψυχὴ τοῦ κόσμου ἐν πυρὶ νοερῷ καὶ σφαιροειδεῖ. Cujus generis multa ex placitis veterum theologorum, philosophorum, poetarum, constipari nullo negotio possunt. Ipse infra ἄϋλον καὶ μακάριον φῶς dicit p. 92, 21 ». BA.

(117) Περιγραφῆς πάσης ἐλεύθερον] « Nulla linea circumduci valentem. Quod pulcre prædictum Prudentio nostro Apotheosi [809]: *deus ingens Atque superfusus trans omnia, nil habet in se Extremum, ut claudi valeat sensuve teneri. Incomprensa manet virtus, cui linea desit Ultima, quam spatium non mensurabile tendit.* Ausonius [Orat. 3]: *Principio extremoque carens, antiquior ævo Quod fuit aut veniet, cujus formamque modumque Nec mens complecti poterit nec lingua profari.* De deo quæ porro hic dicuntur, si exemplis diducerentur, longe ampliorem Zachariæ Dialogo commentarium conficerent ». BA.

(118) Σώμασιν ἀμιγές] « Vox σώμασιν non placet hoc loco. Quivis enim spiritus et quævis creatura σώμασιν ἀμιγὴς aliquo modo dici possit. Præterea de deo sequitur: καὶ παντὸς ὄγκου καὶ ποιοτήτων καὶ ποσοῦ κεχωρισμένον, ὡς ἀσώματον. Non muto tamen. De incorporeo deo mira philosophatur Tertullianus [vide Pamelii Paradoxa Tertulliani § 15], quem secutum Faustum Reiensem refutat Claudianus Mamertus; in quo scriptore plus philosophiæ est quam illi sæculo accredas ». BA.

(119) C, ἀγέννητον καὶ πάντων διαφέροντα. Ceteri, ἀγένητον... διαφέρον. Mox C, γεννητόν. Ceteri, γενητόν. Cf. nn. 73, 122, 282. Infra B, ναὶ μὴν καὶ γινόμενον. ATD Ba, ναὶ μὴν γιν. C, ναὶ μὴν γεννώμενον. Statim B, τρόπων.

(120) Ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν] « Quod ita vertit vir doctissimus Jo. Tarinus: *et revera nunquam eodem modo se habere.* Sic autem addendum esset ὡσαύτως post ὄν. Montacutius mavult auctorem de sole loqui platonico more, quippe quod non esset deus, quem solum ὄντως ὄντα agnoscit Plato, ut in loco illo Timæi infra

p. 111, 22: γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν: *quod efficitur et interit, revera autem nunquam existit.* Paulo post omisit interpres [Genebrardus] illud κἀκείνου δεόμενον· itaque scribendum: *pendens, eoque indigens sive ut existat, sive ut subsistat* ». DUC. « Dubito an is sensus sit, quem doctissimus interpres transtulit, videlicet nunquam non vario statu esse. Dei solius est ὄντως esse; et sic Theophilus ad Autolycum [l. 2, c. 3], aliique christiani doctores, nempe quia ille substantialiter per se, ex se, et secum existens, nec tempus, nec modum ullum, nec variationem incipiendi, permanendi, perennandi admitteret. Hoc soli negat, et merito exque re ipsa quidem, Zacharias noster. Sed præcedentia, cum ait τροπῶν τε καὶ ἐκλείψεων δοῦλον, faciunt ut minime aspernemur emendationem nostram, ὄντως δὲ οὐδέποθ' ἑόν· nunquam totum et constanter sui arbitrii, utpote alterius servum. Sic plana res est. Eodem ducunt quæ sequuntur: ἠρτημένον τῆς ἐκείνου προνοίας, κἀκείνου δεόμενον πρὸς τὸ εἶναί τε καὶ ὑφεστάναι. Littera una omnia turbarat». BA. Quod emendationis vocabulo decorat Barthius non græce dici poterit. Editam lectionem bene explicat cum Ducæo. Nomen τροπῶν emendationem non suadet. Infra p. 127, 2, eadem junctura: τῶν πεφυκότων τρέπεσθαι καὶ μὴ ὄντως ὄντων.

(121) Δίς γάρ τοι καὶ τρὶς καλόν...] « Platonicum, ut tota compositio et locutio. Repetitionis hujus usum ipse indicat pulcre p. 128, 7, τὸν αὐτὸν αὖθις γυμνάσωμεν λόγον... De sole autem tantum laboris sibi sumit Zacharias ex usu sæculi illius philosophiæ. Hujus enim antistites usque adeo solem pro deo habebant, ut pro unico cuilibet sermoni inferrent. Videbis infinita exempla apud Julianum Apostatam, Heliodorum, Proclum, Zosimum, et id genus alios ». BA. Plato ipsissimis verbis Gorg. § 117: καὶ δὶς γάρ τοι καὶ τρὶς φασὶ καλὸν εἶναι τὰ καλὰ λέγειν τε καὶ ἐπισκοπεῖσθαι. Ibi Heind. Adde Stalb. ad Phileb. p. 198; Schott. ad Zenob. 3, 33. Theodorus Prodr. in Notit. Mann. t. 7, part. 2, p. 247: Τιμᾶν γὰρ ἔγνων τὴν σοφὴν παροιμίαν, Τὴν δὶς τὰ καλά. Ibi Dutheil.

(122) C, ἀγέννητον, et mox γεννητόν. Et sic Ba. Editi verbum συνωμολόγησε dant Ammonio; sed sic debuit scribi, loquente ipso Ammonio, συνωμολόγησα. Posui συνωμολόγησε in parenthesi, dictum scilicet de Ammonio a Zacharia narratore.

(123) TD Ba, τὸν δὲ ἥλιον ἂν αἰσθητόν. ABC sine ἄν. Saltem scribendum fuerat ἀναίσθητον.

(124) Αὐτονομίαν] « Quidlibet statuendi quam sibi arrogant licentiam, arrogantiam. Αὐτονομίαν et πλάνην jungit alibi etiam Gregorius Theologus ». BA. Cf. p. 140, 19.

(125) TD Ba, ἀνάγκη γάρ... μυθολογοῦντες καὶ γιγαντιῶντες θεὸν ποιεῖτε· καὶ ἀγαθὸν ὁμολογεῖν τε καὶ παντὸς καλοῦ π. Sed voluit Tarinus scribi ὁμολογεῖτε. Notavit enim: « ὁμολογεῖ habebat regius codex: legendum ὁμολογεῖτε ». At regius codex A non habet ὁμολογεῖ, sed ὁμολογεῖν. Et sic B. Uterque etiam ἀνάγκη. Sequutus sum codicem C, in quo ποιεῖτε, correcto ποιεῖν τε a prima manu. — Ἀνάγκη γὰρ δή που] « Ironia aut sarcasmus. Quis enim tam stolidus, ut convictus in sententia tamen aut opinione permanere velit, velut necessitate aliqua coactus. Reapse tamen corruptum etiam quod in Zacharia hoc loci delitescere existimo. Μυθολογοῦντες: innata libidine fabulas comminiscendi. — Γιγαντιῶντες: dei naturam oppugnantes, dum illi eam adscribitis, qui deus, etiam vobis paullo ante confitentibus, minime esse potest. Omnis impietas in deum gigantea improbitate indicatur. Mendosus est hac voce Hesychius: Γιγαντία, ἠλαία τὸ πρότερον. Scribendum: Γιγάντία, ἡ Λυκαονία. Ut apud Eustathium commentario in Dionysium Periegeten [416]: ἰστέον ὅτι ἀπὸ Ἀρκάδος ὠνόμασται ἡ Ἀρκαδία, καὶ ὅτι καὶ Πελασγία ποτὲ ἐκλήθη καὶ Παῤῥασία καὶ Λυκαονία καὶ Γιγαντὶς καὶ Ἀζανία. Emendandus pariter Etymologici Magni collector: Γιγαντία, ἡ Λυκία: Λυκαονία [sed Λυκία, et in Hes. ἡ Λυκία, verum est. Cf. not. ad Marin. p. 97]. Etymon Gigantis a terra ductum, ut Orphei versibus ex octavo libro Sacri Sermonis docet idem Etymologus: Οὓς καλέουσι Γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν, Οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο. — Ὁμολογεῖν τε] Omnino scribendum cum doctiss. Tarino ὁμολογεῖτε, quod series sermonis facile indicavit ». BA. — Mox omnes, ἐπεισφρήσετε, quod mutavi in ἐπεισφρήσητε. — « Harpocration: εἰσφρήσειν, εἰσάξειν, εἰσδέξασθαι. Ἀντιφῶν, καὶ Δημοσθένης ἐν Φιλιππικῷ. Πολὺ δὲ τοὔνομα ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ ». BA. De hoc verbo notavi ad Anecd. t. 3, pag. 112.

(126) Τὸν ἰδιώτην π. βασιλέα] « Ut habiles ad sustinendum per-

sonam homines, non ut digni aut nobiles. Similia multa in scriptoribus. Petronius [c. 80]: *Grex agit in scena mimum; pater ille vocatur, Filius hic, nomen divitis iste tenet: Mox ubi ridendas inclusit pagina partes, Vera redit facies, dissimulata perit.* Hoc est regia persona deserit mendicum hominem, erudita idiotam. Vincentius Lirinensis Commonitorio [p. 337]: *cum actor tragicus sacerdotem effingit aut regem, sacerdos aut rex non est; nam, desinente actu, simul et ea, quam susceperat, persona desistit.* Seneca Epist. 76: *quæ, favente fortuna, in unum congesta sunt, dominis suis incumbunt gravia et illos semper premunt, aliquando et elidunt. Nemo, ex istis quos purpuratos vides, felix est, non magis quam ex illis quibus sceptrum et chlamydem in scena fabulæ assignant, cum, præsente populo, elati incesserunt et cothurnati; simul exierunt, excalceantur et ad staturam suam redeunt. Nemo eorum, quos divitiæ honoresque in altiore fastigio ponunt, magnus est. Magnus non est pumilio, licet in monte constiterit.* Lucianus Apologia pro mercede conductis [c. 5]: ἀλλ' οἱ μὲν τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς εἰκάσουσίν σε, οἵ ἐπὶ μὲν τῆς σκηνῆς Ἀγαμέμνων ἕκαστος αὐτῶν ἢ Κρέων ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς εἰσίν, ἔξω δὲ Πῶλος ἢ Ἀριστόδημος· ἀποθέμενοι τὰ προσωπεῖα, γίγνονται ὑπόμισθοι τραγῳδοῦντες, ἐκπίπτοντες καὶ συριττόμενοι, ἐνίοτε δὲ μαστιγούμενοί τινες αὐτῶν, ὡς ἂν τῷ θεάτρῳ δοκῇ». BA. Obiter notabo errorem qui inesse videtur Baluzii notæ in Vincentii locum: «sacerdotem effingit] ergo tum tragœdi et comœdi induebant palam ac publice personam episcopi, non secus ac aliorum hominum». Qui dicit sacerdotem, non episcopum dicit. Sed et sacerdotem intelligi par est de sacerdote ethnico, cujus frequentes fuerunt partes in antiqua tragœdia.

(127) Ἐκ μεταμελείας δημιουργία] «Quæ affingebant et exprobrabant, ut in æternitatem mundi concessis, astruerent deo inepti fatuique illi sophistæ. Tanguntur eadem in Theophrasto Æneæ Gazæi. Difficilis autem hujus intellectus, et transpositis terminationibus duarum vocum fortassis scribendum, καὶ ἐκ δημιουργίας μεταμέλεια. Arbitrentur docti: verisimilis enim res est». BA. Falsum esse Barthium ostendit ipse Zacharias p. 88, 24.

(128) Τῷ ἡλίῳ] «Dicebant tamen animas spargere solem. Julianus Imp. Orat. [4, p. 131]: ψυχαὶ δὲ οὐκ ἀπ' αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ

τῶν ἄλλων θεῶν σπείρειν εἰς γῆν· ἐφ' ὅ τι δὲ χρῆμα δηλοῦσιν αὐταὶ τοῖς βίοις οὓς προαιροῦνται». BA.

(129) Κορυβαντιῶντες] «Furentes instar Corybantum Matris deum, quorum furor notissimus. Hesychius : κορυβαντιώσης· μαινομένης. Indicat autem gesticulationem cum furore hoc verbum, ut qui saltarent furentes. Etymologus : κορυβαντιᾷ· μαίνεται, ὀρχεῖται. Sunt et dæmones Corybantes, talem furorem adflantes. Scholiastes Aristophanis in Vespas [8] : κορυβαντιᾷς· μαίνῃ· παρόσον οὗτοι οἱ δαίμονες μανίας καὶ ἐκθειασμοῦ εἰσὶν ἐμποιητικοί. Cultos in Samothracia docet idem ad Pacem [276]. Purgationum et expiationum præsides erant isti dæmones; unde κορυβαντισμοὺς καθαρισμοὺς exponit Hesychius. Corybantem deum, ut ne irascatur et diras phantasias inferat, Hymno [39] deprecatur Orpheus : χαλεπὴν δ' ἀποπέμπεο μῆνιν, Παύων φαντασίας ψυχῆς ἐκπλήκτου ἀνάγκης. Pariter de suis egregiis disputatoribus loquitur Æneas Gazæus [p. 72 cum n. 560] ». BA.

(130) TD Ba, ὀθνείων τῆς καταδημιουργίας. Sed est in A, τῆς κακοδημιουργίας. B, ὀθν. τῆς δημ. C, ὀθν. δημ.

(131) Hom. Il. 2, 204.

(132) Εἷς κοίρανος] «Utuntur ad unitatem in essentia divina laudandam hoc versu etiam alii Patres [v. c. Philo De mundo init. Cf. Duport. Gnomol. Homer. p. 10]. De ipsa dedita opera Justinus Cohortatione ad Græcos et libello De monarchia dei, Athenagoras Legatione pro Christianis. Supra ipsam unitatem deum esse sententia est Clementis Alexandrini lib. 1 Pædagog. c. 8 [§ 71] : ἓν δὲ ὁ θεὸς καὶ ἐπέκεινα τοῦ ἑνὸς καὶ ὑπὲρ αὐτὴν μονάδα. A quo scriptore, longe omnium christianorum eruditissimo antiquitatis humanæ, verum est ceu fonte perenni plurima in suos rivos duxisse omnes, qui post ipsum contra gentilitatem libros instituerunt. Etiam gentiles et christianis hostes scriptores deum ipsam esse unitatem dicunt. Julianus Imp. Orat. in solem [p. 132] de supremo deo : διὰ τῶν πάντων βασιλέα, περὶ ὃν πάντα ἐστίν· οὗτος τοίνυν, εἴτε τὸ ἐπέκεινα τοῦ νοῦ καλεῖν αὐτὸν θέμις, εἴτε ἰδέαν τῶν ὄντων, ὃ δὴ φημὶ τὸ νοητὸν σύμπαν, εἴτε ἕν, ἐπειδὴ πάντων τὸ ἓν δοκεῖ ὡς πρεσβύτατον : αὐτὴ δὴ οὖν

ἡ μονοειδὴς τῶν ὅλων αἰτία, etc. Vide Nostrum infra p. 100, 2 ». BA.

(133) Δημοκρατίαν δὲ τὴν ἄτακτον] « Nam in ochlocratiam ilico degenerat, cum *Procax libertas civitatem miscuit, Frænumque solvit pristinum licentia* [ut ait Phædrus 1, 2] ». TAR. Cf. similia Æneæ p. 42, 22.

(134) Omnes τῶν θείων. Est adscriptum in C ad marginem, τοῦ θεοῦ.

(135) Τὸ κάλλος τῆς μοναρχίας] « Quod sapienter Ostanes apud Herodotum [3, 80] : τριῶν προκειμένων, καὶ πάντων τῶν λέγω ἀρίστων ἐόντων, δήμου τε ἀρίστου καὶ ὀλιγαρχίης καὶ μουνάρχου, πολλῷ τοῦτο προέχειν λέγω· etc. *Plato monarchiam plane aperteque defendit* [verba sunt Lactantii loco mox citando]. Videndus Isocrates in Nicocle [c. 5]; Aristoteles 3 Polit. [c. 15]; Lactant. lib. 1 [c. 5] ». TAR.

(136) Ἰλιγγιῶντες] « Vertigine capti. Onomasticon : *vertigo*, ἴλιγξ. Ab inconstantia et circumactione per tot opiniones scite hoc dicit. Non enim stantibus, sed circumrotantibus se contingit hoc malum. Et quare id ? Cassius iatrosophista Quæst. 27 : ῥητέον ὅτι αἱ μὲν ἐπ' εὐθείας γενόμεναι κινήσεις οὐ κωλύουσι γίνεσθαι τὴν διαπνοὴν τῆς ὕλης, αἱ δὲ κυκλικαὶ οὐκ ἐῶσι γίνεσθαι τὴν διαπνοὴν, σφοδρότερον προσπίπτοντος τοῦ ἀέρος καὶ κωλύοντος γίνεσθαι ταύτην· ὁμοίως δὲ τῇ γενομένῃ κινήσει συμβαίνει καὶ τὰς ἐν ἡμῖν ὕλας κινεῖσθαι κυκλικῶς· συμφερόμεναι γὰρ τῷ σώματι καὶ μὴ δυνάμεναι διαπνεῖσθαι διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν, καὶ, παυσαμένου τοῦ τῆς κινήσεως αἰτίου, αἱ ὕλαι κινοῦνται κυκλικῶς, etc. Conveniunt stultividis his sophistis quæ vertiginis malum infert [an? *quæ vertigo mala infert*]. Inter enim crassas tenebras videntur sibi videre mirificos quosdam splendores vertiginosi, ut istud genus, quæ ante pedes sunt minime conspiciens, de rebus divinis splendores sibi arrogat. Aretæus Tardar. lib. 1, cap. 3 : σκοτώματος δὲ ἰδέα, βάρος τῆς κεφαλῆς, ὀφθαλμῶν μαρμαρυγαὶ ἐπὶ πολλῷ τῷ σκοτώδει, ἀγνωσίη ἑωυτέων τε [καὶ τῶν πέλας. Eos splendores marmorum maculis reddit Cœlius Aurelianus lib. 1 Tard. cap. 2 : *in passione constitutos repentina visus tenebratio atque nebula cum capitis vertigine consequitur, ut omnia secum moveri existiment : item ante oculos quosdam sentiunt marmorum maculis similes tractus, quos marmarygas Græci vocant, cum tamen conversis oculis omni ex parte non*

deserant visum. Quæ sane mira est interpretatio. Ultima autem Cœlii verba corrupta sunt, idem enim utique dicere voluerunt, quod ab Aretæo scriptum est. Scribe : *cum tamen conversis oculis omni ex parte* (per vertiginem videlicet oculis circumrotantibus) *condeserant visum :* condeserant ex omni simul parte. Sed et mirifica illa græcæ vocis translatio fortassis librariorum est, ut infinita loca omni lectioni utilissimi hujus auctoris. Quid enim marmorum maculis cum marmarygis Græcorum a luce, non marmore, descendentibus? Scripsit forte : *quosdam sentiunt armorum jaculis similes tractus* [plane perdit operam Barthius. Cœlius a sensu vocis μαρμαρυγὴ aberravit, et confudit maculas quæ oculis ægris sæpius objiciuntur cum lucidis scintillis; illæ maculæ visum non deserunt, quacumque parte oculi volvantur. Id dixit vel dixisse videtur]. Alii aranearum telas dicunt talium oculis per ipsas tenebras obversari [non per ipsas tenebras dicunt, puto]; quod sane sophistis istis nugivendis admodum etiam adcommodabile. Auctor vetus, sed mirifice interpolatus, et a Garimponto in fascem ex variis unum compactus, lib. 1, cap. 5 : *conspiciunt quasi omnia secum moveri; quosdam transitus lanæ vel aranearum texturas ante oculos transire putant, et ea quæ vident quasi duplicia sunt.* Si catalogis Bibliothecarum Cantabrigiensium apud Anglos fides, Warmipotus quidam cum nonnullis clericis vetustiores vel unum vel plures auctores in hoc compendium redegit. Sed nobis Garimponti titulus in aliis libris antiquis repertus minime de nihilo esse videtur, cum memoria suggerat Petrum Damianum medici sui ævi præstantis, cujus id fuerit vocabulum, mentionem facere. Et sane tale ævum epitomator aut corrector iste veterioris operis habuit, palam docente ignoratione græcorum verborum et ad eorum temporum usum interpretatione. Verba Petri illius, sanctissimi et, qua licuit per regnum dominantis barbariæ, eruditissimi viri, sunt libro 5, epistola 16 [p. 439], ut eas disposuit Constantinus Caetanus : *dicam quod mihi Guarimpotus senex, vir videlicet honestissimus, apprime litteris eruditus medicus, retulit.* Sic scriptum est in recenti editione modo dicti Constantini. At veterior Margarini Bignæi in Appendice Bibliothecæ [Patrum] Parisiensis editionis primæ p. 527, Guaripontum eum vocat. Unde non vana suspicio eumdem illum Waripotum esse quem catalogi anglicani afferunt. Notum enim quam eæ litteræ in Waltero et Gualtero, in Wilhelmo et Guilhelmo, aliisque unum negotium faciant ». BA.

Plus proderit producere Himeriana Ecl. 4, 26, ἰλιγγιῶντα τῇ ψυχῇ· ubi Wernsd. Dixerunt ἰλιγγιᾷν πρός τι Heliodorus, Maximus Tyr., Lucianus, apud Lennep. ad Phal. p. 35. Hic autem sic D. Mar. 9, 2, de Helle: ἀπιδοῦσα ἐς βάθος ἀχανὲς, ἐκπλαγεῖσα, καὶ τῷ θάμβει ἅμα σχεθεῖσα, καὶ ἰλιγγιάσασα πρὸς τὸ σφοδρὸν τῆς πτήσεως. Pro σχεθεῖσα, codex 1310 συσχεθεῖσα, quod Lennepianæ favet paululum conjecturæ συγχυθεῖσα, prorsus rejiciendæ. Adde n. 87 ad Æneam.

(137) C, συνιέναι. ABT et Ba, ἢ ὅτι τέτακται. C, ἢ ὅτὲ τέτ. Scripsi ὅ. Non male Ducæus, ἢ ὅ,τι τέτακται. Infra pro αὐαίνειν, C ἀναλύειν.

(138) TD Ba, τῷ κείνου. AB, τῷ 'κείνου. C, τῷ ἐκείνου.

(139) Δίσκον τροχοῦ] Rotam vocant poetæ; orbem etiam alii. Mendosus est in hymno Martiani Capellæ locus, ubi sol illustrator mundi celebratur lib. 2 [p. 43]: *Quatuor alipedes dicunt te flectere habenis, Quod solus domites quam dant elementa quadrigam: Nam tenebras prohibens, retegis quod cærula lucet.* Sic in optimis, certe quoad solutam orationem, membranis, et editionibus consensu legitur. Sed quid est *cærula lucet*, sole prohibente tenebras? Nihil verius quam secundum ductum veterum litterarum scripsisse Capellam: *retegis quo sphæra relucet.* Totam enim machinam a solis orbe illustrari ait. Solis orbem δίσκον appellat Julianus Oratione in eum [pp. 133, 148], ut et Plato aliique alibi. Solis dignitatem omnibus diis superiorem, soli uni illi summo deo concedentem ut patri, saniores, et tamen insani et ipsi, credebant et profitebantur sophistæ. Idem Julianus imperator loquitur de principe omnium essentia [Orat. 4, p. 132]: κατὰ τὴν ἐν αὐτῇ μένουσαν πρωτουργὸν οὐσίαν, μέσον ἐκ μέσων τῶν νοερῶν καὶ δημιουργικῶν αἰτιῶν ἥλιον θεὸν μέγιστον ἀνέφηνεν ἐξ ἑαυτοῦ πάντα ὅμοιον ἑαυτῷ: ubi testimonio tamen Platonis [quo statim Julianus utitur] minime evincit quod evincere studet. Quod enim Plato ait solem deo genitum id in aspectabilibus esse, quod ipsum deum in invisibilibus et mente sola intelligendis, nequaquam substantiæ participationem et per omnia similitudinem infert, cum τὸ γεγονὸς poetice [non est γεγονὸς in Platone, sed de sole ἔκγονον, de deo ἐγέννησεν], non philosophice dictum sit, ut multa hoc genus in eo philosopho, et nulla paritas intellectu solo capiendo statuatur cum eo qui oculis coram tangi valeat. Eam Juliani orationem velut dedita opera multis in locis confutat hae

in solis tractatione Zacharias noster scholasticus. Pariter Juliano Proclus in Hymno Solem alloquitur : Εἰκὼν παγγενέταο θεοῦ, ψυχῶν ἀναγωγεῦ ». BA.

(140) ὡς δοῦλος] « Sic supra. Officium autem soli datum modo descripsit, φωτίζειν τὰ ζῶα καὶ τὰ φυτὰ θερμαίνειν, ex sacrarum litterarum auctoritatè. Ex quibus Chalcidius Commentario in Timæum [c. 129]: *cui quidem rei Hebræorum quoque sententia concinit, qui perhibent exornatorem mundi deum mandasse provinciam soli quidem ut diem regeret, lunæ vero ut noctem tueretur; ceteras quoque stellas disposuisse tanquam temporum limites annorumque signa.* Ipsum in Genesi cap. 1 sermonem Moysis intelligit Chalcidius [quod et recte vidit Fabricius], non rabbinorum traditionem, ut videri volunt qui eum scriptorem ediderunt. Loquitur autem eo modo consultissimus christianæ doctrinæ, ut ejus ignaros sensim induceret gentiles, non obrueret de ignoto codice testimoniis productis, quo pacto non pauci aliorum contenderunt vi quadam persuadere veritatem ejus perduellibus. Et sic sæpius idem; ut p. 225 [c. 131] : *hujus generis est illud æthereum, quos Hebræi vocant sanctos angelos;* hoc est sacra scriptura. Pag. 305 [c. 217] : *Hebræi quoque videntur secundum hunc opinari de anima principali, cum dicunt : Clamat apud me sanguis fratris tui :* cum is sit sermo ipsius dei [ad Cain in Genesi 4, 10]. Pag. 351 [c. 254] : *consentit huic platonico dogmati hebraica philosophia; appellant quippe illi varie somnium, et item visum, tum... revelationem.* Quæ itidem sunt verba scripturæ [De somnio εἶδος, ὅραμα, ὅρασις, ἀποκαλυφθῆναι, alia vocabula in Num. 12, 6, 8; Dan. 7, 1; 1 Regg. 3, 7] ». BA.

(141) Ἄψυχος] « Negant hoc gentiles. Vide totam orationem [quartam] Juliani, cujus argumentum hoc urget, ut tecto nomine omnem soli divinitatem adscribat. Cor ille quidem et mens mundi. Vide Macrobium lib. 1 in Somnium Scipionis c. 20. Cetera ex Platone, Proclo, Chalcidio, Homero, Orpheo, Capella, Manilio, poeta incerto qui ad ordinem litterarum Apollini hymnum scripsit lib. 1 Anthol. epigramm. titulo λη [in Anal. t. 2, p. 518], obvia. De mente præditis stellis sic ratiocinantur platonici nostri, interprete Chalcidio [c. 129] : *est absurdum homines quidem unam mundi regionem inhabitantes, fragili corpore, animo cum amentia et sine sinceritate, pleno pœnitudinis ob inconstantiam commotionum suarum,*

alias [imo *aliis*; scilicet *aliis rebus placentibus aliis atque aliis semper hominibus*] *aliis atque aliis placentibus rationabiles animantes putari; stellas vero prudentis naturæ ob æternam actuum suorum naturam, nulli pœnitudini obnoxias, puro minimeque dissolubili corpore, utpote quæ extimas ignis cuncta ambientis regiones incolant, sine anima fore, carere etiam vita putare*, etc. Macrobius lib. 1, cap. 14 [in Somn. p. 75], ex verbis Ciceronis : *his ergo dictis solum hominem constat ex terrenis omnibus mentis, id est animi, societatem cum cœlo et sideribus habere communem; et hoc est quod ait : hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus quæ sidera et stellas vocatis. Nec tamen ex ipsis cœlestibus et sempiternis ignibus nos dicit animatos : ignis enim ille, licet divinum, tamen corpus est, nec ex corpore quamvis divino possemus animari; sed unde ipsa illa corpora, quæ divina et sunt et videntur, animata sunt : id est* (lege *scilicet*), *ex ea mundanæ animæ parte quam diximus de pura mente constare. Et ideo postquam dixit : hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera et stellas vocatis; mox adjecit : quæ divinis animatæ mentibus : ut per sempiternos ignes, corpus stellarum, per divinas vero mentes, earum animas manifesta discretione significet et ex illis in nostras venire animas vim mentis ostendat.* Lege omnino Plotinum lib. quarto Enneadis quartæ, qui est περὶ ψυχῆς ἀποριῶν δεύτερος. Julianus Epist. 51, de sole : τὸν μέγαν ἥλιον λέγω, τὸ ζῶν ἄγαλμα καὶ ἔμψυχον καὶ ἔννουν καὶ ἀγαθοεργὸν τοῦ νοητοῦ πατρός ». BA.

(142) Μηδόλως ζῶον λογικὸν τυγχάνων] AB, τυγχάνον. — « At gentilis antiquitas non solum rationem soli, sed et fidei et justitiæ patrocinium vindictamque impietatis et lucem vitæ tribuit. Orpheus in Indigitamentis [Hymno 8] : Εὐσεβέσιν καθοδηγὲ καλῶν, ζαμενὴς ἀσεβοῦσιν.... Δεῖκτα δικαιοσύνης, φιλονάματε, δέσποτα κόσμου,... Ὄμμα δικαιοσύνης, ζωῆς φῶς... Πιστοφύλαξ, αἰεὶ πανυπέρτατε. Regem vitalis fontis dicit Proclus et intelligibilis sive intellectivi ignis [Hymno in solem] : Κλῦθι, πυρὸς νοεροῦ βασιλεῦ, χρυσήνιε Τιτάν· Κλῦθι, φάους ταμία, ζωαρκέος ὦ ἄνα πηγῆς. Et providentiam sive pronœam mox eidem adscribit : Πάντα τεῆς ἔπλησας ἐγερσινόοιο προνοίας· item fatorum omne imperium : Σοὶ δ' ὑπὸ Μοιράων χορὸς εἴκαθεν ἀστυφέλικτος, Ἂψ δὲ μεταστρωφῶσιν ἀναγκαίης λίνον αἴσης, Εὖτε θέλεις· περὶ γὰρ κρατέεις, περὶ δ' ἶφι ἀνάσσεις ». BA.

(143) Δύστηνα τούτων δοξάρια] « Infelices horum opiniunculas. Suida : δοξάριον, δόξα, ὑποκοριστικῶς. Hesychius : δοξαρίοις, εὐτελέσι δόγμασιν · ὑπ' ἐνίων ὑποκοριστικῶς ». BA.

(144) Μὴ ἐκβαίνων τοὺς τεθέντας ὅρους] « Sæpe sic loquitur scriptura, cum qua iste studio [*consentit?*]. Et sane omnis cætera eloquentia præ hujus vel scintillis putidæ tramæ sunt ». BA. Proverb. 22, 28 : μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. Basilius huc respiciens Hom. Mor. p. 295 : ὅρια πατέρων μετέθηκας. Vide locum Hieronymi infra p. 388, 35 ; et notam ad Anecd. mea t. 2, p. 198.

(145) TD Ba, καὶ εὐφωνίᾳ. ABC, καὶ ἐν ἀφωνίᾳ. — « Εὐφωνίᾳ restituimus, quod excluserat ἐν ἀφωνίᾳ ». TAR. Εὐφωνίᾳ] « Sic restitutum interpreti. Barde antea ἐν ἀφωνίᾳ. De harmoniæ cœlestis cum lyra comparatione pulcre Plotinus lib. 4 Enneadis 4, cap. 41, et alibi ». BA. Et Genebrardus præibat vertens « consonantia ». Nil tamen mutavi. Verterim καὶ ἐν ἀφωνίᾳ, « vel sine voce, quamvis mutus ».

(146) Καθάπερ οἰκία] « Domus magna, bene ordinata, composita, hoc universum. Scite alii urbem dicunt. Marcus imperator lib. 10, [§ 15] : ὀλίγον ἐστὶ τὸ ὑπολειπόμενον τοῦτο · ζῆσον ὡς ἐν ὄρει · οὐδὲν γὰρ διαφέρει ἐκεῖ ἢ ὧδε, ἐάν τις πανταχοῦ, ὡς ἐν πόλει τῷ κόσμῳ. Idem lib. 4, [§ 3] : παύου ποτέ · ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ τῶν ὅλων ἀπονεμομένοις δυσχεραίνεις · ἀνανεωσάμενος τὸ διεζευγμένον, ἤτοι πρόνοια ἢ ἄτομοι, ἢ ἐξ ὅσων ἀπεδείχθη, ὅτι ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις. Ibidem [§ 4] : εἰ τὸ νοερὸν ἡμῖν κοινὸν, καὶ ὁ λόγος, καθ' ὃν λογικοὶ ἐσμὲν, κοινός · εἰ τοῦτο, καὶ ὁ προστακτικὸς τῶν ποιητέων, ἢ μὴ λόγος κοινός · εἰ τοῦτο, καὶ ὁ νόμος κοινός · εἰ τοῦτο, πολῖται ἐσμέν · εἰ τοῦτο, πολιτεύματός τινος μετέχομεν · εἰ τοῦτο, ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις. Pulcre in eam sententiam Socrates, et ex eo Musonius, apud Stobæum [tit. 40, 9, p. 87], sermone de exilio. Alii mundum *templum esse deorum* aiunt, ut Seneca lib. 7 De beneficiis c. 7; alii simulacrum dei, ut Plotinus adversus gnosticos cap. 8 Enneadis 2 libro 9 : ἐπεὶ οὐδὲ τοῦ παντὸς τὴν διοίκησιν ὀρθῶς ἄν τις μέμψαιτο · πρῶτον μὲν ἐνδεικνυμένην τῆς νοητῆς φύσεως τὸ μέγεθος · εἰ γὰρ οὕτως εἰς τὸ ζῆν παρελήλυθεν, ὡς μὴ ζωὴν ἀδιόρθωτον ἔχειν, ὁποῖα τὰ σμικρότερα τῶν ἐν αὐτῷ ἃ τῇ πολλῇ ζωῇ τῇ ἐν αὐτῷ ἀεὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν γεννᾶται, ἀλλ' ἔστι συνεχὴς καὶ ἐναργὴς καὶ πολλὴ καὶ πανταχοῦ ζωὴ, σοφίαν ἀμήχανον ἐνδεικνυμένη, πῶς οὐκ ἄν τις ἄγαλμα ἐναργὲς καὶ

καλὸν τῶν νοητῶν θεῶν εἴποι; etc. *Domus deorum* Ennio [Fragm. inc. p. 146]. Ausonius Idyllio 12 [Id. 5, 158] : *Unde Rudinus ait : Divum domus altisonum cæl. Domus omnipotentis Olympi* : Nævius [vide Erythræum Ind. Virgil. in « Omnipotentis »] et Virgilius [*Æn.* 10, 1]. Quod vero domus hoc universum, et quomodo ad domum componatur, peculiari libro in commentario Characterum adolescens commentari memini ». BA.

(147) Ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται] S. Paul. Ad Rom. 1, 20. — « Theophilus lib. 1 [c. 5...] contra Autolycum multis per hæc amico suo sensibilem deum præfigurat. Vide qui locum istum Paulli commentariis illustrarunt ». BA.

(148) Sap. Salom. 13, 5. Notatum est ad marg. C, esse θεωρεῖται in editis Bibliis.

(149) Ἀριστοτέλους θεωρημάτων] « Hæc discere solitos discipulos et docere doctores tum vigentis philosophiæ et sophisticès, ut opponerent christianorum dogmatis, patet ex Justino Martyre; qui, quantum ad creatorem et creaturam attinet, bonam, si non maximam, eorum partem confutavit, memorabili sane opere. Qui liber, licet talis non sit nunc qualem eum olim legit Photius, licetque sit interpolatus nonnullis posteriorum temporum locutionibus, nobis tamen genuinus Justini videtur, fidem faciente genio ipso scriptionis et modo arguendi. Aristotelem autem in rebus physicis maximi faciebant philosophi isti jam inde ab ævo Plotini. Porphyrius hujus Vita [p. 9, C] : ἐμμέμικται δ' ἐν τοῖς συγγράμμασι καὶ τὰ στωϊκὰ λανθάνοντα δόγματα καὶ τὰ περιπατητικά· καταπεπύκνωται δὲ καὶ ἡ μετὰ τὰ φυσικὰ τοῦ Ἀριστοτέλους πραγματεία ». BA.

(150) De metaphoricis dialectices labyrinthis notavi in Notit. mann. t. 11, part. 2, p. 128. Nicephorus Gregoras Hist. 2, 4, 1 : λόγων διαστροφαὶ καὶ ἐννοιῶν λαβύρινθοι. Ibidem 3, 1, 2 : μὴ πολλὰς ἐξελίττειν εἰδὼς τὰς λαβυρίνθους περὶ τὸν λογισμόν. Cf. 3, 3, 7. Dionysius Halic. De Thucyd. 40 : ποιεῖ τὸν Ἀθηναῖον ἀποκρινόμενον λαβυρίνθων σκολιώτερα περὶ τῆς ἐλπίδος. Theodorus Prodromus in Baryn : ὡς μήτε κλαπῶ ταῖς πολυτρόποις πάγαις Καὶ λαβυρίνθοις συλλογισμῶν ἐμπέσω. Theodoretus Therap. 5, p. 557 Persas esse tradit ingenii subtili-

tate et acumine philosophico insignes, οὐχ ἐπειδὴ τοὺς Χρυσίππου καὶ Ἀριστοτέλους ἀνέγνωσαν λαβυρίνθους.

(151) De nomine παιδικὰ consulas n. 9.

(152) Καὶ Πλάτωνα] « Is enim cum Platone Aristotelem conciliabat, superiorem illum Ammonium æmulatus ». TAR.

(153) Πνεόντων καὶ ἀγαμένων] « Ad fastum prius verbum pertinet. Ejus exemplar proponit in doctorum suo doctore Theophrasto Æneas Gazæus [non carent quidem fastu Theophrasti verba supra p. 4 : ἐρώτα...]. Locutio est Homerica ; ut Iliade postrema [364] : μένεα πνείοντας Ἀχαιούς· Il. B, [536] : μένεα πνείοντες Ἄβαντες· Odyssea X, [203] : Ἔνθα μένος πνείοντες ἐφέστασαν. Interpres [Tarinus] non perpendit mentem verbi, qui *suspirantes* vertit ». BA. Genebrardus vertit satis apte : « cum spirarent frequenter Aristotelem, tuas delicias, et Platonem ». Sed nescio quid est absoni in adverbio θαμά. Puto scripsisse τἀμὰ, scilicet τἀμὰ παιδικά. Tunc πνεόντων erit in sensu validi amoris, a me jam monstrato ad Anecd. t. 2, p. 56. Heliodorus Æthiop. 1, 9 : ὅλην ἐκείνην καὶ ἔπνει καὶ ἔβλεπεν. Et 7, 12 : εἰμὶ γάρ τοι τῇ δεσποίνῃ τὰ πάντα, καὶ μόνον οὐκ ἀναπνεῖ με.

(154) Ἔθεντο] Verbum τίθεσθαι in sensu assentiendi illustravi ad Anecd. t. 5, p. 381. Zacharias etiam infra pp. 111, 10; 145, 10. Adde Wyttenb. ad Plut. De fort. Rom. p. 106.

(155) Γλιχόμενοι] « ἐπιθυμοῦντες· Hesychius ; παρὰ τὸ λίαν ἔχεσθαι· Etymolog. ». BA. Cf. n. 66.

(156) Accessit αὐτοῦ ex C. Omnes, καὶ Γέσσιος, præter C qui copula caret, satis inopportuna. — « Γέσσιος et Γέσιος varie scribitur ». TAR. In argumento exstat nomen cum uno sibilo. Ibi n. 4. — Καὶ Γέσσιος] « Non de alio aliquo simul loquitur, sed de solo Gessio, quare vel ὁ Γέσσιος, vel, quod nos aliquando suspicabamur, Γάϊος ὁ Γέσσιος, vel Γάϊος Γέσσιος. De eo hæc Suidas [ex Damascio], quæ integra describam : Γέσιος ἐπὶ Ζήνωνος ἦν λαμπρυνόμενος ἐπὶ τέχνῃ ἰατρικῇ. Πετραῖος τὸ γένος· καθελὼν δὲ τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Δόμνον τὸν Ἰουδαῖον, καὶ τοὺς ἑταίρους πρὸς ἑαυτὸν μεταστησάμενος ὀλίγου

πάντας, πανταχοῦ ἐγνωρίζετο, καὶ μέγα κλέος ἔσχεν, οὐ μόνον ἰατρικῆς ἕνεκα παρασκευῆς τῆς τε διδασκαλικῆς καὶ τῆς ἐργατίδος, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης πάσης παιδείας· φιλότιμος γὰρ καὶ φιλόπονος ὢν ὁ ἀνὴρ, ἄλλην τε πολλὴν ἐν πολλῷ χρόνῳ μελέτῃ, καὶ οὐ φύσει, προσπεριεβάλλετο δοξοσοφίαν καὶ τὴν τῶν ἰατρικῶν ἔργων τε καὶ λόγων ἀκριβεστέραν τῶν καθ' ἑαυτὸν πάντων ἰατρῶν τε καὶ ἰατροσοφιστῶν κατώρθωσε τέχνην· βραδέως δὲ ἀρξάμενος ἐπιδεικνύναι δημοσίᾳ τὴν ἐπιστήμην, ταχέως ἀνέδραμέ τε καὶ εὐθήνησεν ἐπ' αὐτῇ, πομπικὸς ὢν καὶ ἐπιδεικτικὸς, φιλοσοφίας μὲν ἐπ' ὀλίγον ἥκων, ἰατρικῆς δὲ ἐπὶ πλεῖστον· ὅθεν καὶ χρημάτων μεγάλων ἐγένετο κύριος καὶ Ῥωμαϊκῶν ἔτυχεν ἀξιωμάτων οὐ τῶν τυχόντων. Ἀποδέχομαι δὲ τὸ ἀνδρεῖον παράστημα τῆς ἀγαθῆς ψυχῆς· τόν τε γὰρ Ἑρμαΐσκον ἐπιζητούμενον ὑπὸ Ζήνωνος βασιλέως οἴκῳ τῷ ἰδίῳ κατέκρυψε, παραβαλλόμενος πρὸς τὸν κίνδυνον· καὶ ἐπειδὴ, ἐν τῇ φυγῇ νοσήσας, ἀπηλλάγη τοῦ σώματος, εὖ τε περιστείλας καὶ τὰ νομιζόμενα θεραπεύσας. Ὁ δὲ ἀποσταλεὶς βασιλικός [editum nunc est Βασιλισκὸς, nec de mutationis causa et auctoritate monemur. Servo vetus βασιλικὸς, quod nomen eum significat qui imperatoris mandata ferebat et quærebat Hermaiscum] Ἀγάπιον καὶ τοὺς ἄλλους φιλοσόφους κατασχὼν εἰς τὸ ἀρχεῖον ἀπήγαγε. Nomen ipsum Romanis non infrequens, ut Gessius Florus apud Josephum lib. 20 Antiquitatis cap. ult., et in libris Haloseos Judaicæ [Proœm. 7; lib. 2, 14, 2]. Medicinæ autem tum studium philosophis erat commendatissimum, ut videre est vel in catalogo familiarium maximi nominis quique posteris exemplum doctrinæ præbuit philosophi, Plotini, quos plerosque omnes utrique simul studio addictos recenset Porphyrius in ejusdem Vita [p. 5]. Gessius vero iste et medicus et magnarum dignitatum administrator simul fuit, more usitato tum inter tales. Nam et Zethum Arabem talem idem memorat eodem libro [ibid.]: ἔσχε δὲ καὶ Ζῆθον ἑταῖρον... ἦν δὲ καὶ οὗτος ἰατρικὸς, καὶ σφόδρα πεφίλητο τῷ Πλωτίνῳ· πολιτικὸν δὲ ὄντα καὶ ῥοπὰς ἔχοντα πολιτικὰς ἀναστέλλειν ὁ Πλωτῖνος ἐπειρᾶτο. Quod fere contra nostri aliorumque sæculorum morem est». BA.

(157) Παρὰ τὸν Νεῖλον] «Alexandriam, celeberrimam tum toto terrarum orbe disciplinarum palæstram, per fluvium indicat, ut Æneas initio Theophrasti. De hujus urbis præstantia peculiares olim libros scripserunt auctores non postremi nominis: Callixenus Rhodius aliquot libris, laudatus ab Harpocratione in voce Ἐγγυθήκη· ὡς Καλλίξενός τε ἐν τετάρτῃ περὶ Ἀλεξανδρείας ὑποσημαίνει, καὶ Δαΐμαχος ὁ Πλαταιεὺς ἐν δευτέρῳ περὶ Ἰνδικῆς. Et sæpius Athenæus. Item

Ælius Dionysius. Vetus criticus de Scylace Caryandeno verba faciens : Αἴλιος Διονύσιος ἐν τῷ περὶ Ἀλεξανδρείας βιβλίῳ πρώτῳ φησὶν ὅτι Δαρείῳ προσεφώνησε Σκύλαξ τὸ φρόντισμα. Dicebatur speciatim propter excellentiam πόλις, ut Roma *Urbs*. Epitomator Stephani : Ἀλεξάνδρεια ἡ Αἰγυπτία, ἤτοι Λίβυσσα, ἐλέγετο κατ' ἐξοχὴν πόλις καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς (lege οἱ ἐξ αὐτῆς), ὡς ἄστυ αἱ Ἀθῆναι... [cetera ut n. 6] βρύουσιν αἱ πηγαί. Et ad differentiam ceterarum dicitur Ἀλεξάνδρεια μεγάλη, ut in Chronico quod Alexandrinum inscribitur, in recensione urbium secundum septem climata [p. 35, 19]. Auctor incertus, qui rustico sermone memorabilia chorographica conscripsit [t. 3, p. 8 Huds.] : *Alexandria civitas est valde maxima et eminens in dispositione et abundans omnibus bonis et escis dives.* In eam velut metropolim... Idem Nyssenus in Vita... ἐσπουδακότων [quæ desunt quære n. 6, p. 325]. Medicinæ quidem gloria adeo florente, ut ad summam in ea laudem fecerit, Alexandriæ quem operam dedisse ei studio. Ammianus Marcellinus lib. 22, [c. 16, p. 345] : *medicinæ ita studia augentur in dies, ut licet opus ipsum redoleat, pro omni tamen experimento sufficiat medico ad commendandam artis auctoritatem, si Alexandriæ se dixerit eruditum.* Sic chirurgus quidam admirabilis Alexandrinus celebratur B. Augustino lib. 22 de Civ. Dei c. 8 : *nec aliud occurrit fatigato lacrymis et illa jam necessitate constricto, nisi ut adhiberet Alexandrinum quemdam, qui tum chirurgus mirabilis habebatur.* Et inerant curiæ medicorum pene domibus ipsis numero pares. Fulgentius Prologo Mythol. [p. 609] : *inveniebat animus quibus inter mala adrideret, nisi me etiam exinde bellis crudelior Galeni curia exclusisset, quæ pene cunctis Alexandriæ ita est inserta angiportis, quo chirurgicæ carnificinæ laniola pluriora habitaculis numerentur.* Qui idem omnium *dogmatum*, ut loquitur, *imbutamentis* crebram eam urbem ibidem facit. Principes medicorum, qui ejus civitatis doctoribus laudati. Et sic laudat Zenonem suum Julianus Parabates Epist. 45 : πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα σοι μαρτυρεῖ καὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης εἰς τὰ πρῶτα ἀνήκειν, καὶ ἤθους καὶ ἐπιεικείας καὶ βίου σωφροσύνης συμφώνως πρὸς τὴν τέχνην ἔχειν· νῦν δὲ προσῆλθε τὸ κεφάλαιον τῆς μαρτυρίας· τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων πόλιν ἀπιὼν ἐπιστρέφεις εἰς σεαυτόν· τοσοῦτον αὐτῇ κέντρον καταλέλοιπας. Et alioquin Ægyptii medicinæ laudibus celebres. Vopiscus in Saturnino [c. 7] : *sunt Ægyptii liberi, novarum rerum usque cupientes, versificatores, epigrammatarii, mathematici, aruspices, medici.* Ita ut omnes pene essent medici. Diogenes Laertius lib. 3, [c. 6] de Eu-

ripide : ὅθεν καὶ εἰπεῖν· Θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά· ἀλλὰ καὶ καθ' Ὅμηρον φάναι πάντας ἀνθρώπους Αἰγυπτίους ἰατροὺς εἶναι. Itaque habebantur cum transferrentur ægrotantes pueruli per singulas domos. Rufinus Hist. Eccles. lib. 1, cap. 10 : *moris apud Ægyptios esse dicitur, ut, si puerulus ægrotet, circumferatur a matre per singulas domos, quo, si quis aliquid experti remedii noverit, conferat id laboranti.* Fuisse priscis Ægyptiis ad singula membra humana singulares medicos testatur Herodotus lib. 2, [84], qui plura de his, ut et Diodorus Siculus [1, 82]. Situm urbis Alexandrinæ opportunissimum celebrat Philo Legatione ad Caium [§ 43], de eo : ἄλεκτος γάρ τις αὐτὸν ἔρως κατεῖχε τῆς Ἀλεξανδρείας, εἰς ἣν ἐπόθει σπουδῇ πάσῃ παραγενέσθαι, νομίζων ταῖς ἄλλαις παράδειγμα γεγενῆσθαι τοῦ σεβασμοῦ, μεγίστην τε οὖσαν καὶ ἐν καλῷ τῆς οἰκουμένης : aerem salubritate eximium Strabo libro 5, [c. 1, § 7], ubi de Ravenna, cui perpetuæ paludes eumdem non demunt. Ob amplitudinem dixi Romæ compositam. Proxima illi ante Constantinopolim conditam habebatur. Aristides Encomio Romæ [t. 1, p. 333, D] : ὃ δὲ καὶ μόνον ἄξιον τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἔργον καὶ μνημεῖον κατέλιπε πρὸς Αἰγύπτῳ τὴν ἐπώνυμον πόλιν, ταύτην εὖ ποιῶν ὑμῖν ᾤκισεν, ὅπως ἔχοιτε καὶ τῆς μεγίστης μετὰ τὴν ὑμετέραν κρατοίητε. Neque alia mente isti jungitur a Nemesio [De nat. hom. p. 136, cap. 3] : τόπος γάρ ἐστι πέρας τοῦ περιέχοντος, καθ' ὃ περιέχει τὸ περιεχόμενον· εἰ δέ τις λέγοι, « οὐκοῦν καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἐν Ῥώμῃ ἐστι καὶ πανταχοῦ ἡ ἐμὴ ψυχή », λανθάνει ἑαυτὸν πάλιν τόπου λέγων. Dixi κατ' ἐξοχὴν πόλιν dictam. Idem tradit Eustathius in Dionysium commentario [v. 254], ubi et lectu digna de ea alia non pauca : λέγεται δὲ καὶ πόλις ποτὲ κληθῆναι κατ' ἐξοχήν, ὡς νῦν ἡ Κωνσταντίνου πόλις, καὶ ὡς αἱ Ἀθῆναι ποτὲ ἄστυ. Etiam secundæ sedis a Roma honorem episcopus olim habebat. Leo Magnus Epistola 53 [= 80, c. 2] : *tamquam opportune se tibi tempus obtulerit, quo secundi honoris privilegium sedes Alexandrina perdiderit et Antiochena ecclesia proprietatem tertiæ dignitatis amiserit.* Quæ verba repetit Facundus Hermianensis Pro concilio Chalcedonico lib. 5, cap. 4. Idem ex canonica ordinatione tradit Petrus Damianus libro 2, Epist. 16 [p. 221]. Peculiaribus non raro verbis utebantur Alexandrini, ut videre est apud Hesychium in voce Βαίων, et alibi; adeo ut Attici sermonem eorum gratia rejecerint. Phrynichus [Epit. p. 332] : τεθελημκέναι· Ἀλεξανδρεωτικὸν τοὔνομα· διὸ ἀφετέον Ἀλεξανδρεῦσιν καὶ Αἰγυπτίοις αὐτό· ἡμῖν δὲ ῥητέον ἠθεληκέναι. Idem [p. 387] : ἐπιχειμάζεις σαυτόν, Μένανδρος εἴρηκεν ἐπὶ τοῦ λυπεῖν, καὶ Ἀλεξανδρεῖς

ὁμοίως· πιστέον δὲ τοῖς δοκίμοις, τοῖς μηδ' εἰδόσι τοὔνομα. Sermo erat delicatus, ut proverbio locum etiam fecerit. Quintilianus lib. 1, cap. 2 : *gaudemus si quid licentius (pueri) dixerint. Verba nec Alexandrinis quidem permittenda deliciis risu et osculo excipimus.* Præcipuum urbis decus templum Serapidis, quod, cum demolitum videre, laudant et describunt Rufinus [2, c. 22] aliique ecclesiastici historici [Socrat. 5, 16; Sozom. 7, 15]. Idem laudat et barbaro-romanus chorographus [t. 3, p. 8 Huds.] : *et dii coluntur eminenter, et templum Serapis ibi est; unum est solum spectaculum novum in omni mundo. Nusquam enim terræ aut ædificium, aut dispositio templi aut religionis invenitur. Undique autem musium et reddire videatur.* Emaculandum existimo; nam barbarum mire læsit barbarior librariorum stupor : *et dii ibi coluntur, et eminenter templum Serapidis. Id est unum et solum spectaculum notum in omni mundo. Nusquam enim terræ aut ædificium aut dispositio templi aut religio similis invenitur. Undique autem Musium ei reddi rite videatur.* De *Musio* doctissimus editor, amicus noster [Significat J. Gothofredum, cujus editione careo; sed pravissimam ejus de *Musio* sententiam novi ex Frid. Gronovii Exercit. De Museo Alex., qui eam confutat et alio modo geographi locum tentat]. Commendabant Alexandriam ultra Pharus illa nobilis, et totam civitatem innoxio flumine subterfluens Nilus. Utrumque celebrat Geographus Arabs, nuper latinitate donatus : *Nilus*, inquit [auctor Geographiæ Nubiensis p. 94], *ab occidentali ipsius parte excurrens transit sub fornicibus omnium ipsius domorum, quarum quidem fundamenta sunt invicem connexa. Et urbs nihilominus est non modo clara atque luminosa, verum etiam firmiter structa.* De Pharo copiosius idem [ibidem] quem lege, ut et Benjaminum Tudelensem, qui de speculo Alexandri intrepide nugatur [p. 121...]. Ultra hæc charta etiam ditabat et celebrabat hanc urbem; papyrus tamen potius, cujus ubertatem modo dictus barbarus chorographus laudat [p. 8]: *possidet*, inquit, *cum omnibus, quibus habet bonis, et unam rem, quæ nusquam nisi in Alexandria et regione ejus fit, sine qua neque judicia neque privata negotia regi possunt, sed pene per ipsam rem omnis hominum natura stare videtur. Et quid est, quod sic a nobis laudatur? carta; quod ipsa faciens et omni mundo emittens, utilem speciem omnibus ostendit. Sola hoc supra omnes civitatesque et provincias possidens, sed sine invidia præstans suorum bonorum.* Suo ævo quam aromatum specierumque mercatura fuerit frequentata,

adeo ut plurimæ gentes suos ibi negociatores ordinarios, fora peculiaria, conditoria et curias habuerint, quæ nunc etiam maximam partem florent, multis tradit, quem modo nominavi, Benjamin Tudelensis [p. 123...], commemorans etiam domum extra urbem studiis litterarum dicatam, quam olim Aristotelem coluisse fabulatur [vide infra p. 389]: certum tamen est inde a romano ævo eam iis usibus inservisse. *Extra urbem*, inquit [p. 121 versionis Lemper., qua tamen non usus est Barth.], *ædificium visitur magnum et speciosum, quod gymnasium fuisse dicitur Aristotelis, Alexandri præceptoris, in quo viginti ipsæ scholæ sunt, totius orbis olim hominibus frequentatæ, qui eo conveniebant Aristotelis philosophiam discendi caussa, et inter singulas marmoreæ erant columnæ.* Porro maximum nomen hujus civitatis fuit florente Ægypto, adeo ut tanti regni principes reges Alexandrini perhibeantur. Cicero Pro domo sua [20]: *qui quum lege nefaria Ptolemæum regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, caussa incognita publicasses, bello gerendo M. Catonem præfecisti.* Curius Fortunatianus lib. 2 Rhetor. schol. [p. 67]: *in hypophoris quæ cavenda sunt? ne plene et copiose ponantur; quod tamen aliquando facimus duabus ex caussis, aut irridendi adversarii gratia, si hoc augeat, de quo nulla quæstio est, ut pro Cornelio majestatis, aut si discrepans aliquid ostendatur, ut de rege Alexandrino.* Aristeas [Hist. LXX interpr. p. 268] suo ævo scribit omnium fuisse urbium opulentissimam et amplissimam, adjiciens tantam incolarum fuisse civilitatem, ut agriculturam præ cultu neglexerint hospitalitatis [falli opinor Barthium de Aristeæ sententia]; unde reges coactos edicto sanxisse ne quis exterus ultra 20 dies intra urbem commoraretur, utque res litigiosæ intra sextum diem componerentur: τῶν δὲ πόλεων ὅσαι μέγεθος ἔχουσι καὶ τὴν ἀκόλουθον εὐδαιμονίαν, ταύταις συμβέβηκεν εὐανδρεῖν, ἀμελεῖσθαι δὲ τὰς χώρας, πάντων ἐπὶ τὸ κατὰ ψυχὴν ἱλαροῦσθαι νενευκότων, καὶ τῇ κατασκευῇ πάντας ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς ἡδονὰς εὐκαταφόρους εἶναι· τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὑπερβάλλουσαν πάσας τῷ μεγέθει καὶ εὐδαιμονίᾳ τὰς πόλεις· οἱ γὰρ ἀπὸ τῆς χώρας εἰς αὐτὴν ἐπιξενούμενοι, καταμένοντες ἐφ' ἱκανὸν, εἰς ἐλάττωσιν ἦγον τὰ τῆς ἐργασίας· ὅθεν ὁ βασιλεὺς, ἵνα μὴ καταμένωσι, προσέταξε μὴ πλέον εἴκοσι ἡμερῶν παρεπιδημεῖν, καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν χρειῶν ὁμοίως δι' ἐγγράπτων διαστολὰς ἔδωκεν, ἐὰν ἀναγκαῖον ᾖ καταχαλέσαι, διακρίνειν ἐν ἡμέραις πέντε. Inde dicebatur μεγαλόπολις, etiam florente utraque Roma, altera certe. Auctor Catenæ in B. Joannem: καὶ τοῦτο δὲ οὐκ αὐτονόμως ἐποίησα, ἀλλ' ἀκολουθήσας τῷ

ἁγιωτάτῳ ἡμῶν πατρί, τῷ τῆς Ἀλεξάνδρου φιλοχρίστου μεγαλοπόλεως ἀρχιεπισκόπῳ Κυρίλλῳ, φήσαντι ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ; etc. [Melius produxisset verba Philonis In Flacc. § 19 : ἐγὼ Φλάκκος εἰμὶ ὁ πρὸ μικροῦ τῆς μεγαλοπόλεως ἢ πολυπόλεως Ἀλεξανδρείας ἡγεμών.] Magnitudinem Romanæ proximam adscribit Josephus lib. 4 Halos. c. 11, [5] : εἰς δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀφιγμένῳ τῷ Οὐεσπασιανῷ τὰ ἀπὸ τῆς Ῥώμης εὐαγγέλια ἧκε, καὶ πρέσβεις ἐκ πάσης τῆς ἰδίας οἰκουμένης συνηδόμενοι· μεγίστη δὲ οὖσα μετὰ τὴν Ῥώμην ἡ πόλις στενοτέρα τοῦ πλήθους ἠλέγχετο. Idem lib. 2, c. 16 [p. 190] ejusdem operis tradit in longitudinem fecisse stadia 30, in latitudinem 10 : Αἴγυπτος τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν οὐκ ἀδοξεῖ, καίτοι πηλίκον ἀποστάσεως κέντρον ἔχουσα τὴν Ἀλεξάνδρειαν, πλήθους γε ἀνδρῶν ἕνεκα καὶ πλούτου, πρὸς δὲ καὶ μεγέθους μῆκος μέν γε αὐτῆς τριάκοντα σταδίων, εὖρος δὲ οὐκ ἔλαττον δέκα. Ubi memorabilem rem adjicit, tantum per mensem vectigalium inferre Romanis, quantum vix toto anno possit Judæa, et quatuor præterea mensium Romæ annonam sufficere : τοῦ δὲ ἐνιαυσίου παρ' ὑμῶν φόρου καθ' ἕνα μῆνα πλέον Ῥωμαίοις παρέχει, καὶ, τῶν χρημάτων ἔξωθεν, τῇ Ῥώμῃ σῖτον μηνῶν τεσσάρων. De spatio paullo aliter Plinius lib. 5, cap. 10 [§ 11, 3]. De salubritate Alexandrini aeris, de geminis portubus, de mercibus pluribus ex quam importatis [legendum videtur, *exportatis quam importatis*, duce Strabone 17, p. 239], figura situs ad chlamydem accedente, vicis duobus jugeris singulis amplitudine patentibus, fanis et basilicis tertiam urbis partem occupantibus, de Museo reditibus locupletibus ditato, de Antirrhodo, theatro, aliisque in tanta urbe memorabilibus, legendus oculatus summæque et fidei et doctrinæ testis Strabo lib. 17, [c. 1, § 6—9]. Memorabilis etiam Necropolis, peculiare mortuorum habitaculum; memorabile Panium, Sarapium, oppidum Augusti victoriæ monumentum, Nicopolis; item emporium μέγιστον τῆς οἰκουμένης, celebrante eodem Strabone. Νῦν, inquit idem [ibid. § 13], καὶ στόλοι μεγάλοι στέλλονται μέχρι τῆς Ἰνδικῆς καὶ τῶν ἄκρων τῶν Αἰθιοπικῶν, ἐξ ὧν ὁ πολυτιμότατος κομίζεται φόρτος εἰς τὴν Αἴγυπτον, κἀντεῦθεν πάλιν εἰς τοὺς ἄλλους ἐκπέμπεται τόπους, etc. Unde apparet etiam ampliorem quam nunc est negociationem Romano imperio florente in hac urbe viguisse, quæ qualis nostro ævo sit admodum diligenter describitur a Joanne Helfrico Lipsiensi, libello germanica lingua in alias educi non indigno. Notatum supra de medicinæ studiis florentibus : de legum romanarum exemplo suo testis est Agathias libro 2, [p. 52], ubi de terræ motu, alioquin Ægypto incomperto:

ἅπαντες δὴ οὖν οἱ ἐπιχώριοι καὶ μάλιστα οἱ σφόδρα γεγηρακότες ἐν θαύματι μεγάλῳ τὸ ξυνενεχθὲν ἐποιοῦντο, ὡς οὔπω πρότερον γεγενημένον, ἔμενέ τε οἴκοι ὅστις οὐδείς· ἀλλ' ἀνὰ τὰς λεωφόρους τὰ πλήθη ξυνέῤῥει τῷ ἀπροσδοκήτῳ δήπου καὶ παραδόξῳ τοῦ μετρίου καταπεπληγμένοι· ἐμοὶ δέ γε καὶ αὐτῷ (ἐτύγχανον γὰρ αὐτοῦ διατρίβων παιδείας ἕνεκα τῆς πρὸ τῶν νόμων) δεδιέναι προσῄει (quo loco de ædificiis Alexandriæ parum firmis subjicit, quæ non temere alibi offendas) δεδιέναι προσῄει, καὶ ταῦτα ἐπὶ λίαν σμικρᾷ τῇ κινήσει λογιζομένῳ ὅτι δὴ αὐτοῖς αἱ οἰκοδομίαι οὐκ ἰσχυραὶ, οὐδὲ εὐρεῖαι τυγχάνουσιν οὖσαι, οὐδὲ οἷαι καὶ πρὸς βραχὺ ἀνασχέσθαι δοκούμεναι, ἀλλ' ἰσχναὶ ἄγαν καὶ ἀσθενεῖς· ἐφ' ἑνὶ γὰρ ὑφαίνονται λίθῳ. Quæ postrema inscite sane traduxit doctus aliarum rerum interpres [Vulcanius] *de simplici latere*, cum mens sit Agathiæ uno solo lapide niti ædificia Alexandrina; hoc est, fundamentum lapideum habere, sed minime altum, unius tantum lapidis subjectione, cui de vili materia habitationes reliquas esse inædificatas, quas textas, non compactas dicit [quam interpretationem nemini opinor Barthium esse probaturum. Credere quis poterit ædificia Alexandrina tam parvis superstructa fuisse fundamentis, præsertim in eo solo quod inundationibus diuturnis putresceret? parietes exiles fuisse et tenues significat Agathias, qui unius tantum lapidis crassitudinem habebant]. Arcem Alexandrinam stupendi operis ita describit, ut contemplandam pene proponat Aphthonius in Progymnastis [p. 90], licet interiorem is cultum non attigerit. Vitia Alexandrinis inuruntur à scriptoribus, inconstantiæ, seditionum. Ausonius [De claris urb. 2]: *Tertia Phœbeæ lauri domus, Antiochea, Vellet Alexandri si quarta colonia poni. Ambarum locus unus, et has furor ambitionis In certamen agit. Vitiorum turbida vulgo Utraque, et amentis populi male sana tumultu.* Socrates Histor. Eccles. lib. 7, c. 13 : *populus Alexandrinus præter ceteros seditionibus delectatur, in quibus, si quando illarum conflandarum occasio, scelera eduntur prope intolerabilia.* Quæ repetit Nicephorus Callistus lib. 14, cap. 14 [p. 466], et caussam idoneam adjecit lib. 15, cap. 16, quod plebs illa ex diversissimis nationibus confluxerit [Philo Legat. § 18 : ὁ Ἀλεξανδρέων μιγὰς καὶ συμπεφορημένος ὄχλος]; unde ad rebelliones illis impetus dæmoniacus assignatur. Porro perfidia Alexandrina peremit Pompeium : Seneca De brevitate vitæ c. 14. Qui idem omnia Alexandriæ licere dicit in Ludo Claudii [p. 705]. Evagrius Hist. Eccles. lib. 2, c. 8 : εὐέξαπτον γάρ τι χρῆμα πρὸς ὀργὴν ὁ δῆμος, καὶ τὰς τυχούσας ἀφορμὰς ὑπέκκαυμα τῶν θορύβων ἔχων· οὐχ ἥκιστα δὲ πάντων ὁ

τῆς Ἀλεξάνδρου, πλήθει τε πολλῷ κομῶν καὶ μάλιστα ἀφανεῖ τε καὶ συγκλύδῳ, καὶ παραλόγῳ θρασεῖ τὰς ὁρμὰς γαυρούμενος, et quæ sequuntur. Vagabantur noctu per vicos et incessebant obvios dicteriis: Plutarchus Antonio [c. 29]; ubi idem eum facere aggressum popularitatis laudatum ait. Adulationis a natura erant docti, ut omnis levitatis. Philo Legatione ad Caium [§ 25]: ὁ δὲ Γάϊος ἑαυτὸν ἐξετύφωσεν, οὐ λέγων μόνον, ἀλλὰ καὶ οἰόμενος εἶναι θεός· εἶτα οὐδένας εὗρεν οὔτε Ἑλλήνων οὔτε βαρβάρων ἐπιτηδειοτέρους Ἀλεξανδρέων εἰς τὴν τῆς ἀμέτρου καὶ ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνην ἐπιθυμίας βεβαίωσιν· δεινοὶ γάρ εἰσιν τὰς κολακείας καὶ γοητείας καὶ ὑποκρίσεις, παρεσκευασμένοι μὲν θῶπας λόγους, ἀνειμένοις δὲ στόμασι καὶ ἀχαλίνοις πάντα φύροντες. Acerbissimi ultores illatarum contumeliarum erant Alexandrini: Gregorius Naz. Orat. 21 [p. 389]. Naturæ locique dona alia egregia habebat hæc urbs: ut Alexandrini panes, cumino regio conditi, celebrantur Plinio lib. 20, c. 15 [51, 1]; laurus lib. 15, c. 30 [39, 3: sed ibi agitur de lauro Alexandriæ Troadis]; vitis lib. 14, c, 3 [4, 19: et ibi sermo de vite Alexandriæ Troadis]; pira lib. 15, c. 15 [16, 2]; ficus, lib. eodem, c. 18 [19, 2]. Marmora Alexandrina: Seneca Epist. 86 [p. 336]. Inventiones etiam celebrantur: vestis polymitos eidem Plinio lib. 8. c. 48 [74, 2]. Cœruleæ colorum temperationes, Vitruvius lib. 7, c. 11. Salubritatem et serenitatem cœli perpetuam laudat Ammianus lib. 22, [c. 16]: *Alexandria est*, inquit, *vertex omnium civitatum, quam multa nobilitant, et magnificentia conditoris altissimi, et architecti sollertia Dinocratis. Inibi auræ salubriter spirantes, aer tranquillus et clemens; atque, ut periculum docuit per varias collectum ætates, nullo pæne die incolentes hanc urbem solem serenum non vident. Locus auris et salutari temperamento perflabilis, ita ut extra mundum nostrum morari se quisquam arbitretur in illis tractibus agens, cum sæpe aprico spiritu immurmurantes audierit ventos.* Solertia Alexandri sic constructam, ut etesiæ vicatim urbem perflarent, scribit Diodorus Siculus lib. 17, [c. 52]; illud adjiciens: quo ipse tempore illic fuerit, ultra trecenta millia liberorum capita infuisse autumat. Apud eum de spatio et regia alia lege, quorum pars mendo non vacat. Ipsum Alexandrum urbem et nobiliora futura ejus loca atque ædificia præscripsisse architectis scribit etiam Arrianus initio libri 3. Densius tamen ibi cœlum quam in Italia notat Corn. Celsus lib. 3, c. 22: *opus est, si vires patiuntur, longa navigatione, cœli mutatione, sic ut densius, quam id est ex quo discedit æger, petatur; ideoque aptissime Alexandriam*

ex Italia itur. Non cadunt ibi nives. Seneca Quæst. Nat. lib. 4, c. 4 [c. 2, p. 612]: *Alexandriæ quoque, quæ longe ab hujusmodi caloribus est posita, nives non cadunt. Præstantior urbium*, id est nobilissima, dicitur Martiano Capellæ lib. 6 [p. 218]; qui idem libro nono [p. 314] ex antiquioribus scriptoribus tradit stagnum Alexandriæ esse in quo pisces crepitu detineantur. *Insidioso accessu* esse scribit itidem ex aliis Isidorus Originum lib. 20, c. 10; *difficili exitu* Cicero pro rege Dejotaro [24]. Omnibus Augustis honoratam urbem tradit Philo Legatione ad Caium. Regiones potiores habebat quinque, quarum duæ, florentibus eorum rebus, Judæis habitabantur. Idem In Flaccum [§ 8]: πέντε μοῖραι τῆς πόλεώς εἰσιν, ἐπώνυμοι τῶν πρώτων στοιχείων τῆς ἐγγραμμάτου φωνῆς· τούτων δύο Ἰουδαϊκαὶ λέγονται, διὰ τὸ πλείστους Ἰουδαίους ἐν ταύταις κατοικεῖν. Quinta pars regiæ jam inde a conditore dicata erat. Plinius lib. 5, c. 10 [11, 3]: *Alexandriam metatus est Dinochares ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato laciniatam, dextra lævaque anguloso procursu; jam tum tamen quinta situs parte regiæ dicata.* Situs erat talis, ut dimidia Africæ, dimidia Asiæ adscribi posset. Oppius [vel Hirtius] lib. de bello Cæsaris Alexandrino [c. 14]: *erant inter duas classes vada transitu angusto, quæ pertinent ad regionem Africæ: sic enim prædicant partem esse Alexandriæ dimidiam Africæ.* Conditam septimo [regni] Alexandri anno, olympiade 112 notat Cyrillus lib. 1 [p. 13] contra Julianum. Circensium adeo erat studiosa, ut sæpe in hippodromo homines eliderentur: scribit Philostratus lib. 5 [c. 26] Vitæ Apollonii. Deliciis et salibus diffluxit, Roma imperante, ut notum. At suo ævo barbariem in ea morum notasse Polybium adnotavit lib. 17 [c. 1, § 12] Strabo. Postremo Romano ævo quanta fuerit indicat Georgius Elmacinus lib. 1 Hist. Sarac. [c. 3, p. 30], verbis Amri Alasidæ, qui eam Romanis extorsit. *Cepi*, inquit, *urbem occidentis, neque narrare possum, quid in ea sit, nisi quod contineat 4000 balnea*, 12000 *olitores vendentes olus viride*, 4000 *Judæos solventes tributum*, *et* 400 *mimos.* Sed numeri illi postremi corrupti sunt apud eum scriptorem. Ex Agathia quod supra dictum, terræ motus inauditum fuisse Alexandrinis infortunium, fidem suam referat ad auctores. Nos scimus ingenti tali sub Gratiano eamdem urbem ita concussam, ut multa millia mortalium interierint. Georgius Cedrenus [p. 314, C]: ἐπὶ Γρατιανοῦ σεισμὸς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γέγονεν ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς ἐπὶ πολὺ ὑποχωρῆσαι τὴν θάλασσαν καὶ τὰ πλοῖα ἐπὶ ξηρᾶς ἱστάναι· πλήθους

δὲ πολλοῦ ἐπὶ τῷ παραδόξῳ θεάματι συνδεδραμηκότος, τῶν ὑδάτων ἀθρόως ἐκδραμόντων, πέντε μυριάδες ἀνθρώπων κατεποντίσθησαν. Alium post describit Georgius Pachymeres, libro [5, c.] 11, qui terræ motus Rhodum, Alexandriam, Peloponnesum, et multa insignia Cretæ loca prostraverit. Ad auctoritatem quod adtinet, sciendum Alexandrinæ civitati non solum Ægyptum omnem, sed et bonam partem Libyæ et Thebaidis principatum detulisse. Theodoretus initio Historiæ Ecclesiasticæ [1, c. 2] : Ἀλεξάνδρεια πόλις ἐστὶ μεγίστη καὶ πολυάνθρωπος, οὐχ Αἰγυπτίων μόνον, ἀλλὰ καὶ Θηβαίων καὶ Λιβύων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένη. Notavi supra Alexandrinæ ecclesiæ post Romanam magnam fuisse auctoritatem apud ævum prius. Confirmatur ea res illo, quod Occidentis ecclesia maximi fecit communionem ejusdem et consuetudines servavit. Sic enim scribit in Gestis Concilii Aquileiensis sub Gratiano, Valentiniano et Theodosio habiti, æquævus auctor, Ambrosius vulgo inscriptus [Ambrosii Epist. 3] : *Petimus vos, clementissimi et christiani principes, ut et Alexandriæ sacerdotum catholicorum omnia concilia fieri censeatis, qui inter se plenius tractent atque definiant quibus impertienda communio, quibusque observanda sit; nam etsi Alexandrinæ ecclesiæ semper dispositionem ordinemque tenuerimus, et, juxta morem consuetudinemque majorum, ejus communionem indissolubili societate ad hæc usque tempora servemus, tamen id obsecramus.* Inter ejus singulares cultus habebatur frequentia consecrandarum deo virginum [et] copia, quæ tanta quotannis erat, ut aliorum locorum numerum longe exsuperaret. Auctor trium librorum De virginibus, eidem Ambrosio adscriptorum, lib. 3 [p. 484] : *si quis putat consecratione virginum minui genus humanum, consideret quia, ubi paucæ virgines, ibi etiam pauciores homines; ubi virginitatis studia crebriora, ibi numerum quoque hominum esse majorem. Discite quantas Alexandrina totiusque Orientis et Africana ecclesia sacrare quotannis consueverint : pauciores hic homines prodeunt, quam illic virgines consecrantur.* Romanæ quidem ecclesiæ Alexandrina usque ad gloriationem conjungebatur. B. Hieronymus Epist. 68 [= Epist. 58; Select. 1, 47] : *tu scito nobis nihil esse antiquius quam Christi jura servare, nec patrum transferre terminos* [Prov. 22, 28], *sed semper meminisse Romanam fidem Apostolico ore laudatam, cujus se esse participem Alexandrina ecclesia gloriatur.* Peculiares ejusdem ecclesiæ consuetudines, ut sedentem episcopum audisse legi evangelia eumque solum concionari

consuevisse notat Nicephorus Callistus lib. 12, c. 34 [p. 298]. Is episcopus, post tertium Ephesinum concilium, et mitram recepit et Papæ sibi appellationem vindicavit, et universi orbis judex habitus est, si fides traditionibus ejusdem Nicephori lib 14. c. 34, p. 180 [p. 512]». BA.

(158) Καί μου τῆς δεξιᾶς λαβόμενος ἀπάγει παρὰ τὸ τέμενος τῶν Μουσῶν] Cf. similia p. 85, 12. — « Τὸ τέμ. τ. Μουσῶν.] Locus dedicatus exercitiis et doctrinis litterarum. Is dubio procul cujus meminit Strabo lib. 17, [c. 1, § 8] : τῶν δὲ βασιλείων τῆς Ἀλεξανδρείας μέρος ἐστὶ καὶ τὸ Μουσεῖον, ἔχον περίπατον καὶ ἐξέδραν, καὶ οἶκον μέγαν, ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τοῦ Μουσείου φιλολόγων ἀνδρῶν· ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινὰ καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ Μουσείῳ τεταγμένος, τότε μὲν ὑπὸ τῶν βασιλέων, νῦν δ' ὑπὸ Καίσαρος. Qui paucis verbis indicat nimirum Musarum sacerdotem præfectum collegio isti fuisse; doctores inibi reditibus a principibus destinatis pastos, et communem habuisse usum facultatum; etiam porticibus et deambulacris omnia egregie fuisse exornata, ut regiis adnumeratum fuerit, egregio exemplo, Musarum domicilium. Adde quæ notata præstantissimo Casaubono ad extremum librum quintum Suetonii. Nam a Claudio principe φιλολογωτάτῳ veteri Musio adjectum est novum ipsius nominis alterum. Sustulisse cum aliis videtur, restitutum tamen postea, Caracalla imperator ille Αὐσόνιος θὴρ, oraculi convitio [vide ad Dion. Casss. lib. 67 n. 123]. Dionis Epitoma in illa bellua, ubi Alexandrinorum capitalis clades memoratur [lib. 67, 23] : ἐκ δὲ τούτου τάς τε θέας καὶ τὰ συσσίτια τῶν Ἀλεξανδρέων καταλύσας, τὴν πόλιν διατειχισθῆναί τε καὶ φρουρίοις διαληφθῆναι ἐκέλευσεν, ὅπως μηκέτ' ἀδεῶς παρ' ἀλλήλους φοιτῷεν. Nisi tamen eversioni exemit hoc collegium Musarum etiam in illo diro pectore honos, aut situs etiam. Nam extra urbem fuisse memorat, qui non aliud intelligit, quamvis fabulis inscitissimis omnia disperdens, Benjamin Tudelensis, cujus ævum et eruditio exotica solum Aristotelis nomen e tot philosophis philologisque antiquitatis noverat. *Extra*, inquit, *urbem*... [reliqua quæras p. 383] *columnæ*. Atque ut iste errat in philosopho, sic in civitate ipsa P. Bellonius, qui, ignoratione antiquæ lectionis, Romanorum hanc academiam de Nilo sublatam, si diis placet, ad Simoenta aut Scamandrum deportare voluit, vir alioquin talis ut scripta ejus exstare magni intersit : eum vide lib. 2 Observationum, c. 19. Senecæ locum

quem et explicat inepte et corrupte adducit, satis explanant quæ ad eum notat Nic. Faber. Porro, ut ista tandem claudantur aliquo fine, de situ, præstantia, moribus Alexandrinis lege Dionis Chrysostomi Orationem 32; ubi tantam levitatem ejus populi inter cetera commemorat, ut proverbium jactatum fuerit, panem ipsis dandum et equos ad spectaculum, ceterarum rerum futuros incuriosos. Ἀκοὰς δεομένας ἀσεβῶν ῥημάτων καὶ κνηστιώσας illis adscribit Julianus Imperator Epist. 51 [p. 97] ». BA.

(159) ABTD Ba, καὶ τῆς τῶν γραμματ. οἱ παῖδες. C, καὶ τῶν γρ. παῖδες. De ipsa periphrasi supra n. 45. Mox post ἐνθένδε codd. et editi ponunt nomen ΙΑΤΡΟΣΟΦΙΣΤΗΣ, ut et mox ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΣ post δημιουργεῖ, et sic infra ante Gessii in dialogo et ipsius Zachariæ partes. Illa suppressi, ut a librariis nitidioris distinctionis gratia inserta et ab usu antiquiore aliena. Præterea, si personarum nomina addidisset auctor ipse, non etiam addidisset jam supervacaneas formulas ἦν δ' ἐγὼ, ἦδ' ὅς. Vide et n. 58.

(160) Εἰ μὴ ἀεὶ δημιουργεῖ] « Nusquam cessans condere. Similia in Ænea ». BA.

(161) C, φαίνεται. Reliqui, φαίνονται.

(162) Μήτε πανηγυρίζοντα] « In cœtibus non perorantem. In conventibus populorum per civitates artem suam exercebant rhetores, variis motis a quolibet quæstionibus. Sic somniorum doctrinam et judicia per panegyres Græciæ sese explorasse et libris postea mandasse scribit Artemidorus Procemio : τοῦτο δὲ καὶ σφόδρα διαβεβλημένων τῶν ἐν ἀγορᾷ μάντεων, οὓς δὴ προΐκτας τε καὶ γόητας καὶ βωμολόχους καλοῦσιν οἱ σεμνοπροσωποῦντες καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότες, καταφρονήσας τῆς διαβολῆς, ἔτεσι πολλοῖς ὡμίλησα, καὶ ἐν Ἑλλάδι κατὰ πόλεις καὶ πανηγύρεις, καὶ ἐν Ἀσίᾳ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ τῶν νήσων ταῖς μεγίσταις καὶ πολυανθρωποτάταις, ὑπομένων ἀκούειν παλαιοὺς ὀνείρους καὶ τούτων τὰς ἀποβάσεις. Multa loca huc pertinent, hincque lucem capiunt, oratorum græcorum sub Romano imperio, præcipue Luciani. Varia autem significatio verbi; nam recte et festa et spectacula et laudes ipsas panegyrin complecti notat doctissimus Hesychius ». BA.

(163) A, οὔτ' ἐπουδήποτε. C, οὐδ' ἐπειδὴ πότε. Infra C, εἰς ἀεὶ ἐνεργῇ. AB, ἐς ἀεὶ εὐεργῇ. Editi, ἐς ἀεὶ ἐνεργῇ. Mox Editi, αὐτάρ : codices ἀτάρ. Statim AB, ἀργεῖα. Idem mendum in n. 386 ad Æneam. Scholiastes Anthologiæ ap. Jacobs. Anal. t. 10, p. 138 : εἰσί τινες οἳ ὑπ' ἀργείας τὸν δάκτυλον ἢ τὸν κάλαμον λείχουσιν. Melius fuerit ἀργίας. Ea vocalium ι et ει permutatione utar, Anthologiæ ipsi, si possim, profuturus. Meleager in Coronæ proœmio v. 23 texuisse se ait Λυχνίδα τ' Εὐφορίωνος, ἴδ' ἐν Μούσῃσιν ἄμωμον Ὃς Διὸς ἐκ κούρων ἔσχεν ἐπωνυμίην. Est ἄμωμον Heynii conjectura non sine plausu ab editoribus recepta, mala tamen. Nam est in codice ἄμεινον, a quo valde ἄμωμον distat; nec facile conveniet syntaxis neutrius nominis ἄμωμον ac pronominis ὅς, nisi ad τὸ σημαινόμενον respexeris; nec, quod plus habet momenti, ἄμωμον coronariis floribus annumerari poterit. Scribendum mihi videtur, ἐν Μούσαις κυκλάμινον. Quum forte finis άμινον tantum posset legi, librarius inde fecit ἄμεινον, tum μούσῃσιν metri sui causa correxit. Inter flores coronarios posuit καὶ εὐστραφέας κυκλαμίνους Nicander Athenæi 15, 32.

(164) Αὐτοειρήνην] « Dei imperium et majestas ipsa pax est, quam non tangunt tumultus qualescunque. Docet natura beatissimæ naturæ, neque minus sacris scriptoribus agnoverunt gentilium nonnulli. Cassiodorus De anima c. 16 [c. 12, p. 638] : *serenus coruscat; pius fulminat; ima summaque sapientiæ suæ lege moderatur: scilicet quia in gubernatione ejus consistunt omnia, non in suo posse relicta; irascitur blandus; judicat tranquillus; et sine mutabilitate ejus proveniet, quod delinquentium reatus excipiet.* Philosophos nemo nescit. Papinius de Jove summo et Platonico numinum numine, lib. 3 [233] Theb., qui Martem alloquitur : *rape cunctantes, et fœdera turba Quæ dedimus; tibi fas ipsos incendere bello Cœlicolas pacemque meam.* Idem fine lib. 10, [896] : *Junonem tacitam furibunda silentia torquent; Non tamen hæc turbant pacem Jovis.* Claudianus [Cons. Theodori 206, 239] : *Pax majora decet....... sed ut altus Olympi Vertex, qui spatio ventos hyemesque relinquit, Perpetuum nulla temeratus nube serenum, Celsior exsurgit pluviis, auditque ruentes Sub pedibus nimbos, et rauca tonitrua calcat.* Lucanus lib. 2, [273] : *Pacem summa tenent.* Seneca apud Lactantium lib. 6, c. 25 : *vultisne eos*, inquit, *deum cogitare magnum et placidum et majestate leni verendum, amicum et semper in proximo? in suo cuique conse-*

crandus est pectore. Vide eum sapientem libris plerisque omnibus, præcipue eo quem De tranquillitate animi dedit ». BA.

(165) Ἐπειδὴ πᾶσα ἁπλότης] Male lecto compendio, quod est in TD, Barthius scripsit ἐπειδάν. ABC, ἐπειδὴ, integris litteris. Idem error Barthii pp. 101, 15; 138, 8. Sic sæpe fuit peccatum. Dion Chrys. Orat. 72, p. 382: ἐπειδὴ δέ τινα ἴδωσιν ἀχίτωνα. Codices 2958, 3009, ἐπειδὰν, recte. Philostratus V. A. 2, 30: ἐπειδὴ γὰρ τελευτήσῃ ὁ Ἰνδός· imo ἐπειδὰν, cum codice 1696. Idem 7, 15: ξυσσιτήσομεν δὲ ἐπειδὴ εὖ τἀμὰ ἔχῃ. Codex, ξυσσιτήσομαι δὲ ἐπειδάν. — Πᾶσα ἁπλοτής] « Deus simplicissimus. Plato l. 2 De rep. [p. 154 Mass.]: κομιδῆ ἄρα ὁ θεὸς ἁπλοῦν καὶ ἀληθὲς ἔν τε ἔργῳ καὶ ἐν λόγῳ, καὶ οὔτε αὐτὸς μεθίσταται, οὔτε ἄλλους ἐξαπατᾷ, οὔτε κατὰ φαντασίας, οὔτε κατὰ λόγους, οὔτε κατὰ σημείων πομπὰς, οὔθ' ὕπαρ, οὐδ' ὄναρ ». BA. Comparavit Barthius non comparanda. In Zacharia ἁπλότης est simplicitas rei unius neutiquam compositæ; in Platone ἁπλοῦς est mens simplex et verax, atque a mendacio ac duplicitate omnino aliena. — Infra p. 115, 10: αὐτὸς ὢν ἡ πᾶσα αὐτάρκεια.

(166) TD Ba δημιουργεῖν νομίσομεν. ABC, δ. νομίσοιμεν. Junguntur syntaxi ὁμολογοῖτο, pro quo est ὁμολογεῖτο in AB, et νομίσοιμεν. — Δημιουργεῖν] « creare, condere. De hoc enim, non de quavis actione sermo hic est. Ἀνάγκην sæpe Jove omnibusque diis majorem faciunt tragici. De ejus throno Plato extremo lib. 10 De rep. [p. 346 Mass.] Creandi et condendi verbum etiam sequentibus efficiendi voce malim ». BA. Scilicet Tarinus δημιουργεῖν νομίσομεν vertit « agere putemus », et infra ἐδημιούργει « efficiebat », et sic in sequentibus.

(167) Plato Tim. p. 30. — In Platonis loco ABCD et Ba, λέγομεν. T, λέγωμεν.

(168) AB, ὡς μὴ ἀεὶ δημιουργόν. — Plato Tim. p. 31: οὔτε δύο, οὔτ' ἀπείρους ἐποίησεν ὁ ποιῶν κόσμους· ἀλλ' εἷς ὅδε μονογενὴς οὐρανὸς γεγονὼς ἔστι τε καὶ ἔσται. Cf. et Tim. extr.

(169) Τοῦ μόνου ἐπιστήμονος κἀγαθοῦ] « Qui et sciens et bonus solus est. Omissum hac illatione quod dici poterat: sponte, ut esset

quod supplendo et perficiendo semper operaretur, imperfectum mundum prima conditione deo relictum ». BA.

(170) Omnes ἀποφεύξῃ. Vertunt male omnino : « quomodo effugiet tua illa ingenii dexteritas nobiles et egregias oppositiones « ? Est περιδέξιον accusandi casus. Scripsi ἀποφεύξει, et verterim : « et quomodo effugiet (deus scilicet) tuam ingenii dexteritatem, et egregias... » Verbum correxi, huc ducente solita vocalium η et ει confusione. Eustathius Epist. 52 : κἂν ὁ φωστὴρ σκυθρωπάσῃ, καὶ μὴ λαμπρὰς ἐπαφήσει τῷ φυτῷ τὰς ἀκτῖνας, ἐφ' ἑαυτῷ κέκρυπται, καὶ τοῖς φύλλοις μόνοις τότε τὸ δένδρον κομᾷ. Legendum ἐπαφήσῃ propter præcedens κἂν· et quum nec τὸ φυτὸν nec τὸ δένδρον, quod semper oculis cernitur, ἐφ' ἑαυτῷ κέκρυπται unquam, reponendum e codice ἐφ' ἑαυτῆς κέκρυπται, repetito scilicet ex præcedentibus nomine ὀπώρα: « fructus intra sese latet abditus ». In epigrammate Agathiæ Anth. Pal. 11, 376 : αὐτίκ' ἀποίσεις Ψῆφον ἀρειοτέρην. Sed Planudes ἀποίσῃ, multo melius. Palladas ibid. Epigr. 382 : Εἴγε φάρυγξ βομβεῦσα καὶ ἄγρια τύμματα πλευροῦ, Καὶ πυρετῷ λήξῃ πνεῦμα βαρυνόμενον. Et hic Planudes meliorem habet scripturam λήξει. Gregorius Naz. Ep. 209: τἄλλα δὲ αὐτός τε φιλοπονήσῃς εὐμαθὴς ὤν, καὶ οἱ περὶ ταῦτα κομψοὶ διδάξουσιν. Manifeste scribendum φιλοπονήσεις, et sic edidit Vulcanius.

(171) AB, ἣν ἐν χρόνῳ δημιουργεῖ. TD Ba, δημιουργῇ. « Δημιουργῇ rescribendum fuit pro δημιουργεῖ ». TAR. In C, ὁ ἐν χρόνῳ δημιουργεῖ· cum conjectura marginali : ἴσως ὅτι. Manifestum est vel ἣν δημιουργῇ vel εἰ δημιουργεῖ legendum, et illud potius ob pronuntiationem similem syllabarum γῇ γεῖ. Philostratus Epist. 1 : ῥᾷον πείσομεν, ἣν σαφῶς ἑρμηνεύσομεν. Videtur statim reponendum esse conjunctivum tempus ἑρμηνεύσωμεν. Sed codices 1696, 2551, habent εἰ σ. ἑρμηνεύσομεν.

(172) C, οὔτε ψυχὰς γοῦν. AB, πεπερασμένα. CTD Ba, πεπερασμένας: « pro πεπερασμένα restitutum ». TAR. — « Æneas Gaz. [p. 46] : τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν τὸ πλῆθος πρὸς ἡμᾶς μὲν ἄπειρον, τῷ δὲ δημιουργῷ πεπερασμένον ; ὥσπερ καὶ ἄλλαι τῶν λογικῶν οὐσίαι, ἃς σὺ μὲν οὐκ ἀριθμήσεις, θεὸς δέ... Hæc christianus. Paria platonici ». BA.

(173) Προβιῶναι] « Vide eumdem ab initio Dialogi ». BA. Mox περιττῆς debetur Tarino pro lectione codicum περὶ τῆς. Sic p. 109, 24: τῆς περιττῆς ταύτης καὶ δαιμονίας σοφίας.

(174) « De Pythagora, cujus philosophia sub imperatoribus romanis platonicæ se infudit, omnia nota. Metempsychosis pulcre ab eodem Ænea refutatur; mille locis irridetur Luciano, qui vix alii de priscis sapiturientibus infestior offenditur, cum salibus omnes rumpat ». BA.

(175) Παρὰ τῶν σοφῶν Αἰγυπτίων] « At horum esse veritatis sermones clamat omnis antiquitas gentilis; ea ore velut communi eorum chorographus rusticus [t. 3, p. 7 Hudson.]: *viris sapientibus præ omni mundo abundat Ægyptus. Apud metropolim ejus Alexandriam invenies omnem gentem philosophorum omnemque doctrinam. Itaque, aliquando certamine facto Ægyptiorum et Græcorum quis eorum musium acciperet, argutiores inventi et perfectiores Ægyptii, et vicerunt, et musium iis adjudicatum est. Et impossibile est, in quacunque re volueris, invenire sapientem quomodo Ægyptium. Et ideo omnes philosophi et sapientiam litterarum scientes, qui ibi semper morati sunt, meliores fuerunt. Non enim est ad eos ulla impostura; sed singuli eorum quod pollicentur certo sciunt. Propter quod non omnes omnium, sed quisque sua per suam disciplinam ornans, perficit negotium.* Et fuit barbarus iste scriptor Ægyptius ». BA. Synesius De prov. init.: περιττοὶ σοφίαν Αἰγύπτιοι. Heliodorus 4, 12: τὴν Αἰγυπτίων σοφίαν προσθήκῃ τῆς Αἰθιόπων ἐκθειάζων. Cf. Æneas p. 8 et n. 81.

(176) Ὡς ἄτοπος εἶ] « Similia in Theophrasto [Æneæ Gazæi]. Vetustatem satanicæ idololatriæ pro argumento habet, nesciens origines veramque earum doctrinam, vel sane non inscius dissimulans. Similia vociferatur in edicto de non recipiendo Athanasio, quem ipse non Urbe ea solum, sed tota Ægypto, ejiceret, ad Alexandrinos Parabates nequissimus, Epistola hodie 51 [p. 96], qua novas, ut loquitur dæmoniacus nebulo, Jesu dissertationes antiquis sapientum scitis præferri pati nequit: τὰ δὲ κοινῇ καθ' ἡμέραν οὐκ ἀνθρώποις ὀλίγοις, οὐδὲ ἑνὶ γένει, οὐδὲ μιᾷ πόλει, παντὶ δὲ ὁμοῦ τῷ κόσμῳ παρὰ τῶν ἐπιφανῶν θεῶν δεδομένα, πῶς ὑμεῖς οὐκ ἴστε; μόνοι τῆς ἐξ ἡλίου κατιούσης αὐγῆς ἀναισθήτως ἔχετε· μόνοι θέρος οὐκ ἴστε καὶ χειμῶνα παρ' αὐτοῦ γινόμενον· μόνοι ζωογονούμενα καὶ φυόμενα παρ' αὐτοῦ τὰ πάντα· τὴν δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ δημιουργὸν τῶν ὅλων σελήνην οὖσαν οὐκ αἰσθάνεσθε πόσων ἀγαθῶν αἰτία τῇ πόλει γίνεται· καὶ τούτων μὲν τῶν θεῶν οὐδένα προσκυνεῖν τολμᾶτε· ὃν δὲ οὔτε ὑμεῖς, οὔτε οἱ πατέρες ὑμῶν

ἑωράκασιν Ἰησοῦν οἴεσθε Θεὸν Λόγον ὑπάρχειν· ὃν δὲ ἐξ αἰῶνος ἅπαν ὁρᾷ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ βλέπει καὶ σέβεται, καὶ σεβόμενον εὖ πράττει, τὸν μέγαν Ἥλιον λέγω, τὸ ζῶν ἄγαλμα καὶ ἔμψυχον καὶ ἔννουν καὶ ἀγαθοεργὸν τοῦ νοητοῦ πατρός ** Nota sententia reliqua, etsi deficiant verba. Et nos jam tædet impiissimæ malignitatis. Qui enim modo Hebræos prætulit christianis, quantum abest ut cognitionem illorum antiquitatis sese habuisse confiteatur! Hoc si verum, quomodo nescire potuit idolorum vanitatem? sed turpissima bellua etiam pro argumento seductionis habet plures annos christianismum coluisse, ut inde resiliens ad Satanam ducat secum miseros suos cives. Sic enim loquitur paullo post: οὐχ ἁμαρτήσεσθε τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ πειθόμενοι τῷ πορευθέντι κἀκείνην τὴν ὁδὸν ἄχρις ἐτῶν εἴκοσι, καὶ ταύτην ἰδοὺ σὺν θεοῖς πορευομένῳ δωδέκατον ἔτος. Quod nisi vegrande mendacium est, diu coxit homo pessimus privatim, quod princeps factus semel propalavit. Quod sane et sentiunt Patrum non pauci ». BA.

(177) Φιλολογίας] « Rationis et elegantis doctrinæ titulos hic philologia complectitur; immo totum studium cujusvis doctrinæ. De eo alibi. Sic omnem humanam liberalemque doctrinam hoc nomine censet Capella. Qua sane summa auctoritate floruerunt homines, de quibus isthic sermo est ». BA.

(178) Ἀλήθειαν ἐπανθοῦσαν τῷ χρόνῳ] « Initio enim non comparens, cum tempore tandem efflorescit veritas; nugæ contra florent in speciem primo, efflorent vero dum spectantur; non enim radice ulla nituntur. Plato ipse veritatem, si quando superventura sit, suis scitis præferendam sancit: καὶ Πλάτωνι συνδοκεῖ τοῖς αὐτοῦ πείθεσθαι, ἕως ἂν θειότερος ἄνθρωπος αὐτοῦ ἀναφανεὶς αὐτῷ τἀληθὲς ἐκδιδάσκοι, ᾧ προσήκει πᾶσι συνέπεσθαι, Theophrastus apud Æneam [p. 9, 15]. Huic ut auscultent, neque antiqua majorum deliria ab auctoritate temporis magnifaciant, pariter gentiles monet Justinus Martyr Parænetico [init.]: ἀρχόμενος τῆς πρὸς ὑμᾶς παραινέσεως, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, εὔχομαι τῷ θεῷ ἐμοὶ μὲν ὑπάρξαι τὰ δέοντα πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν· ὑμᾶς δὲ, τῆς προτέρας ἀφεμένους φιλονεικίας καὶ τῆς τῶν προγόνων πλάνης ἀπαλλαγέντας, ἑλέσθαι τὰ λυσιτελοῦντα νυνὶ, οὐδὲν οἰομένους περὶ τοὺς προγόνους ὑμῶν ἔσεσθαι πλημμελὲς παρ' ὑμῶν, εἰ τἀναντία νυνὶ τῶν πρότερον μὴ καλῶς δοξάντων αὐτοῖς χρήσιμα φαίνοιτο παρ' ἡμῖν· ἡ γὰρ τῶν πραγμάτων ἀκριβὴς ἐξέτασις καὶ τὰ δόξαντα καλῶς ἔχειν πολλάκις ἀλλοιότερα δεικνυσιν, ἀκριβεστέρᾳ πείρᾳ τἀληθὲς βασανίσασα ». BA. Quum vertisset Ta-

rinus, « veritatem habent tempore efflorescentem » legendum jubet « cum tempore aut vetustate efflorescentem, vel tempori superflorescentem ».

(179) ABTD et Ba, ὅτι... ἦ. C, ὅταν... ἐστί. Permutanda tempora vel adverbia: vide nn. 170, 171. Himerius Orat. 20, 2 : ὅταν μὲν ἅμα ταῖς Μούσαις χορεύειν βούλονται· imo βούλωνται, vel ὅτε βούλονται. Hierocles In Aur. carm. p. 108 : λέγομεν, ποιεῖ καλῶς, πίνεται καλῶς, ὅταν εὖ καὶ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον τὰ τοιαῦτα φέρει ὁ ἄνθρωπος. Scrib. ὅτε φέρει, vel ὅταν φέρῃ. — TD Ba, κεκαλλιεπημένος. B, κεκαλλιεπημένοις ὀνόμασι. Sic C e correctione; et sic in loco simili p. 90, ubi n. 83. In A compendium participii est paulo obscurius; sed non posse legi ἐνος opinor. Eusebius Laudat. Constant. init. : οὐκ ἐγὼ... παράσιμι κηλήσων ὡς διὰ φωνῆς Σειρήνων, οὐδὲ χρυσέοις δεπάεσσιν, ὡραίοις ἄνθεσι, ῥημάτων φράσει κεκαλλιεπημένοις ἡδονῆς φάρμακα τοῖς τῶνδε προπιεῖν φίλοις. In quibus sunt quæ admoveantur notis 47, 86.

(180) Κηρὸν Ὁμηρικόν] « Odyss. M, [177] : Ἑξείης δ' ἑτάροισιν ἐπ' οὔασι πᾶσιν ἄλειψα ». TAR. Cf. n. 87. — Σειρήνων] « Pulcre acuteque in his lusit Claudianus; ad cujus Epigramma [24 de Sirenibus] in re vulgari non plane vulgaria nostra secunda editio ». BA. Vide similia p. 90, 13, et n. 87.

(181) « Hesychius : δηλητήριον· φάρμακον, βοτάνη θανάσιμος ». BA. De quo nomine vide si tanti sit, quæ notavi ad Herodiani Epimerismos.

(182) Μέλιτι... περιχρισθεῖσαν] « *Oras et pocula circum Contingunt mellis dulci flavoque liquore* [Lucret. 1, 936] ». TAR. Multis usurpata imago amaro liquore pleni calicis cujus oræ melle sunt circumlitæ. Dion Chrys. Orat. 33, p. 4 : ὥσπερ αἱ τίτθαι τοῖς παιδίοις, ὅταν δέῃ τι τῶν ἀηδεστάτων πιεῖν, αὗται προσφέρουσι μέλιτι χρίσασαι τὴν κύλικα. Vide ibi Morell. p. 696. Quod malebat ἀηδεστέρων Reiskius, inveni in codice 2958. Themistius Orat. 24, p. 302 : τοὺς σοφωτέρους μιμητέον τῶν ἰατρῶν οἳ τὰ πικρότερα τῶν φαρμάκων μέλιτι τὴν κύλικα περιχρίσαντες πίνειν διδόασι. Quem locum jam cum Lucretianis composuerat Muret. Var. Lect. 6, 3. Adde Remum ad ejusdem Orat. 3 (= orat. 5 init.). Julianus Cæs. p. 9 : τὰ πικρὰ φάρμακα καταμιγνύντες οἱ ἰατροὶ τῷ μελικράτῳ προσφέρουσι. Ibi Spanh. et Heu-

sing. Gregorius Nyss. t. 2, p. 79, C: ὥσπερ οἱ διὰ δηλητηρίων κακοποιοῦντες πολλάκις καὶ μέλιτι τὸ φθεῖρον ἐφηδύνουσι φάρμακον, οὐκ εὐφρᾶναι τῇ γεύσει τὸν βλαπτόμενον σπουδὴν ποιούμενοι, ἀλλ' ἐκκλέψαι τὴν τοῦ φθείροντος αἴσθησιν. Nicephorus ad Synes. p. 359: οἱ ποιηταὶ φιλόσοφοι ὄντες ἔλαθον ποιηταὶ παρὰ πάντων (cod. 2629, π. πᾶσι) καλούμενοι· τοῖς γὰρ ἰατροῖς παραπλήσια δρῶντες καὶ αὐτοὶ ἑαυτῶν φιλοσοφίας (melius cod., τὴν ἑ. φιλοσοφίαν) εἰς μύθους καὶ μέτρα καὶ μέλος (cod. sine κ. μέλος) ψυχαγωγοῦντα καταθέμενοι, τῆς ἐκεῖθεν ὠφελείας οὑτωσὶ τὸ πικρὸν συνεκάλυψαν· καθάπερ καί (cod. sine καί· velim οἱ) ἰατρῶν παῖδες τὴν τῶν λυσιτελούντων φαρμάκων ἀηδίαν μέλιτι κεραννύντες πολλάκις συγκρύπτουσιν. Demetrius Cydon. De contemn. morte c. 6, p. 44; Basil. Hom. Mor. p. 31. Seneca Rhetor Suas. 7: «decipere nos cogar, veluti salutarem pueris daturus potionem absinthiati poculi». Vincentius Lirin. Common. p. 357: «faciunt quod hi solent qui parvulis austera quædam temperaturi pocula, prius oras melle circumlinunt, ut incauta ætas, cum dulcedinem præsenserit, amaritudinem non reformidet». Multa possent addi. Addam tantum Saadii non vulgarem sententiam: ethicen esse remedium amarum, fragranti indulcorandum liquore quo palatum jucunde decipiatur; seque callide scammoneæ amarum dulci saccharo condire succum, quem lectoribus ægris bibendum præbeat.

(183) «Plato lib. 3 De rep. p. 437 [p. 192 Mass.]: ἄνδρα δὴ δυνάμενον ὑπὸ σοφίας παντοδαπὸν γίγνεσθαι καὶ μιμεῖσθαι πάντα χρήματα, εἰ ἡμῖν ἀφίκοιτο εἰς τὴν πόλιν αὐτός τε καὶ τὰ ποιήματα βουλόμενος ἐπιδείξασθαι, προσκυνοῖμεν ἂν αὐτὸν ὡς ἱερὸν καὶ θαυμαστὸν καὶ ἡδύν, εἴποιμεν δ' ἂν ὅτι οὐκ ἔστι τοιοῦτος ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει παρ' ἡμῖν οὔτε θέμις ἐγγενέσθαι· ἀποπέμποιμέν τε ἂν εἰς ἄλλην πόλιν, μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέαντες καὶ ἐρίῳ στέψαντες: *si quis ergo in nostram urbem venerit, qui animi sapientia in omnes possit sese vertere formas..... lanaque coronantes.* Vide Proclum in Commentario, et Maximum Tyrium Orat. 7 [Diss. 23]». DUC. — Πολιτείας] «De hac quid dicam scio; sed non est necesse irritare crabrones. Illud certum nequaquam ex usu hominum fore talem institutionem. Quod censuisse etiam puto amicos ac consiliarios Galieni, alioquin minime prudentissimi principis, a quo pene impetraverat Plotinus ut desertam quamdam in Campania civitatem restituere liceret, Platonicis institutis regendam. Sed amici, ut dictum, imperatoris rem impediverunt, bono, ut ego existimo, exemplo, ne cum auctoritate aliqua in

vulgum irent noxiæ illæ nugæ. Porphyrius rem tradit in Vita Plotini, invidiam tamen purpuratorum falso incessens, meo quidem animo [p. 8] : ἐτίμησαν δὲ τὸν Πλωτῖνον μάλιστα καὶ ἐσέφθησαν Γαλλιηνός τε ὁ αὐτοκράτωρ καὶ ἡ τούτου γυνὴ Σαλωνίνα· ὁ τῇ φιλίᾳ τῇ τούτων καταχρώμενος, φιλοσόφων τινὰ πόλιν κατὰ τὴν Καμπανίαν γεγενῆσθαι λεγομένην, ἄλλως δὲ κατερειπωμένην, ἠξίου ἀνεγείρειν, καὶ τὴν πέριξ χώραν χαρίσασθαι οἰκισθείσῃ τῇ πόλει, νόμοις δὲ χρῆσθαι τοὺς κατοικεῖν μέλλοντας τοῖς Πλάτωνος, καὶ τὴν προσηγορίαν αὐτῇ Πλατωνόπολιν θέσθαι· ἐκεῖ τε αὐτὸς μετὰ τῶν ἑταίρων ἀναχωρήσειν ὑπισχνεῖτο. Καὶ ἐγένετ' ἂν τὸ βούλημα ἐκ τοῦ ῥᾴστου τῷ φιλοσόφῳ, εἰ μή τινες τῶν συνόντων τῷ βασιλεῖ, φθονοῦντες ἢ νεμεσῶντες, ἢ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν μοχθηρὰν, ἐνεπόδισαν. Egregia sane futura erat harum legum cum romanis concordia ». BA.

(184) Αἱ γυναῖκες τὰς χελιδόνας] « Vetus et notum dictum. Plutarch. [Symp. 8, 7] ». TAR. « Mos fuit talis Græcarum mulierum hirundines instar loquacium, inutilium de cetero, avium domibus ejicere, unguento tamen perfusas; ne loquacitas scilicet irata maledictis sese ulcisceretur. Quo pacto cavendum, ne poetam aliquem quis inimicum habeat, suadet Socrates apud Platonem extremo Minoe : διὸ καὶ σὺ, ὦ βέλτιστε, ἐὰν σωφρονῇς, εὐλαβήσῃ καὶ ἄλλος πᾶς ἀνὴρ ὅτῳ μέλει τοῦ εὐδόκιμον εἶναι, μηδέποτε ἀπεχθάνεσθαι ἀνδρὶ ποιητικῷ μηδενί· οἱ γὰρ ποιηταὶ μέγα δύνανται εἰς δόξαν, ἐφ' ὁπότερ' ἂν ποιῶσιν εἰς τοὺς ἀνθρώπους, εὐλογοῦντες ἢ κατηγοροῦντες. De Homero et avicula pariter ejectis Theodoretus Therapeut. 2, [p. 486] : οὐδὲ μὴν ἐκεῖνο ξυνορῶσιν ὡς τῆς ἀληθείας οὐ πάντως ἡ εὐγλωττία διδάσκαλος· τί γὰρ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως ἥδιον; τί δὲ τῆς εὐεπείας ἐκείνης γλυκερώτερον; ἀλλ' ὅμως τοῦτον τῶν φιλοσόφων ὁ ἄριστος, μύρῳ γε ἀλείψας, καθάπερ αἱ γυναῖκες τὰς χελιδόνας, ἐκ τῆς ὑπ' αὐτοῦ συντεθείσης ἀπέπεμψε πόλεως, ἀκολασίας καλέσας καὶ δυσσεβείας διδάσκαλον· βλασφημεῖν γὰρ, φησὶν, ἐκπαιδεύει τοὺς νέους, καὶ πονηρὰς αὐτοῖς περὶ τῶν θεῶν ἐντίθησι δόξας, καὶ ἁπαλοῖς ἔτι οὖσι μαθήματα πονηρὰ καὶ διεφθαρμένα ἐνίησι. Sane et aliam caussam muliebris hujus perunctionis licet adjicere : ne videlicet redirent, sic deungi solitas hirundines. Cujus nos rei efficax apud nobilem Argentinam olim experimentum fecimus. Meminerunt multi eliminationis hujus Homericæ; pauci contra divini ejus honoris, quem a Ptolemæo Philopatore habuit, templo instar numinis cultus. Ælianus Var. lib. 13, c. 22 : Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ κατασκευάσας Ὁμήρῳ νεὼν, αὐτὸν μὲν καλῶς ἐκάθισε· κύκλῳ δὲ τὰς πόλεις περιέστησε τοῦ ἀγάλματος, ὅσαι ἀντιποιοῦνται τοῦ Ὁμήρου. Refero eodem verba Luciani ex Encomio

Demosthenis [c. 2] : τῇ χειρὶ τὸν Ὅμηρον ἐπιδείξας ἴσως δὲ καὶ τὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ τῶν Πτολεμαίων νεὼ τὸν καθειμένον τὰς κόμας. Ubi demissus capillus vaticinantis effigiem denotat, velut apud Plautum [Rud. 2, 3, 46] ». BA. Adde Barthium Advers. 22, 6, qui Theodoreti locum male tentat, apte autem apponit Dionis Chrys. verba ex Orat. 53, p. 276 : κελεύει μάλα εἰρηνικῶς στέψαντας αὐτὸν ἐρίῳ καὶ μύρου καταχέαντας, ἀφιέναι παρ' ἄλλους· τοῦτο δὲ αἱ γυναῖκες ἐπὶ τῶν χελιδόνων ποιοῦσιν.

(185) ACTD Ba, ἔξω τῆς αὐτοῦ πολιτείας B, ἐ.τ. αὐτοῦ π. — « 10 De leg. » TAR. Non memini quem innuat Tarinus De legibus e libro decimo locum. Tangit quidem p. 886 Plato veteres de theogonia poetas, cum primis Hesiodum; sed id nihil fere ad Zachariam facit. Omnino respici videtur locus De republica nobilissimus, quem supra Ducæus descripsit.

(186) Διαφθειροῦντά γε τ. νέους] « Platonis verba ex Theodoreto modo protulimus; quibus consonat longa ejusdem dissertatio lib. 2 De republ., ubi figmenta de diis Homeri et Hesiodi exagitat [p. 140] ; οὐδὲ λεκτέον νέῳ ἀκούοντι ὡς, ἀδικῶν τὰ ἔσχατα, οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ποιῇ, οὐδ' αὖ ἀδικοῦντα πατέρα κολάζων παντὶ τρόπῳ, ἀλλὰ δρῴη ἂν ὅπερ θεῶν οἱ πρῶτοί τε καὶ μέγιστοι· quæque ibi ad finem sequuntur, una cum ipso tertio. Non autem sequimur interpretem [Tarinum], qui sententiam philosophi immaniter auget, natum ad corrumpendos juvenes dicens Homerum, cujus alioquin laudes multæ apud eumdem philosophum ». BA. Vertit Tarinus : « e sua civitate ejecit, quasi natum ad juvenum mores corrumpendos ». — TD Ba, εἰ ταύτας αὐτοῖς μεταδοθείη. Vertit Genebrardus : « si eas illis communicet »; intelligens videlicet antiquitatem et eloquentiam, ridicule. Tarinus : « si eum legerint » ; quo Græca non ducunt. AB, εἰ ταύτης αὐτοῖς (superscripto αὐτῷ) μετ. C, εἰ ταύτης αὐτῷ μετ. : « si illum ejus faceret participem ». Idem verbum de eadem re adhibuit Dion Chrys. Or. 53, p. 275 : οὐ μεταδιδοὺς αὐτῷ (τῷ Ὁμήρῳ Πλάτων) τῆς αὐτοῦ πόλεώς τε καὶ πολιτείας σοφῆς, ὡς αὐτὸς ἐνόμιζεν, ἐσομένης, ἵνα μήτε ταῦτα ἀκούωσι περὶ θεῶν νέοι ὄντες, ... μηδ' αὖ περὶ τῶν ἐν ᾅδου μηδὲν σκυθρωπὸν λεγόμενον μαλακωτέρους αὐτοὺς πρός τε τὸ μάχεσθαι καὶ ἀποθνήσκειν ποιῇ. Quod reponi volebat Reiskius ποιῇ, reperi in codice 2958.

(187) Omnes φαίνεται, quod mutavi ob ἕως ἐγ. — « Ita addiderat

latine interpres [Genebrardus]: *nihil igitur tempus tantisper dum conturbat: nunquamne prædari voluptas ratio et veritas tibi videtur?* Sensum auctoris expressimus, qui non vult haberi rationem antiquitatis, si falsitati daudus sit locus». DUC. Sic autem vertit Ducæus: «nulla igitur apud nos erit ratio temporis, si mendacium nobis negotium facessat; neque nobis erunt pulchræ ullæ deliciæ, si quando ratio et veritas appareat». Scilicet ipsi ὅτι fuit pro adverbio temporis. Tarinus: «Ergo nulla erit apud nos ratio temporis, si mendacium turbet; nullæ nobis erunt pulcræ deliciæ, nisi cum ratio et veritas apparebit». Videtur voluisse ὅτι μὴ... φαίνεται. Mihi est ὅ τι pro articulo, cui opponitur καὶ ἡ, ac sumo παιδικὰ eo qui fuit supra n. 9 illustratus sensu: «nulla ergo etiam nobis erit ratio temporis, dum mendacium molestias exhibebit ac nullibi suaves illæ deliciæ, ratio et veritas, apparebunt».

(188) «Pro illis verbis, τῷ λόγῳ ἀνάγκη, legebatur in apographo Anglico εἴπερ ἀνέλκη ἑπώμεθα. Unde conjiciebat scribendum Montacutius: οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, οὕπερ ἂν ὁ λόγος ἕλκῃ, ἑπώμεθα· *quo nos trahit ratio sequamur*». DUC. Quod memorat legi Ducæus in Anglico, reperi in C, et ibi exstat in margine conjectura quam esse dicit Montacutii. Infra C, τούτου γε. Ceteri, τοῦτό γε. Et cum C verba φάθι τοίνυν Zachariæ christiano continuavi, quæ ceteri Iatrosophistæ tribuunt, ejus inserentes personam, qui et male dant Christiano sequentia τῷ συνέχειν, ἦδ' ὅς, quæ sunt Iatrosophistæ. Miror Ducæum, qui C ad manum habebat, inde non correxisse Tarinianam.

(189) Ἐξ μηδαμοῦ μηδαμῶς ὄντος] «Ex nihilo, cujus nulla dari potest existentia». BA.

(190) Ἁρμόττουσαν ὕλην] «Quæ congrua sit formis cum materia simul conditis. Seponit opinionem plurium insignium philosophorum de æternitate materiæ, seu silvæ [vid. p. 179, n. 84], cui formas tantum induxerit conditor universi deus. Etiam Ovidius cum *uno suo Naturæ vultu* eam persuasionem secutus est. Vide libros Περὶ ἀρεσκόντων Plutarcho adscriptos, qui nec integri, nec diligenter collecti, nec magni omnino ponderis sunt. Ποιητὴς mox melius *factor* [vid. n. 294], quam *effector* [cum Tarino et Genebr.] traducitur». BA. Infra edd., μόνον σχημάτων. ABC, μόνων σχ. Mox Ba

et C, γεγεννημένα et γεγεννημένοις. Infra C, ἡδέως αὐτοῦ πυθοίμην.

(191) Μηδέπω τὰ ὄντα δημιουργήσας] « Eadem Æneas noster, si satis memini ». BA. Modo unus Ba, δ' εἶναι.

(192) « Sustinet artificiose audientem sophistam, ut attentiorem reddat, interrogare hominem faciens, suspenso paullum sermone. Idque sæpius christianus per Dialogum hunc facit, notabili artificio. Iatrosophista, medicus-philosophus latine erit traducendus. Sophistæ enim eo tempore qui prioribus philosophi ». BA.

(193) « Ὁμότιμος collegam interpretatur Cyrillus magister. Atticus irridebat Aristotelem, qui, quem corpus esse videbat, mundum diceret tamen æternum, et parem incorporeo conditori deo. Vide Æneam [p. 53] ». BA. Infra ὁμότιμος redibit pp. 117, 8; 120, 2, 25. Cf. n. 207.

(194) C, καὶ ἀοράτῳ πασῶν. BD et Ba, ἀνωτάτῳ. AT, ἀνωτάτω.

(195) Ξεναγήσω] « Tanquam hospitem ducam. Ξεναγῶν, ὁδηγῶν καὶ ἄγων τοὺς ξένους· Hesychius. Magnificum se facit illa sua similitudine sophista ». BA.

(196) « De umbra pariter multis Æneas noster [p. 52] ». BA.

(197) Ὁμόχρονος] « Ineptissimum effatum. Cum enim in tenebris corpus, ubi umbra? Et totum hoc de umbra plusquam umbraticum est, et merito paullo post exagitatur. Vide eruditissimum lusum amici olim nostri Jo. Wowerii [De umbra pægnion c. 2], qui vel solo hoc ingenii sui sublimitatem et eruditionem animi ostendit ». BA.

(198) B, τοῦ θεοῦ αἰτιοῦντος αὐτοῦ τῷ εἶναι : et ad marg. : γρ. αἰτίου ὄντος αὐτῷ τοῦ. Hæc lectio ceterorum est.

(199) Editi, παρέπεται. Codices, παρατρέπεται, et ad m., γρ. παρέπεται. — « Γρ. παρατρέπεται. Ἀγχιφανὴς, ἀχάρακτος, ὁμόδρομος ἀνδρὸς, ὁ δ' αὐτ : Nonnus 29, [170] Dionys. ». TAR.

(200) « Ad umbram lumen, corpus et locum minime lucidum pertinere vult Theodor. Quæst. 6 in Genes., ut Andreas [imo Elias] Cretensis in Orat. 4 Gregor. [Naz. t. 2, p. 464 Bill.] ». TAR.

(201) Αὐτοῦ ὄντος φωτὸς νοεροῦ] « Intellectui soli capienda lux dicitur et sic debebat verti : *deus cum sit lux intellectualis*. Cetera melius omittuntur, quæ interpres adjecit. Non enim sensuum mentio est in Græco ». BA. Tangitur Tarinus qui vertit : « cum ipse sit lumen, intellectui, non sensibus, obvium ». Genebrardus pressius : « cum ipse sit lumen intellectuale ».

(202) Editi, τῶν παρ' ὑμῖν σοφῶν. Sed ABC, ἡμῖν. Genebrardus etiam vertit ὑμῖν. Et placet magis ὑμῖν quam ἡμῖν. — « Quidam vestrorum doctorum. De re ipsa multis alibi. Et vide de deo pulcra in Eclogis ad Arnobium, quas vocat, Julii Cæsaris Bulengeri [cc. 1, 2] ». BA.

(203) « Non sinit penetrare corpus aut transire fulgorem lucis. Retrocedere dicit lucem a corpore repulsam, et ita umbram fieri. Non sinit a tergo lucem esse; itaque fit umbra a tergo, fronte luci opposita ». BA. « *Nam nihil esse potest aliud, nisi lumine cassus Aer, id quod nos umbram perhibere suemus*, Lucret. lib. 4, [369] ». TAR.

(204) Διαγράφεται] « Depingitur velut ad lineas corporis ». *BA*.

(205) Λώβης] « Injuria mentem afficere suam dicit, quicumque talia ei cogitanda objecerit. Etymologicon : λώβη, ἡ ὕβρι ἐπὶ κακῷ περιβόητος... ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἠκρωτηριασμένων· εἰ γὰρ παλαιοὶ τοὺς ἔν τινι ἀτοπήματι ἁλόντας ἐνυβρίζοντες τὰ ἄκρα τῶν ὤτων ἀπέτεμνον ». BA.

(206) T Ba et AB, νοῦν τε ὁποσοῦν. C, νοῦν τε ὅπως οὖν. D, νοῦν τε ὁπωσοῦν. Visum est γε corrigere.

(207) « ὁμότιμον, paris pretii aut honoris. Et sic recte vertit Gilb. Genebrardus ». BA. Id contra Tarinum, qui vertit, « comparem ». Vide n. 193.

(208) Κατ' ἄλλον λόγον] « Ipsa suæ naturæ ratione. Melius fortasse

legatur : κατ' ἀληθινὸν λόγον · non istam adscititiam, sed veram rationem existentiæ ». BA.

(209) Τριχῆ] Ducæus vertit : « nam corpus triplicem recipit dimensionem ». — « Antea legebatur [in Genebrardi versione] : *nam corpus luminum dimensione est atque dicitur.* Scripserat fortasse interpres *trinum*, quod typographi oscitantia degeneravit in *luminum*. Doctissimus Budæus citat in Commentariis [ling. gr. p. 474] ex Philopono in Proclum τὸ τριχῆ διάστατον ἀπεργάζεσθαι, et exponit postea τρισὶ διαστάσεσιν ὁριζόμενον, *quod tribus dimensionibus terminatur*, et τὸ ἀδιάστατον, *quod nullam habet dimensionem*, ut σημεῖον καὶ κέντρον, *punctum* ». DUC. « Totidem verbis Philoponus ex Proclo ». TAR. « Τριχῆ. Male hoc omisit Genebrardus. Philoponi in Proclum paria verba adnotat Jo. Tarinus; sed ante eum idem fecerant vulgares lexicographi [H. Stephanus Thesaur. post Budæum] ». BA.

(210) Εἴδωλον] « Ut umbræ mortuorum εἴδωλα καμόντων Homero; Platoni in Phædone [§ 30] σκιοειδῆ φαντάσματα ». TAR. « Simulacrum. Ita idolum virginis pugione ab eo interfectæ Pausaniam inquietasse scribit Plutarchus in Cimone [c. 6]; umbram nimirum speciem ejus referentem. Εἰκόνα καὶ εἴδωλον defuncti dæmonium referre dicit Æneas [p. 60, 26] ». BA.

(211) Οὐδεμία τούτων διαφορά] « Non habeo pro sanis hæc verba. Potius enim dixerit, quod ὁμόχρονα sint, nihil paritatis inter tam diversa facere. Scripsit fortasse : τὸ μέντοι ὁμόχρονα εἶναι οὐδεμίαν τίκτει ἀδιαφορίαν. Sed quia confidentius hoc non affirmo. Et potest servari altera sententia, ut rem etiam tam tenuem non patiatur veram videri in verbis adversarii. Et legas simplicius : οὐδεμία τούτων ἀδιαφορία ». BA. Græca sanissima sunt.

(212) Μέτρον γὰρ οὗτος] « Videndus Aristoteles in 4 Physic. [c. 14]. At Plato ipsam τὴν τοῦ οὐρανοῦ φορὰν χρόνον videtur appellare [Diogen. Laert. 3, 73] ». TAR. « De tempore vide nonnulla Adversariorum lib. 58, c. 5 ». BA. Adde Fabric. ad Sextum Empir. p. 161, n. B; p. 563, n. R.

(213) Τὸ μετρούμενον] « Quod metiri potest et me [mensuram] recipit ». BA.

(214) C, ἐπεὶ τῶν πρός τι... « Isagog. c. 7 [Arist. Categ. c. 7] ». TAR.

(215) Ὁ χρόνος ἄρα ἐν χρόνῳ] « Aristotelis hæ sunt argutiæ c. 13 lib. 4 [Physic.], et 1 De cœlo [c. 10] : ἐν χρόνῳ πάντα γίνεται καὶ φθείρεται ». TAR.

(216) Editi, πρὸ τοῦ εἶναι τὸν κόσμον. ABC recte, ut edidi.

(217) « Ἀνασκευάζειν, retractare, evertere ». BA.

(218) Γλιχόμενοι] « Hesychius : γλιχόμενος, ἐπιθυμῶν. Non tamen sale caret hæc vox. Unde idem : γλίχὸς, πολυπράγμων, περίεργος. Ἐχόμενος ὑπὲρ τὸ δέον · auctor Etymologici ». BA. Cf. n. 66. Male satagit Barthius. Nihil est ibi salis.

(219) Ex Platone Tim. p. 38. — « Ἤνπερ ἄρα λύσις. Non vult expresse statuere solubilitatem, ut ita loquamur, tam mundi quam temporis. Vide infra p. 112 ». BA.

(220) « De structura ex arena Æneas et alii. Notum proverbium, ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκειν, apud Suidam. Columella Præf. lib. 10 : *eadem tam exigua sunt, ut, quod aiunt Græci, ex incomprehensibili parvitate arenæ funis effici non possit* ». BA. Cf. n. 68.

(221) « Παραλογισμῶν, circumventionum, deceptionum, ut interpretantur Glossæ Cyrillo adscriptæ ». BA. Memini loci Menandrei in quo vertendo nuper hallucinatus est vir d. : Ὀργῇ παραλογισμός ποτ' οὐδεὶς φύεται. Sensus esse videtur, « iræ vel irato homini nunquam paralogismum fieri » ; id est, nunquam fateri iratum hominem incidisse se in paralogismum, vel mala pro bonis et optimis argumenta semper habere.

(222) « Λημμάτιον, acceptionem, acceptiunculam, interpreteris eum eodem glossographo. Interpretes Tarinus et Genebrardus *sumptionem* verterunt. Ego *susceptionem* dixerim ». BA. Est in dialecticis λῆμμα plerumque syllogismi major præmissa. Pluribus id ostendi in Notit. mann. t. 11, part. 2, p. 32. Adde not. ad Nemes. p. 407. *Sumtio* interpretum nomen est valde proprium. Liceat describere de nomine λῆμμα observationem, quæ quidem ad Zachariæ illustra-

tionem est inutilis, sed eruditis tamen placebit lectoribus. Ad verba Gregorii Naz., ὅσοι περιττοὶ τὰ σοφιστικὰ καὶ προσαγωγοὶ τῶν λημμάτων, Orat. 20, p. 327, Basilius scholiis ineditis hæc notavit : τινὲς λημμάτων σοφιστικῶν φασὶ προβλημάτων· ἐγὼ δὲ διλήμματα μὲν ῥητορικὰ καὶ ἀναλήμματα μαθηματικὰ οἶδα μεμαθηκώς, καὶ ἁπλῶς οὕτως λήμματα τοὺς τόπους καὶ τὰς ἀφορμὰς τῶν εἰς ἑτέρων κατασκευὴν ἐπιχειρημάτων· ἀλλά γε λήμματα Ἀττικοὶ καὶ τὰ λαμβανόμενα φασίν, ὡς τὰ ἐναντία ἀναλώματα. Δίων ἐν Ῥωμαϊκαῖς Ἱστορίαις [46, 6] : « ὥσπερ αἱ πόρναι τὸν « δώσοντά τι ἀεὶ ἀναμένεις, καὶ προσαγωγοὺς τῶν λημμάτων πολλοὺς ἔχων, « πολυπραγμονεῖς τίς τίνα ἠδίκηκεν, ἢ δοκεῖ γε ἠδικηκέναι, τίς τίνι ἐπιβουλεύει, καὶ τούτοις συναίρῃ, καὶ διὰ τούτων τρέφῃ ». Ἔνθα οἶμαι ταῦτα οὕτως εἰρῆσθαι τῷ Πατρί. Reimaro Basilii scholium innotuerat.

(223) AB, ἐν αἰωνίῳ, μακάριε. Et sic editi. C, ἐν αἰωνίῳ, ὦ μακάριε. — « Ἐν αἰωνίῳ, in æternitate. Μακαρίους sese invicem vocant hi collocutores, non sine ironia quadam Græcus; at serio christianus, quia felicitatem veram et æternam vovet suo discipulo ». BA. Et hic Barthius est oculatior. Nomen ὦ μακάριε est ex usu platonicorum librorum, ut et ὦ δαιμόνιε, quod non semel jam legimus. Quod scripsi, ἐν αἰῶνι, ὦ μακάριε, verum esse puto, præcipue ob sequentia, εἰκὼν γὰρ τούτου ὁ χρόνος· τούτου scilicet τοῦ αἰῶνος. Plato Tim. p. 37, de tempore : εἰκόνα δ' ἐπινοεῖ κινητήν τινα αἰῶνος ποιῆσαι.

(224) « Vel ænigmatice et ridicule quæretur tempus temporis expers, ut fiat tempus. Sic vertendum χρόνος ἄχρονος. Utraque versio vitiose vulgo editur. In Genebrardi lege : *aut quæretur jo-culariter et captiose;* in Tarini : *tempus sine tempore quæretur* ». BA. Frustra carpit Genebrardum, qui id ipsum habet quod eum habere vult; ni fuerit a Ducæo tacite facta correctio.

(225) « Ἀγαθότητι, per bonitatem, causante bonitate. Illud *præ* interpretis [Tarini] parum commodum hic est ». BA.

(226) Vult legi καὶ καλὸν ὄντα annotator in C. Idem statim proponit, καί, ὃ μὴ θέμις εἰπεῖν, κακὸς γενήσεται, inserto κακός. Et videtur quidem ὃ μὴ θέμις εἰπεῖν non syntaxi verbo γενήσεται jungendum, sed per se stare debere, quod suadet usus. Plato Tim. p. 29 : εἰ δέ (ὃ μηδ' εἰπεῖν τινι θέμις) πρὸς τὸ γεγονός. In quo est ellipsis nominis

κακὸς, sed cum consueta in εἰ δὲ apesiopesi. — C, ἐπειδὴ τἀγαθῷ πάντα καλὰ δημιουργεῖν. Mox omnes junctim εὐαρμοσθέντα.

(227) Περὶ τἀγαθοῦ] « Non *de summo bono*, sed de bonitate ipsa, seu ὄντως ἀγαθῷ, id est deo ipso, bonitatis principio et fundamento, hæc dicuntur. Itaque τὸ *summo* de suo uterque interpres adjecit ». BA.

(228) Ἡ μόνη γὰρ ἀτρεψία] Genebrardus : « permansio enim est immutabilitas ». — « Videtur legisse Genebrardus : ἡ μονὴ γὰρ ἀτρεψία. Editio Tarini et apographum Anglicum : ἡ μόνη γὰρ ἀτρεψία· immutabilis enim ratio solum permanens, firmum, veritas ». DUC.

(229) « Quod vero sequitur καὶ τὸ ὄντως ὂν interpres [Genebrardus] verterat, *et proprie unum vereque existit;* quasi legisset, καὶ τὸ ὄντως ἓν καὶ αὐτὸ τὸ ὄν ». DUC. Refinxit Ducæus : « quod vere est, ipsum quoque unum est ».

(230) Τἀγαθὸν καὶ ἡ φύσις τἀγαθοῦ] « Iterum non satis circumspecte *summum* hic *bono* adjicit Jo. Tarinus. Nam sententia auctoris est, solum bonum et unicum bonum bonique naturam ipsam esse deum, præter quem bonum nullum sit, bonum nihil sit; non de qualitate aut quantitate boni loquitur. Melius Genebrardus in hoc, quanquam in cæteris non item ». BA.

(231) C, ἢ διαμένειν.

(232) « *Jucundum erit audire*. Nihil habet hic quod agat τὸ *merito* Tarinianum ». BA. Tarinus scilicet : « age, libens merito audiam ».

(233) ABTD Ba, Ἀλκιβιάδην. C, Ἀλκιβιάδη, quod sumsi, quum statim omnes conspirent in Ἀριστοτέλη scribendo.

(234) Καλόν τι φὴς εἶναι ἢ οὔ;] « Non congruit sententiæ, quod interpretes ambo scripserunt, *necne?* clare scribendum : *an secus?* » BA.

(235) Φαίνεται] « *Apparet, paret, clarum est sic esse*. Male inter-

pretes. Affirmat alter [Tarinus : « aio »]; alter opinatur [Genebr. : « opinor »]; cum rem per se claram esse auctor dicat ». BA.

(236) Τοῦ σεμνοῦ περιπάτου] « Τὸ σεμνὸν ad sectam pertinet; idque male illi eripiunt, et Aristoteli tradunt ambo traductores ». BA. Genebrardus : « insignis Peripateticæ sectæ dux ». Tarinus : « gravis sectæ peripateticorum dux ». Referebant, opinor, *insignis* et *gravis* ad genitivum *sectæ*.

(237) « Οὕτως ἔδει· ita fieri opus erat, conveniebat ». BA.

(238) « Male τὸ σοὶ neglectum interpreti. Bene rationem ejus habuit Genebrardus ». BA.

(239) Ἀλλά μοι χαρίζῃ] « Demereberis me; gratam mihi rem facies. Male idem Tarinus : « amabis me ». Sed τὸ ἀλλὰ nihil huc facit. Scribe, μάλα μοι χαρ., valde mihi gratificaberis ». BA. Supra p. 85 : ἀλλά μοι χαρίζῃ τοῦτο ποιῶν· litem non movente Barthio, qui et nunc silere debebat. Cf. p. 143, 8.

(240) C, ποιοίη. B, ποιῶν, et ad marg. ποίη. Ceteri, ποιῶν.

(241) Ἢ οὔ σοι δοκεῖ] « Inest hic aliquid gratiæ græcanicæ, quam doctissimi viri non attenderunt; quasi abblandiens dicat : *nisi si tibi secus res habere videbitur*. Estque socratica e Platone blandiloquentia ». BA. Interpretes recte verterunt. Jam Barthius circa nugulas est occupatior.

(242) TD Ba, ὁ στρατηγός. ABC sine ὁ. — Τριάκοντα ἢ ἑκατὸν στρατιώτας] « Mira omissio inter hos numerorum, nec satis concinna. Scribas fortasse ἐνενήκοντα ἢ ἑκατόν. Sed subjungitur mox eadem scriptura, ut tales manipuli vel scaræ tum fuerint in usu ». BA.

(243) Omnes γυμνάζοι et παιδεύοι. Conjector in C : ἴσ. γυμνάζει et παιδεύει. Id scripsi, propter præsens προστίθησι. Passim obtinet illa permutatio vocalium ει et οι. Arsenius Viol. p. 265 de Zenone : ἔλεγε μὴ δεῖν ζητεῖν τοὺς ἀνθρώπους οἵ τινες ἐκ μεγάλης πόλεώς εἰσιν, ἀλλ' εἰ μεγάλης πόλεως ἄξιοι. Puto scribendum, ἀλλ' οἱ μεγ. Macedonius

Anth. Pal. 6, 30 : Θρέψον ἔτι σκαῖρον τὸ γερόντιον, ἀλλ' ἀπὸ γαίας, ὡς ἐθέλεις, μεδέων καὶ χθονὶ καὶ πελάγει. Quum viderim sollicitata fuisse verba ὡς ἐθέλεις, vix tamen sollicitanda, proponam et ego nonnihil variationis, ὡς ἐθέλοις! « utinam velis »! Tzetzes Chil. 10, 401 : Καὶ πόλιν κτίσαι θεῖναί τε ἥνπερ ἐθέλει κλῆσιν. Malim ἐθέλοι. Præterea scribendum, ut servetur accentus lex metrici, θεῖναι τε vel θεῖναι τί. Æschylus Eumen. 283 : καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις. Reperi in codice 2886 χοιροκτ. quidem, sed cum superscripta varietate χει. Erunt καθαρμοὶ χειρόκτονοι purificationes ex victimis manu sacerdotum immolatis.

(244) Τὰ ἔργον τῶν τριάκοντα] « Genebrardi versio aliquid de millibus gannit. Sed in ea *militum* vox corrupta est et vox una excidit. Lege : *quod si eorum aliquis intereat, alterum conscribit catalogo, atque ita opus triginta centumve militum* [est *militum*, non *millium* in editione Ducæana], *ut et universa actio, detrimentum aut vacationem nullam sustinet*. Quam bene autem latine loquatur is homo, dicere non attinet ». BA.

(245) « Ἐργασία, expeditionem, bellum quod præ manibus sit, indicat; ἀργίαν, prolongationem, impedimentum ». BA.

(246) Editi, λιπόντος. A, λειπόντος. BC, λείποντος. Mox conjector in C, pro καὶ τῶν κατὰ μέρος, proponit, ἴσ. καί τοι τῶν κ. μ.

(247) «Hesychius : βαναυσίας, ἰδιωτίας ἢ ἀλογίας. Dicas hunc locum respexisse Hesychium. Nam in eo non pauca sunt, quæ ad loca etiam recentiorum auctorum respiciant. Etymologus [p. 188, 40, βάναυσον] τὸν ἀπάνθρωπον καὶ ὑπερήφανον exponit; Cyrillus glossographus [βαναυσίαν] *arrogantiam* ». BA. Supra p. 102, 16, Pythagoræ et Platonis βαναυσία ridebatur.

(248) Οὐδὲ τὴν τρίχα] « Notissimum de minutissima re proverbium. Catullus [10, 13] : *non facere pili;* etc. Cicero ad Atticum lib. 5, Ep. 20. Et alibi ». BA. Comparat Barthius non comparanda. Qua usus est loquutione Zacharias nihil habet cum latino proverbio commune.

(249) Λήμην ὥσπερ τινά] « Lippitudo, oculorum vitium. Latinos

glamam dixisse docet jam laudatum Cyrilli Glossarium. [Etymologicon M.] : λήμη λέγεται τὸ συνιστάμενον ἐν τῷ ὀφθαλμῷ λευκὸν ὑγρὸν καὶ ἀμβλυώττειν παρασκευάζον. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Σωρανὸς λέγει λημᾷν λέγεσθαι τὸ ἀπολαυστικῶς βλέπειν, παρὰ τὸ λάειν, ὅ ἐστιν ἀπολαύειν. Scholiastes Aristophanis Pluto [581] : λήμη ἐστὶ τὸ πεπηγὸς δάκρυον ὅπερ ἐπικαθεζόμενον βλάπτει τοὺς ὀφθαλμούς· οἱ τὰς λήμας ἔχοντες τῶν ὀφθαλμῶν ἐμποδίζονται τὰς ὄψεις ». BA. Plutarchus Non posse suaviter § 21 : δεῖ μὲν γὰρ ἀμέλει τῆς περὶ θεῶν δόξης, ὥσπερ ὄψεως λήμην, ἀφαιρεῖν τὴν δεισιδαιμονίαν. Gregorius Naz. Orat. 10, p. 171 : τὸ πάθος ἐπισκοτεῖ τοῖς λογισμοῖς, καὶ, καθάπερ λήμη τις τὸν ὀφθαλμὸν ὑπελθοῦσα, καθαρῶς συνιδεῖν οὐκ ἐᾷ τὸ δέον. Theodorus Hyrtac. Epist. 7 : πάντως ἂν τὸ πρὸς ἀλήθειαν λημῶν ὄμμα καθάραντες, πρὸς τὸν ἐκείνης ἥλιον ἐντρανίσαντε. Adde Creuzer. ad Plot. De pulcr. p. 739; Lhard. Demad. pag. 87.

(250) Τῶν τῆς διανοίας ὀμμάτων] « De his singulari tractatione in Adversariorum Commentariis [12, 15] ». BA. Vide ad Æneam n. 298.

(251) Δεύτερον πλοῦν] « Secundam navigationem facere, proverbium Græcis non rarum. Vide doctissimum olim amicum nostrum Andr. Schottum ad Proverbia Suidæ Cent. 5, adag. 34 ». BA. Multa ipse dedi ad Anecd. t. 2, p. 445; cf. et t. 3, p. 196; dedit Walz. ad Arsen. p. 179; et Stalb. ad Phileb. p. 42. Basilius Hom. Mor. p. 127 : εὐχῆς μὲν οὖν ἄξιον μὴ προσάψασθαι τοῦ κακοῦ· δεύτερος δὲ πλοῦς, εὐθὺς μετὰ τὴν πεῖραν, ὥσπερ ἰοβόλου πληγὴν ἀποφεύγειν. Nicephorus Greg. Hist. 3, 2, 4 : ὡς ἀνάγκην εἶναι λοιπὸν, κατὰ δεύτερον, τὸ λεγόμενον, πλοῦν, ἐς τὸν ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸν... αὐτὴν (τὴν ἀρχὴν) διαβαίνειν. Quem cf. et 7, 5, 10. Thomas Mag. Argum. Nubium : ἀποτυχὼν δὲ ὁ πρεσβύτης τῆς ἐπ' ἐκείνου ἐλπίδος... εἰς δεύτερον εἶδε πλοῦν. Scholiastes Plat. ad Phæd. p. 12 : παροιμία, δεύτερος πλοῦς, ἐπὶ τῶν ἀσφαλῶς τι πραττόντων, καθόσον οἱ διαμαρτόντες κατὰ τὸν πρότερον πλοῦν, ἀσφαλῶς παρασκευάζονται τὸν δεύτερον. Codex 2720, παρόσον, pro καθόσον. Adde Gregor. Naz. t. 2, p. 8, D; Phil. De Abrah. § 24; Georg. Lapith. 1264; Procop. Gaz. in meis ad Simoc. notis p. 266.

(252) Μὴ καὶ λῆρος ᾖ καὶ βλασφ.] « Impia nugacitas et blasphema stultitia. In versione Tarini negatio neglecta est ». BA.

(253) « Ἀνάρμοστον, incongruum ». BA.

(254) « Ἠλίθιον· Hesychius : μάταιον, ἀναίσθητον, μωρὸν, ἀνόητον, ἄφρονα. Una voce pulcre reddidit Cyrillus glossographus, *brutum* ». BA.

(255) « Eadem enim ratione qua affirmatis non prævaricari officio suo imperatorem, eadem neque deus traducetur aut culpabitur, quin sit et conditor et bonus, alterans et in aliam formam transferens mundum, imo et perdens. Non enim in æternum eum transfigurabit, ut neque ab æterno eum condidit. Hic est accuratus horum verborum sensus, quem obnubilarunt nonnihil, alter etiam pene extinxit, interpretes. Rationem vero istam non admodum capitalem esse docet creatio animarum et spirituum in mundo, qui sane immortales creati sunt, ut sanior theologia docet; quamvis non ignorem Arnobium et alios secus esse arbitratos. De quo suo loco ». BA. Distinxi aliter quam poscit Barthii sententia, non bona.

(256) Editi, λωβήσεται. Codices, λωβηθήσεται. Quos sequi debui. Vide et n. 306. Mox C, εἰς ἀΐδιον. Ceteri, ἐς ἀ.

(257) Ἐποίει γὰρ τὸν νοητόν] « Hæc perspicue mendosa sunt, neque rationem Zachariæ propositam tuentur aut absolvunt. Affirmat enim non ab æterno aut in æternam durationem mundum a deo esse constitutum; transformare igitur eum et penitus abolere non esse contra ordinationem divinam, sed eum conclusisse transfigurandum eumdem e mortali quandoque in immortalem. Hanc necessariam sententiam reddes optimo auctori, mutata una voce legendo : ποιήσει γάρ. Sed et alteram recte mutabis : ποιήσει γὰρ αὐτὸν νοητόν. Vide omnino sequentia mox ». BA. Nihil mutandum : « faciebat enim deus mundum intellectualem », quando hunc visibilem et sensibilem nondum creabat. Philo De opif. § 4 : βουληθεὶς τὸν ὁρατὸν τουτονὶ κόσμον δημιουργῆσαι, προεξετύπου (ὁ θεός) τὸν νοητὸν, ἵνα, χρώμενος ἀσωμάτῳ καὶ θεοειδεστάτῳ παραδείγματι, τὸν σωματικὸν τοῦτον ἀπεργάσηται.

(258) T Ba, πρώτης. Ceteri πρὸ τῆς. Sic passim librarii male uniunt, male disjungunt syllabas. Gregorius Naz. t. 2, p. 32 :

Ἀλλὰ καὶ ὡς (melius ὧς reperi in duobus codd.) βιότοιο κακαῖς πείρονται ἀκάνθαις, Χρειοῖ ἀναγκαίῃ, καὶ ἔκτοθι μυρία δαίμων Λυσσήεις κακοεργὸς ἐμήσατο κέντρα μόροιο, Ἀμελέοις θνητοῖσι. Divisim scribendum cum codd., ἆ μελέοις θν. : « miseris *heu!* mortalibus ». Exhibet alter scholium : φεῦ, ἀθλίοις ἀνθρώποις. Georgius Acrop. Hist. c. 34 : ἐπαπειλῆσαι δεινῶς, εἰ μὴ σιγῇ φέρει, ὅσα οἱ διαβολῆς ἐστιν ἐπ' αὐτῇ διαπράξασθαι. Vertit Allatius, « omnia quæ illi probro essent » ; sed ὅσα οἱ διὰ βουλῆς divisim et cum levi mutatione scribendum ex codice 3041, ac vertendum, « quicquid ipsi libuerit ; quæ voluerit omnia ». Mirabile est valde Yriartem, reperta Const. Lascaris epistola, in qua scriptum, ἀφ' οὗ οἱ μετὰ γενέστεροι ἀρυσάμενοι παρὰ πᾶσιν εὐδοκίμησαν, proposuisse, Catal. Matrit. p. 145, οἱ μετὰ γεννητοὶ, nec vidisse adunatis syllabis οἱ μεταγενέστεροι rescribendum.

(259) « Μετὰ τάξεως, servato constituto sibi ordine, ut jam diximus. Δημιουργεῖ, operatur; servat ordinem et prosequitur, quem in creatione prima constituit; non otiatur ». BA.

(260) Οὔτε... πάμπαν καταδικάζει] « Secundum doctrinam rationis et Paulli apostolicam. Eadem Æneas noster ». BA.

(261) « Intellectualem nempe mundum faciet pro sensibili. Hoc dicebat supra. Eadem apud Æneam ad finem Dialogi, qui ex argento et stanno aurum sua ætate produci potuisse, in exemplum in melius traducendi a deo mundi, memorat [p. 71, 4] ». BA.

(262) Petri Epist. 2, 3, 13 : καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ γῆν καινὴν, κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ, προσδοκῶμεν. Cf. Apocal. 21, 1.

(263) Βασίλειος ὁ κλεινὸς καὶ θεσπέσιος] « In Hexaem. Homil. 1, [c. 3, p. 4] : οὗ τὰ μέρη φθοραῖς καὶ ἀλλοιώσεσιν ὑπόκειται, τούτου καὶ τὸ ὅλον, etc. uti supra ». TAR. « Annotavit locum Basilii Montacutius ex Hom. 1 in Hexaem. p. 2 : μηδὲ τοσοῦτον δυνηθέντες ἐννοηθῆναι, ὅτι οὗ τὰ μέρη φθοραῖς καὶ ἀλλοιώσεσιν ὑπόκειται, τούτου καὶ τὸ ὅλον ἀνάγκη ποτὲ τὰ αὐτὰ παθήματα τοῖς οἰκείοις μέρεσιν ὑποστῆναι· *sed nec tantum intelligentiæ habuerunt, ut animadverterent quod ipsum totum, cujus partes corruptioni mutationique subjiciuntur, easdem affectiones, quibus et ipsæ partes afficiuntur, subire tandem necessarium sit* ». DUC. « Κλεινὸς καὶ θεσπέσιος, inclitus et venerabilis. Mirum cur alios

titulos Basilio dederint interpretes [egregius et divinus]. Citat vero hunc et infra p. 139, 13, μέγαν ἀληθείας διδάσκαλον nuncupans, ut et Gregorium Nazianzenum, τὸν ἡμέτερον θεολόγον vocans p. 130, 18; item p. 142, 26, ubi pariter μέγαν ἀληθείας διδάσκαλον appellat; ne videlicet minus gloriæ alteri ex duobus contubernalibus tribueret, quos ambos, adjuncto Chrysostomo et duobus aliis Gregoriis, fere incomparabiles doctores ecclesia Græca habuit ». BA. Infra p. 145, 9, eisdem epithetis Clemens Alex. est insignitus : Κλήμης ὁ κλεινὸς καὶ θεσπέσιος.

(264) Τίθενται δὲ τῷ λόγῳ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς] De verbo τίθεσθαι hac approbandi significatione n. 154. — « Idem [Montacutius] et testem laudat Ciceronem lib. 2, [c. 39] Acad. Quæst., de stoicorum sententia de mundi interitu : *erit persuasum etiam solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse, quod quædam animalis intelligentia per omnia illa permeet et transeat; fore tamen aliquando ut omnis hic mundus ardore deflagret.* Hinc lux Justino Martyri, apud quem in Apolog. 2, [1, 20], stoici affirmantur docere deum igne solutum iri : οἱ λεγόμενοι δὲ στωϊκοὶ φιλόσοφοι καὶ αὐτὸν τὸν θεὸν εἰς πῦρ ἀναλύεσθαι δογματίζουσι, hoc est mundum, quem pro deo reputabant. Epiphanius Anacephal. [p. 132] : στωϊκοὶ σῶμα τὸ πᾶν δογματίζοντες καὶ τὸν αἰσθητὸν τοῦτον κόσμον θεὸν νομίζοντες· *stoici corpus universum esse definiunt et aspectabilem hunc mundum deum esse statuunt.* Theodoretus lib. 5 [p. 546] De curat. græc. : στωϊκοὶ τὴν ἰσχυροτέραν ψυχὴν ζῆν ἔφασαν μέχρι τῆς τοῦ παντὸς ἐκπυρώσεως· *stoici validiores animas perdurare dixerunt usque ad mundi conflagrationem* ». DUC. « Seneca fine lib. 3 Nat. Quæst. : *peracto exitio generis humani extinctisque pariter feris, in quarum ingenia homines transierant, antiquus ordo revocabitur; omne ex integro animal generabitur, dabiturque terris homo inscius scelerum et melioribus auspiciis natus.* Plura idem Epist. 71, [§ 11]. Vide doctissimi Lipsii Stoica [Physiol. Stoic. 2, Diss. 20 seqq.] ». BA.

(265) Γεωμετρικαῖς ἀνάγκαις] « Quæ ut oculis objecta, refutari non possunt. Cicero Acad. 4, [c. 36] : *geometræ provideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere, et qui omnia nobis, quæ describunt, probant.* Seneca Natur. l. 1, c. 4 : *rationes, quæ non persuadent, sed cogunt, a geometris adferuntur.* Synesius Epist. 130. Sed vide Sextum lib. 3 Contra mathematicos ». BA. Adde supra n. 80.

(266) Πλάτωνος τοῦ σοφοῦ] « Sophi titulus magistris sectarum datur. Sic christianos doctores veritatis τοὺς καθ' ἡμᾶς σοφοὺς vocat p. 142, 4 : ἥ φησί τις τῶν καθ' ἡμᾶς σοφῶν. Et sapiens Basilius p. 122, 6 : ἥ φησι Βασίλειος ὁ σοφός. Ita Calasiris σοφὸς apud Heliodorum [2; 24, 25, 29], quem sanctum et doctum præcipue vult. Platonis Timæus ejusque interpretes omnibus sunt in manibus, nec nos philosophice hunc tractare sumsimus ». BA.

(267) Plato Tim. p. 28. Vertit Ducæus : τὸ μὲν δὴ... *illud quidem sane intelligentia cum ratione comprehenditur, cum semper eodem modo se habeat; hoc vero rursus quod opinione attingitur per sensum rationis expertem efficitur atque interit...* « Restituimus » Ducæus ait, « hunc locum ex interprete Platonis in Timæo, cum legeretur antea : *cum semper in iisdem versetur, hoc vero rursum sensu rationis experte opinabile efficitur*. Sed hæc græce aliter leguntur apud Platonem : τὸ δ' αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστὸν, γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν· *hoc opinione per irrationalem sensum cum gignatur et intereat, neque vero unquam sit* ». Vide Davis. ad Tusculan. 1, 24.

(268) « Sequentem etiam locum ex eodem Timæo prolatum exscripsit et Theodoretus lib. 4 Græcar. affect. curat. p. 62 [p. 534], ubi legit : τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντός... Sed apud Platonem p. 526 [p. 28] editum est : τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντός· apud Zachariam, τὸν μὲν οὖν πατέρα καὶ ποιητήν. Gregorius Nazianz. Orat. 34, p. 538 : θεὸν νοῆσαι μὲν χαλεπὸν, φράσαι δὲ ἀδύνατον, ὥς τις τῶν παρ' Ἕλλησι θεολόγων ἐφιλοσόφησεν· *deum intellectu percipere difficile est; eloqui autem impossibile, ut profanorum theologorum quidam docuit* ». DUC. Ἐξειπεῖν ἀδύνατον] « Apuleius, Dogm. Platonis [p. 3] : *Plato hæc de deo sentit, quod sit incorporeus : is unus, ait*, ἀπερίμετρος, *rerumque genitor, omnium extortor, beatus et beatificus, optimus, nihil indigens, ipse conferens cuncta; quem quidem cœlestem pronunciat, indictum, innominabilem, et, ut ait ipse*, ἄῤῥητον, ἀκατωνόμαστον; *cujus naturam invenire difficile est; si inventa sit, in multos eam enunciari non posse*. Athenagoras Legatione [c. 6] : ὅτι μὴ μόνοι εἰς μονάδα τὸν θεὸν κατακλείομεν, ἐπὶ τὰς δόξας ἐτραπόμην· φησὶν οὖν ὁ Πλάτων, τὸν μὲν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Elias Cretensis in Orat. 1 Gregorii Theol. [t. 2, p. 85] : *Gregorius osten-*

dit quonam pacto in numerosa multitudine de deo sermonem habere difficile sit : id autem probat a mentis imbecillitate, qua recte illuminari ac tantæ rei formam explicare nequiverit; tum ab interpretis sermonis infirmitate, qui id quod animo conceptum fuerit, explicare ac perspicue declarare minime potuerit : deum enim, ut Plato ait, cogitare quidem difficile est, eloqui autem, ut dignum est, impossibile. Minutius Felix Octavio [p. 21] : *Platoni in Timæo deus est ipso suo nomine mundi parens, artifex animæ, cœlestium terrenorumque fabricator, quem et invenire difficile præ nimia et incredibili potestate, et, cum inveneris, in publicum dicere impossibile præfatur* ». BA. Elias in Gregorium Orat. 23, t. 2, p. 842 : *Plato deum rerum effectarum patrem nuncupabat* ». Adde Elmenh. ad Minut. l.

(269) ABC, ὁρατός τε γὰρ, ἁπτός ἐστι. TD Ba, καὶ ἁπτός. Ex Platone Tim. p. 28. «Æneas Gazæus [p. 51, 25] : ὁρατός τε γάρ ἐστιν ἁπτός τέ ἐστι· τοῦ οὐρανοῦ τὸ χαριέστατον οἱ ἀστέρες. Sic legenda verba optimi auctoris. Idem postea [53, 8] ; ὁρατὸν γὰρ ὄντα καὶ ἁπτὸν καὶ πάντῃ σωματοειδῆ, ἀμήχανον ἦν ἀγένητον εἶναι ». BA. Cf. ad Æneam n. 443.

(270) Plato Tim. p. 38.

(271) Plato Tim. p. 41. — Athenagoras dicto libro [et loco] de Platone : ἕνα τὸν ἀγέννητον καὶ ἀΐδιον νοῶν θεόν· εἰ δ' οἶδεν καὶ ἄλλους, οἷον ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας, ἀλλ' ὡς γεννητοὺς οἶδεν αὐτούς· θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς, πατήρ τε ἔργων, ἀδύνατα ἐμοῦ μὴ θέλοντος. Eadem apud Æneam nostrum in Theophrasto [p. 45, 12]; et apud Chalcidium in Timæum interpretatione et commentario ». BA.

(272) « Sic vulgo ἐγγίνεσθε. Forte, ἐγίνεσθε ». TAR. Est ἐγίγνεσθε recte in edito Platone, idque scripsi.

(273) Καταφαρμακεύομεν] Illudit professioni hominis medici, qui sit instar mente capti, et habeat necesse simul potionibus et sermonibus curari ». BA.

(274) Ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι] « Hesychius : ἁλμυρά, χαλεπά, πικρά· a mari. Idem ἁλμυρὸν ἁλικὸν exponit, qua voce mari vicini aut accolæ homines in Peloponneso dicebantur. Κυρίως τίθεται ἡ λέξις ἐπὶ τῶν εἰς ἅλα μυρομένων ποταμῶν, ὅ ἐστιν ἐκχεομένων· Auctor Etymol. Pollux lib. 2, c. 4, [110] : κρίνειν χυμοὺς ὀξεῖς, δριμεῖς, ὀδα-

ξιστικοὺς, πικροὺς, ἁλμυροὺς, ἁλυκούς. Πλάτων γὰρ καὶ τῷ ἁλυκῷ ὀνόματι ἐν Τιμαίῳ [t. 7, pp. 67, 98] κέχρηται. Quem sequitur hoc loco Zacharias. Ἀποκλύσασθαι, abluere, eluere ». BA. Zacharias non sequitur hoc loco Platonem in Timæo, sed in Phædro. Plato enim Phædr. 45 : ἐπιθυμῶ ποτίμῳ λόγῳ οἷον ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι. Philostratus V. S. 2, 28, 6 : ἦν δὲ αὐτῷ τὰ μὲν τῆς διαλέξεως Πλάτωνος ἀνειμένα καὶ Δίωνος, τὰ δὲ τῆς μελέτης κατὰ τοῦ Πολέμωνος ἐῤῥωμένα καί που καὶ ποτιμώτερα. Quid sit Platonici in adjectivo ποτιμώτερα bene intellexit Kayser. cujus vide Notas crit. p. 13. Codex 1696 apte exhibet ἀνημμένα et κατὰ τὸν Πολέμωνα : nam sic esse puto, etsi in meis schedulis raptim scriptis inveniam κατὰ τὸν Πολέμωνος. Psellus Opusculis ineditis, p. 152 editionis futuræ, antithesi parili : εἰ οὕτω ποιεῖτε, κατὰ τοὺς ναυτιλλομένους ἐξ ἁλμυροῦ πότιμον ὕδωρ ἀρύσεσθε.

(275) Κατεπᾴδειν] « Manet in homine insaniæ exagitando, alludens et medicorum ineptias, qui multa cantando curari credebant; de quo ex antiquitatis omnibus fere conditoriis alibi. De verbo κατεπᾴδειν Hesychius, Pollux lib. 4, c. 6, [49], Suidas. Genebrardus hic intricatius vertit altero ». BA. Genebrardus scilicet : « tuisne auribus oportet plura insusurrare? » Tarinus : « an pluribus incantandus es? » Basilius Epist. 188 : ἐὰν ἐπιτρέψωμεν τῷ λογισμῷ ταῦτα ἡμῖν κατεπᾴδειν, τάχα ἂν εὕροιμέν τινα μετρίαν τοῦ κακοῦ λύσιν. Clemens Alex. Quis dives § 42 : ποικίλαις δὲ σειρῆσι λόγων κατεπᾴδων αὐτοῦ τὴν γνώμην· ubi inter plurima alia adposuit Segaar p. 349 locum Platonis Menone p. 80, γοητεύεις με καὶ φαρμάττεις καὶ ἀτεχνῶς κατεπᾴδεις· cujus fere meminisse Zacharias videtur.

(276) Editi, εἰ γέγονε. A, ἢ γ. B, ἣ γ. C, ἡ γ. Genebrardus : « quatenus ortum ». Legebat ᾗ γ., quod reposui. Plato Tim. p. 48 : εἴ τις οὖν ᾗ γέγονε κατὰ ταυτὰ ὄντως ἐρεῖ. Pariter η et ει permutata sunt in Epigr. Diotimi Anth. Plan. 158 : Ὡς πρέπει Ἄρτεμίς εἰμ'· εἰ δ' Ἄρτεμιν αὐτὸς ὁ χαλκεὺς Μανύει Ζηνὸς, κοὐχ ἑτέρου θυγάτρα', τεκμαίρου τὸ θράσος τῆς παρθένου. Sumta Jacobsii conjectura χαλκὸς, legerim : ἠδ' Ἄρτεμιν αὐτὸς ὁ χαλκὸς Μ... θυγάτρα. Τεκμ...

(277) Μὴ δέ σε μορμολυττέτω. Sic C. Reliqui μὴ δή σε μ. — « Μορμ., absterreat. Hesychius : μορμολύττει, φοβερίζει· μόρμοι, φόβοι. A larvis tragicorum. Vide eumdem et Etymologum. Nos supra [p. 349, n. 77] ». BA.

(278) Modo C, τὸ μὲν πᾶν. Editi, προδιαλεγόμενος. ABC, προδιαλ. — « Æneas Gazæus [p. 58, 10] : Πλάτων οὐ τῆς γῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ οὐρανοῦ φθορὰν σαφῶς ἐπεισάγει Τιμαίῳ, λέγων ἐκ τῆς οἰκείας φθορᾶς τὸν οὐρανὸν τρέφεσθαι· εἰ τοίνυν τροφὴ καὶ φθορὰ, ποῦ τὸ ἀθάνατον » ; BA. Vide ad Æneam n. 484.

(279) Editi et AB, εἰ δὲ βουλήσει. C, εἰ δὴ β. Hoc melius. Φησὶν loco modo laudato ab Zacharia : οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ λαχόντες.

(280) C, ὅτι ἂν φήσειεν. — Ἐν νυκτομαχίᾳ μαχόμενος] « Proverbium. Latini dicunt, andabatarum more pugnare. De quo vide doctiss. Lipsium lib. 2 Saturnal. c. 12 ». BA. Theodoretus Therap. 4, p. 527 : οὔτε ἀληθῆ, οὔτε μὴν ξυνῳδά γε ἀλλήλοις ἐδόξασαν, ἀλλ' εἰς πολλὰς ἐν νυκτομαχίᾳ διεκρίθησαν μοίρας, ἀλλήλοις ὡς πολεμίοις κατεπεμβαίνοντες. Aristides t. 2, p. 414 : ἡμεῖς δὲ γνωρίζωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, καὶ μὴ φυρώμεθα ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ · quæ vera esse videtur scriptura.

(281) Annotator in C, pro καὶ οὐδενὸς, conjecit, μᾶλλον δὲ οὐδενός. Et offendebat ad id Barthius, immerito, ut opinor. — « Non sunt omnino sana hæc verba. Scribe, εἰ μὴ οὐδενός. Pulcre autem ista concluduntur, ut animo exigatur vel deum vel aliquid deo simile esse mundum ». BA. Mox editi et AB, εἰ δὴ φύσει. C, εἰ δὲ φ., quod prætuli. Infra ὅδε ὁ κόσμος ex C; reliqui sine ὁ. Quod sequitur τίθεται illustratum est n. 154.

(282) Ba C, ἀγέννητον. Mox C, γεννητός.

(283) Plato Tim. p. 33 : ἐκ πυρὸς παντὸς, ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς ξυνέστησεν αὐτόν (τὸν κόσμον) ὁ ξυνιστάς.

(284) Διαλύεσθαι πεφυκώς] « conditus ut dissolveretur. Eam sententiam melius Tarino expressit Genebrardus. Tarinus debebat meminisse ejus quod paullo ante recte reddidit : πᾶν γὰρ σύνθετον πέφυκε διαλύεσθαι : *omne enim compositum dissolvi natum est*. Peccat sic et paullo post ». BA. Genebrardus : « ad dissolutionem a natura comparatus ». Tarinus : « dissolutioni obnoxium ». Nihil est in utroque quod laudes valde nec quod debeas reprehendere. Barthiana versio, « conditus ut dissolveretur », pessima est.

(285) « Non concludit hoc quod auctor dictum voluit. Etsi enim opificia dei, tamen poterant immortalia esse, ut sunt animæ, spiritusque humani et angelici. Sed ideo dicit mortalia esse, quia partes sunt hujus a deo conditæ mortalis machinæ. Reddideris veram homini sententiam reponendo, δημιουργήματος, quam sane veram esse scripturam existimo. Consentiunt sequentia ». BA. Argutiæ meræ. Sunt δημιουργήματα τοῦ θεοῦ, non sunt per se, non sunt infecta et increata.

(286) « Ἀπόρημα, dubitationem, incertitudinem. Æstum elegantius Latini dicunt ». BA.

(287) Ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει] « Scriptum erat ἑαυτῷ [id nullibi scriptum reperi]. Κατὰ τρόπον· *deus apud se habitabat, apud se habitat; apud se erat, apud se est :* Augustinus in Psalmum 122, [4, p. 1396]. Καθάπερ γὰρ ἀνδρὸς ἑστία, καὶ νοῦ λόγος ἐνδιαίτημα. Deum in λόγῳ habitare credit Philo περὶ ἀποικίας [De profugis § 14]. Τρόπον· forte τόπον : ἐπεὶ αὐτὸς ἑαυτῷ τόπος καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ πλήρης καὶ ἱκανὸς αὐτὸς ἑαυτῷ ὁ θεός· idem De legis allegoriis [1, § 14] ». TAR. « Doctissimus Tarinus τόπον maluerit legere. Ego duas voculas κατὰ τρόπον ex glossa marginis aut interlineari in seriem orationis correpsisse existimo. Ἐν τῷ ἑαυτοῦ ἤθει, in naturali sua consuetudine aut perpetuitate ejusdem moris et constantiæ, designat. Τόπον tamen legit, et domicilium vertit etiam Genebrardus; nec est homine idololatra indigna ea vox. Meo tamen animo utraque vox melius aberit ». BA. Quod reddiderit Genebrardus, « erat deus in suo pro more domicilio », non inde sequitur legisse τόπον· quum ἦθος, præcipue plurale ἤθη id possit habere significationis. Sed nihil omnino mutandum. Sumsit Zacharias verba Platonis Tim. § 30 : καὶ ὁ μὲν δή (θεός) ταῦτα διατάξας, ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ ἤθει. Vertit Cicero : « constanter in suo manebat statu ».

(288) Ὥσπερ ἐξ ὕπνου διαναστάς] « Parœmia ». BA.

(289) « Quæ nuper dicta sunt omnium oblivionem habere. Ebrietatem quamdam homini, et eam secutum crassum somnum insimulat ei ». BA.

(290) Κολοφῶνα] « summam ; τὸ τέλος καὶ πέρας τοῦ πράγματος· Hesy-

chius. Infra p. 126, 26; 131, 15 ». BA. Vide Schott. ad Suidæ adagium 13, 75, τὸν κολοφῶνα ἐπίθες· Erasmum Adag. 1, 2, 33.

(291) « Δημιουργεῖν, operari ». BA.

(292) ὥσπερ ἐλέγομεν] Tarinus : « sic ut statim dicebamus ». — « Ut diximus. Non bene vocula *statim* de re præterita usum puto Tarinum. Etsi enim concedamus aliquem ex veteribus sic ea aliquando usum, ut insolens tamen aures radit ». BA. Cf. p. 100, 2.

(293) « Χαρίζεται, indulget ipsi ». BA.

(294) Καὶ οὗ αἴτιον] « Οὐκ pro οὗ ascivimus ». TAR. Sed AB non οὗ, sed καὶ οὗ αἴτιον : quibus tribus verbis caret C. TD Ba, οὐκ. — « Verte sic : quod enim ad subsistentiam suam alicujus indiget, factura ipsius potius erit quam factor. *Caussatum* dicas cum scholasticis doctoribus. *Facturam* tum alii dicunt, tum poetæ christiani. *Factor* ab iisdem usurpatur, et a soluto numeris, perpetuo tamen alioquin poeta, Tertulliano. Onomasticon vetus, quod alii Glossas Servii vocant : *Factor*, ποιητής : *Factura*, ποίησις [cf. n. 190] ». BA. Etsi οὐκ placere queat, nihil tamen mutandum. Ἐκείνου ἂν εἴη αἰτιατὸν καὶ οὗ αἴτιον : illius ipsius rei erit effectus cujus et est causa ».

(295) Locum Platonis vide supra n. 283.

(296) TD, ἐννοεῖ. « Lege ἐννοεῖς ». TAR. Ba, ἐννοεῖς. BA, ἐννόει. C, ἐννοεῖς.

(297) Διακωκᾷ] « Hesychius : διακωκῶσιν, διαταράττουσι ». BA.

(298) Εἰ δ' ἀγαθὸς ὢν] « Neque hæc satis sana sunt. Malim legere, εἶτα ἀγαθός... quo recepto melius connectetur sententia ». BA. Non variant codices, nec mutatione ulla opus.

(299) Πᾶσα αὐτάρκεια] « sui in sese perfectio et absolutio ». BA. Melius Genebrardus et Tarinus; ille : « ipse cum sit universa sufficientia »; hic : « qui est ipsa bonorum omnium se contenta affluentia ». Cf. n. 165.

(300) « Basilius eod. [in Hexaem. 1, 7, p. 7] : καὶ αἴτιον μὲν αὐτοῦ ὁμολογοῦσι τὸν θεὸν, αἴτιον δὲ ἀπροαιρέτως, ὡς τῆς σκιᾶς τὸ σῶμα καὶ τῆς λαμπηδόνος τὸ ἀπαυγάζον ». TAR.

(301) AB, γένημα. TD Ba, γέννημα. « Forte γόνιμα ». TAR. C, γόνιμα. — « Scribe cum Tarino, ὥσπερ γόνιμα : *ut genitiva dicimus*, vel *ut generantia, fœcunda*. Quibus vis generandi inest dicuntur fecunda, vel genitiva etiam priusquam generent, cum solum generare sint habilia aut potentia. Sic γόνιμα *fœcunda* exponit Cyrillus, et γόνιμον εὔκαρπον Hesychius. *Prolificum* non male etiam dicas. Male *genimina* interpretatur et accepit Genebrardus ». BA. Servavi meliorum codicum lectionem γένημα, seu potius γέννημα, quum sit et ejus nominis sensus activus.

(302) « Τὰ γεννώμενα, quæ ex ipsis progignenda sunt ». BA.

(303) « Δημιουργικοὺς λόγους, potentiam creandi ». BA. Quod jam dixit Zacharias pp. 99, 104.

(304) « Ἀκαριαίᾳ ῥοπῇ· momento tam exiguo, ut dividi ultra non possit; extremæ exiguitatis spatio, quo brevius nullum nec cogitari possit ». BA. Id multi tractarunt : vide Schweb. ad Onos. p. 59; Wagner. ad Alciphr. 1, 39, 1; Wessel. ad Diod. 3, 32; Valcken. Schol. in N. T. t. 2, p. 335; Wernsd. ad Phil. p. 27, 100; Schol. Luciani Amor. 10, Jup. conf. 8. Quod præcedit ἐν στιγμῇ χρόνου potuit dicere Lucæ memor qui 4, 5 : ἔδειξεν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τῆς οἰκουμένης ἐν στιγμῇ χρόνου.

(305) Παράγειν, quod et statim redibit, et p. 117, 14, est valde in usu de dei opificio. Exempla dedi ad Anecd. t. 1, p. 436. Dionysius Areop. De nom. div. c. 1 : πάντα πρὸς τὸ εἶναι παρήχθη διὰ τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα. Hierocles In Aur. carm. p. 32 : τὴν ἐνέργειαν τοῦ θεοῦ, τὴν ἀϊδίως καὶ ἀτρέπτως τὰ πάντα πρὸς τὸ εἶναι παράγουσαν. Athenagoras De resurr. 13 : τοιαύτης δὲ αἰτίας οὔσης καθ' ἣν εἰς τόνδε παρῆκται τὸν κόσμον ἄνθρωπος.

(306) Editi εὐεργετησομένων. ABC, εὐεργετηθησομένων. Et ipse Ducæus p. 319, hoc loco usus, exhibere passivum forsan voluit,

scripto εὐεργεθησομένων. Vide n. 256. Infra B, τὸ μόνον τοῦ δημιουργοῦ, ubi quod conjecit annotator in C deesse ἴδιον, non utile est.

(307) C, ὄντων... θεοῦ... κόσμου. Annotator in C conjecit, ὁ μὲν δημ. ὁ δὲ δημ. Potius voluit τὸ δὲ δημ. Sed potius nihil mutare velle debebat.

(308) Τίς ἡ ἀποκλήρωσις] « Quæ sit distantia, inquit, inter facturam et factorem, si non hic æternus, illa temporalis habeatur. Ἀποκλήρωσις, distinctio, velut cum hæreditas aliqua in duas partes distinguitur; distermiuatio, determinatio ». BA.

(309) Τίς δὲ ὁ λόγος] « Et hic rationem et exitum quæro ». TAR. « Ubi manet ratio, inquit, si hæc confundamus, et mundum deo parem vel [coæternum?] suspicemur? Locus est corruptus. Scribendum suspiceris : τίς δὲ ὁ λόγος τὸ μὲν ἐναντίον ὑποτοπάζειν, ὅπερ καὶ ἔμπαλιν διανοεῖσθαι οὐ θέμις; quæ ratio ferat aut suadeat contrarium suspicari, cum tale quid nefas sit vel cogitare? Facile persuadear esse intrusum hic aliunde aliquid, vel et interlocutionem medici obliteratam. Codice manuscripto opus ». BA. Eo modo vertit Tarinus, ut pateat nihil hic eum intellexisse. Genebrardus : « quænam autem ratio ne contrarium existimemus, quod quidem etiam cogitare non possumus, si quidem ambo coævi sunt ». Videtur fere sensum cepisse, quem talem esse puto, prorsus rejecta ridicula Barthii hariolatione : « quæ vero sit ratio et caussa cur contrarium non esse putemus (scilicet θεὸν πάσχειν, τὸν κόσμον ποιεῖν), quod ne conjectare quidem fas est (nedum eloqui liceat) », si coæterni sint ambo?

(310) Duo vocabula ποιητὴς καὶ δημιουργὸς hic ut synonyma adhibet auctor. Sed sunt inter Patres qui subtilius distinxerunt. Vide Carpzov. ad Hieronym. De Trinit. p. 81.

(311) ABC et editi, ποῦ δ' ἂν εἴη ἐν τοῖς ὁμοτίμοις κατατολμᾷ εἶναι καὶ ἀεί. « Lege meo periculo, κατὰ τὸ ἅμα ». TAR. Quæ conjectura, adscripta et margini in C, mihi prorsus satisfecit; non item Barthio, sed erranti, ut videtur. — « Non expediunt se interpretes; neque satisfacit Jo. Tarini emendatio. Sententia enim debet sic concipi : πῶς δ' ἂν εἴη καὶ δημιουργὸς τῶν ἅμα ὄντων ἀεὶ καὶ συμπεφυ-

κότων αὐτῷ; ποῦ δ' ἂν εἴη ἐν τοῖς ὁμοτίμοις κατὰ χρόνον εἶναι καὶ ἀεί; quomodo, inquit, opifex aut creator sit deus, si simul cum eo semper fuerint, quæ creata sunt? aut quomodo in paris dignitatis res conveniat in tempore esse et esse sempiternum? Genebrardus vertit: *quomodo autem pari honore censebuntur digna, quæ per vices exstant et quæ semper?* Apparet aliam esse eum scripturam secutum. Scribendum puto: ποῦ δ' ἂν εἴη ἐν τοῖς ὁμοτίμοις κατ' ἀλλότριον εἶναι ἀεί; quomodo, ait, eodem censu censeantur, quod ex alio est et alterius gratia et auctoritate et id quod est æternum? Poterit tamen sententia Tarini, quæ ipsi tantopere placuit ut periculum ejus in se receperit, placere, si graviorem post hæc verba distinctionem sustuleris, ut continua series sermonis sit usque ad vocem οὕτω. Alioquin exspectandi codices manuscripti». BA.

(312) AB, τιμαλφέστατου. C, καταμαλφέστατον. Editi recte τιμαλφέστατον. Quo adjectivo jam usus est Zacharias pp. 85, 22; 103, 26; idque sine varietate. Varietatem illam scripturæ peperit confusio crebra vocalium η et ι. Est in Anthologia Palatina 14, 70, oraculum his conceptum versibus: Μὴ μέμφη μοίρην μὴ θεοὺς μηδὲν, ξένε· Ἥρην δὲ μέμφου, ἣν πατὴρ ἔσπειρέ σε. Vix credibile est potuisse poetam ætatis non recentis iambicum sic inchoare, μὴ μέμφη μοίρην, vel μὴ μέμφου μοίρην. Legendum esse videtur, μὴ μεμψιμοίρει μὴ θεοὺς μηδὲν, ξένε. Psellus in meis Anecdotis t. 3, p. 226: Τὸ δὲ ἀνδρεῖον μόριον πίρινά που καλοῦσι. Reponam, πήρινα. Suidas, alio accentu: πηρὶν, τὸ αἰδοῖον. Vide Schweigh. ad Athen. 7, c. 53. Synesius Catast. p. 302: καὶ ἂν ἐπιχειρήσω τι περὶ εὐγενείας εἰπεῖν, ἀπηστήσουσιν. Legendum e codicibus quos vidi: κἂν... ἀπιστήσουσιν. Hippolytus De consummat. c. 37: τότε γὰρ ἡ σάλπιγξ ἠχήσει καὶ ἐξυπνήσει τοὺς κεκοιμημένους. Leg. ἐξυπνίσει. Dicæarchus initio fragm.: ὁδὸς δὲ ἡδεῖα... ἔχουσα τῇ ὄψει φιλάνθρωπον. Proposuit bene H. Stephanus: ἔχουσά τι τῇ ὄψει φιλ. Poterit sufficere articuli mutatio: ἔχουσά τι ὄψει φιλ. Arsenius de Democrito Viol. p. 193: ὁ αὐτὸς εἶπεν· οἱ ἀληθινοὶ φίλοι καὶ τὰς φιλίας ἡδίους καὶ τὰς συμφορὰς ἐλαφροτέρας ποιοῦσιν. Scripsit editor doct. ἡδίους, sic reformata codicis scriptura ἰδίας, quam facilius in ἡδείας mutavisset, quum et ipse in nota permutata monstret nomina ἡδεῖαν et ἰδίαν. Videtur quidem comparativus ἐλαφροτέρας alterum poscere; sed illa membrorum paritas non est omnino necessaria. Macarius in Walzii notis ad Arsen. p. 399: οὗτος τοῦ σελήνου δεῖται· ἐπὶ τῶν πάνυ γερόντων καὶ ἐξησθενη-

κότων· ἐν γὰρ τοῖς πένθεσι σελίνου στεφάνους ἐφόρουν.. Bis scribo σελίνω. De selino lugubri vide Suidam Adag. 12, 65, 66, cum Schotti notis; Apostolium Ad. 17, 30; Erasmum Ad. 2, 10, 85.

(313) Editi, καὶ ἔτι δημιουργός. ABC, καὶ ἔστι δημ. « Τῶν καθ' ἕκαστον γινομένων· quæ pro se quoque secundumque speciem suam fiunt ». BA.

(314) Editi et AB, τὸν εὐεργέτην αὐτοῦ κάμνοντος καὶ ἰατρόν. C, τ. εὐεργ. τοῦ κ. κ. ἰ. Quod sumsi. Annotator in C : « malim, εὐεργέτην τοῦ κάμνοντος τὸν ἰατρόν ». Et mox pro μικρὸν ὕστερον ἐπιθήσοντα : « ἴσ. ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον ἐπιθήσῃ ». Quod est barbarum.

(315) Τοῦ παραδείγματος] « Exemplum dicit quod supra proposuit christiano paganus ». BA. Imo ipsum illud exemplum medici modo propositum.

(316) Ἄθρει δέ μοι καὶ τοῦτο] « Cogitabundus hic subsistere et considerare aliquid homo imaginandus est; præcipue cum de silente homine sermo sit futurus ». BA. Hac formula, quam a Platone sumere potuit, jam usus est pp. 88, 20; 89, 3; 101, 14; 104, 26. Cf. et pp. 127, 10; 128, 20; 139, 7; 148, 26. Plato Sis. p. 389 : ἄθρει δὴ μετ' ἐμοῦ τόδε. Codex 3009, ἄθρει δὲ δή μ...

(317) AB et editi, ἐς αὐτοῦ. C, εἰς α. — « Σιωπὴν ἐφιλοσόφουν : cum taciturnitatem sive silentium certi temporis pro parte aliqua philosophiæ facesserent et præciperent ». BA.

(318) ABT Ba, ἐστὶ παρ' ἡμῖν. C, ἐστιν παρ' ὑμῖν. D, ἐστὶ π. ὑμῖν. Passim pronomina illa confudit pronunciatio recentior. Procopius Pers. 1, 14, in epistola Mirrhanis : ἕως ἔργῳ τὰ δίκαια πρὸς ὑμᾶς θήσεσθε· codex 1038 : πρὸς ἡμᾶς, optime. Cf. n. 382.

(319) In θεούμενα consentiunt omnes. Ad marginem in C : ἴσ. δημιουργούμενα. — « Interpres [Genebrardus] ediderat : *erga illa quæ beneficiis afficit et divinitate voluntatem et propensionem*. Anglus quidam pro θεούμενα legit ex conjectura δημιουργούμενα. Montacutius vero θεωρούμενα, *prævisa* scilicet ab æterno. Conjunxit antea Zacharias hæc duo εὐεργετεῖσθαι et δημιουργεῖσθαι. P. 116, 8 : περὶ τῶν εὐεργε-

τησομένων καὶ δημιουργεῖσθαι μελλόντων. Et rursus p. 117, 10 : καὶ δημιουργὸς καὶ εὐεργέτης [cf. p. 117, 24] ». DUC. Sic igitur mutavit Ducæus Genebrardi latina : « erga illa quæ beneficiis afficit et procreat ». Probabilis quidem sententiæ causa conjectura, δημιουργούμενα, et Montacutiana quidem melior, sed a verbo nimium distans, quod corruptum esse putabant. Equidem illud sanum esse puto. Gregorius Naz. Orat. 18, p. 618, de homine : ζῶον ἐνταῦθ' οἰκονομούμενον καὶ ἀλλαχοῦ μεθιστάμενον, καὶ πέρας τοῦ μυστηρίου τῇ πρὸς θεὸν νεύσει θεούμενον. Sunt quæ huc faciunt in n. 586 ad Æneam. Tarinus in versione verbum græcum non reddidit.

(320) B, φήσετε. Statim omnes ἀβούλητον, præter C, in quo ἀβούλευτον. Suidas : ἀβούλητος, ὁ μὴ βουλόμενος. Quæ activa significatio quum sit rarissima, rescripserit forsan corrector aliquis ἀβούλευτος.

(321) Εἰσάγετε] « Introducitis velut in scenam personam, de qua statuere vobis liberum sit quicquid volueritis. Ita deum circumagebant philosophi, nullo ipsius metu aut respectu ». BA.

(322) Τὴν ὁμόδουλον ποίησιν ἐπανίστατε τῷ ποιητῇ] « Insurgere facitis. Recte ita Genebrardus, non de more ubique suo ». BA. Sumsit sibi verba Gregorii Naz. Or. 10. p. 163 : σὺ τῇ φορᾷ τῶν ἄστρων δίδους τὰ ὄντα καὶ τὰ γινόμενα, ὡς οἱ τὴν ὁμόδουλον ἑαυτοῖς κτίσιν ἐπανίσταντες τῷ κτίσαντι. Utetur eodem loco p. 142, 24.

(323) Sic jungere amant πρᾶγμα καὶ ὄνομα. Gregorius Naz. Epist. 40 : ἀνέγνων τὸ πρόγραμμα τῆς ἐπιστολῆς, τὸ γλυκύ μοι πρᾶγμα καὶ ὄνομα, τὸ Φιλάγριον. Procopius Gaz. in Villois. Diatr. p. 37 : βασιλέως προῆλθε καὶ ὄνομα καὶ πρᾶγμα. Synesius De regno p. 19 : Ἀθήνῃσι μὲν οὖν καὶ βασιλεύς τις καλούμενος μικρὰ ἔπραττε καὶ ὑπεύθυνος ἦν, εἰς τοὔνομα τοῦ δήμου, οἶμαι, παίζοντος, ἅτε ὄντες ἀκρατῶς ἐλεύθεροι· ἀλλ' ὅ γε αὐτοκράτωρ αὐτοῖς οὔτε μόναρχος ἦν καὶ σπουδαῖον ἦν καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα. In uno codice non reperi alterum ἦν, quod absens non desiderabitur. Ultimorum sensus esse videtur : « sed summus imperator aut strategus ipsis Atheniensibus non erat monarcha, nec serium erat et nomen et res ». Quod moneo, propter interpretem latinum, qui locum aliter reddidit. Dion Chrys. Orat. 38, p. 132 : ὑπὲρ γὰρ ὁμονοίας ἐρῶν ἔρχομαι, καλοῦ μὲν ὀνόματος, καλοῦ δὲ πράγμα-

ματος. Zacharias iterum p. 140, 15. Alia ad Eunap. p. 430. Adde Krabing. ad Syn. Calv. p. 212.

(324) Et ad Eunap. pp. 175, 567, illustravi usum activi φέρειν, pro φέρεσθαι, in illa locatione, τὰ πρῶτα φ.; etiam ad Anecd. t. 3, p. 20. Ibi t. 5, p. 201, Niceph. Chumnus : τῷ καὶ τὰ πρῶτα τῶν ἄλλων φέροντι. Joannes Euchaït. p. 31 : Τούτων ἁπάντων εἰς τὸ πρωτεῖον φέρων. Adde Jacobs. Anth. Pal. App. Ep. 17.

(325) Καὶ ἓν εἶναι καὶ μόνον καὶ μόνως] « Et unum esse et solum et nullius socii patientem ». BA. Interpretes melius vertunt μόνως, « et singulari modo ». Possis reddere, « et unice; et unico modo ac peculiari ».

(326) C, ὅδε κόσμος. ABC, ὅδε ὁ κόσμος ἐστὶ, τί καθ' ὃ οὐκ ἔστιν... Editi sic, sed suppresso οὐκ, quod Tarinus expunxisse se monet. Annotator in C vel οὐκ supprimi proposuit, vel legi absque interrogatione, οὐκ ἔστι τι καθ' ὃ ὁ θεὸς ἀμ. τοῦδε τοῦ κόσμου. Καὶ πῶς τούτου... Ac quæ media sunt delet. Ipse, mutata distinctione et deleta interrogatione, locum sanum et facilem exhibeo.

(327) Τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ ἀϊδίως εἶναι] « Nempe cum hoc, quod omnibus antecellat, in eo consistat quod solus sit æternus » BA.

(328) Omnes αὐτῶν. « Scribendum αὐτόν ». BA. Mox C, ἅμα δὲ ὁ κόσμος. Ceteri, ἅμα κ.

(329) Πάσης ἐλεύθερον σχέσεως] « Liberum ab omni quod haberi potest, qualitate, quantitate, omnique prædicabili. Habitum, habitudinem interpretatur Cyrillus, et sic uterque interpres ». BA.

(330) Συνεζεύχται] « Cohærescunt, conjugantur ». BA.

(331) Ἀσώματόν τι χρῆμα καὶ νοερόν] « Incorporeum quid et intellectu constans. *Intellectuale* minus est quam res poscat. *Intellectus* obscurus; quod placuit tamen Tarino. Genebrardus vertit *intelligens ;* quod non ex dignitate rei est, cum et alii sint spiritus intelligentes ». BA. Infra C et Ba, ἀγέννητος, ut et p. 120, 4. Cf. nn. 119, 122.

(332) Pro οὐ συνορῶ δὲ, annotator in C proposuit non male οὐ συνορᾶτε, facta interrogatione. Sextus Empir. Adv. geom. 3, 1 : οἱ γεωμέτραι συνορῶντες τὸ πλῆθος τῶν ἐπακολουθούντων (an ἐπακολουθουσῶν?) αὐτοῖς ἀποριῶν. — Ὥσπερ οἱ μεθύοντες] « Proverbii locum habet ». BA.

(333) Δεξαμενήν] « Δεξαμένην Nereidum unam fingit Homerus Iliad. Σ, [44], διὰ τὸ οἷον δεξαμενὴν εἶναι τὴν θάλασσαν ait Eustathius ». TAR. Annotator in C : « vide Platonis Timæum ». Etenim in Timæo p. 53, materia dicta fuit τιθηνὴ et δεξαμενή. Et p. 49 ait πάσης εἶναι γενέσεως ὑποδοχὴν, οἷον τιθηνήν. Plutarchus De plac. 1, 9 : Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων τὴν ὕλην σωματοειδῆ καὶ ἄμορφον, ἀνείδεον, ἀσχημάτιστον, ἄποιον μὲν ὅσον ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ φύσει, δεξαμενὴν δὲ τῶν εἰδῶν, οἷον τιθηνὴν καὶ ἐκμαγεῖον. — A, ἀνίδεον. Vide n. 508, p. 288.

(334) Annotator in C delendum suadet ἄρα post ἀταξίᾳ. C, καὶ ποιῆσαί τε. AB, πίθος δὲ ὑμεῖς. C, πίθος δὴ ὑμεῖς. « Πείθεσθε δὲ rescribendum fuit pro πίθος δέ ». TAR. Quem sequuti sunt D et Ba. Annotator in C proponebat πιστεύετε δὲ, vel πείθεσθε δέ.

(335) Ἆρα ἦν ὅτε ἦν] « Erat igitur cum esset. Non nominatur tempus, quod nondum fuisse fingitur. Sic blasphemia Ariana de Dei filio loquebatur : *erat dum non erat*. Genebrardus non attendit hoc et obscuravit Tarinus. Pariter loquitur infra p. 128 ». BA. Genebrardus in Ducæana : « erat igitur aliquando deformitas in universo ». Tarinus : « an fuit aliquando confusa rerum moles in universo » ? Litem movet interpretibus Barthius de re nihili, ipse culpandus. Nam non omisit auctor temporis nomen, quod nondum tempus fuerit, sed quia Græci dicebant ἦν sic omisso χρόνος. Plena quidem invenitur loquutio in Protag. § 30 : ἦν γάρ ποτε χρόνος ὅτε θεοὶ μὲν ἦσαν · apud Philonem De spec. legg. init : ἦν ποτε χρόνος ὅτε φιλοσοφίᾳ σχολάζων · apud Æneam Gaz. p. 49, 25 (alia vide exempla in Lobeckii Aglaophamo p. 246) ; sed et brevior etiam, velut apud Eustathium Epist. 74 : ἦν ὅτε ποθεινὸς ἦν τῷ μεγάλῳ δεσπότῃ μου · apud Niceph. Basilacam Fab. 2 : ἦν ὅτε καὶ ὁ ἵππος ἀχείρωτος ἦν. Gregorius Naz. in Tollii Insign. p. 100 : Ἦν ἦν ὅτ' ἤνθουν. Idem t. 2, p. 1 : πρὸς δ' ὑμᾶς λόγος, Τοὺς ἦν ὅθ' ἡμῶν, ἀλλὰ νῦν ἀλλοτρίους. Et p. 7 : οὐ χρῆν γ' ἐμὲ Ὃν καὶ φίλων ἔμπροσθεν ἦγες ἦν ὅτε. Et p. 43 : Ἦν ποτ' ἔην, ὅτε πάντα κελαινὴ νὺξ ἐκάλυπτεν. Codex 993 : ἦν ποτέ γ' ἦν. Id fere malim, quum melius esse videatur similia repeti ἦν ἦν. Cf. Zachar. p. 128, 23.

(336) ABC, διαδημιουργῆσθαι, quod correxit annotator in C. Idem in eisdem mendum p. 132, 5. — AB, θρυλεῖτε. Ceteri θρυλλεῖτε. — ἡ μὲν ἀταξία] « Et sic illa confusio materiæ absque ordine et informitas extrema, pariter ut deus, absque principio erit simulque æternæ et ejusdem dignitatis. Nempe in eo quod æqualis vetustate, ejusdem primæ sedis cum deo illo sapientissimo et supra omnia pulcerrimo par censeatur; quippe ingenita et ipsa. Non possunt hic Græca Latinis æquari ». BA.

(337) « Legendum autem πανσόφῳ καὶ παγκάλῳ. Utrumque enim dei solius est, et vindicavit sibi ejus æmulatione Dæmon in oraculo. Nam cum interrogaretur quomodo sibi supplicari vellet, ita respondit: Πάνσοφε, παντοδίδακτ', ἐνολοίστροφε, κέκλυθι, δαῖμον· Lactantius lib. 1, c. 7. De tota re inepta non sunt quæ collegit Mutius Pansa in Conjunctione humanæ cum divina sapientia c. 63 ». BA.

(338) Παύεσθαι πέφυκεν] « Cessare etiam in sua natura habent; id est naturaliter coguntur ». BA.

(339) A et editi, ἀπεδείξαντο. In C sunt hic nonnulla a librario prætermissa. B recte ἐπεδείξαντο. — « Artem demonstrassent ». BA.

(340) Editi, καθ' ὑμῶν. « Nempe καθ' ὑμᾶς », ait Tarinus. Est καθ' ὑμᾶς in BC. In A compendium fere ducit ad pravam lectionem καθ' ὑμῶν. Cf. pp. 125, 19; 127, 22. — « Nec habuisset secundum vestram doctrinam, in quæ collocaret rationes illas excellentissimas creandarum formarum «. BA. Mox A et editi, ἐδούλετο. BC, ἠβούλετο. Sed statim ἐδυνήθη et ἐβούλετο. Cf. ad Æneam n. 63. Infra editi, ὑπεδείξατο. ABC, ὑπεδέξατο. Verte: « et omnem ejus scientiam admisisset et effectrices rationes ».

(341) Codices, ὅπερ ἐδυνήθη. Mutavit Tarinus et monuit. In C annotator: ἴσως, ἥπερ ἠδυνήθη. Mox B, τοσαύτην. — Ὅσην περ αὐτὸς ἐβούλετο] « Ut nimirum meliorem et digniorem ipse deus optare non posset aut vellet ». BA.

(342) A et editi, οὕτως παντ. BC, οὕτω π. — Κατ' αὐτὴν τὴν δύναμιν] « Quoad ipsam etiam potentiam ». BA.

(343) Νόθῳ λογισμῷ] « Νόθῳ νόθον esse puto, et plane legendum μόνῳ. Nam quæ spuria illa ratio? Ita ridiculæ lectioni acquiescere ridiculum est ». TAR. Et Ducæus scripsit μόνῳ τῷ λογισμῷ, probabiliter. Certe νόθῳ non sanum est, quod et sequentia probant. Tum ait Tarinus se ληπτὴν fecisse « unius mutatione literulæ de λειπτήν » : sed est ληπτὴν in ABC. Ait et « omnino legendum ἦδ' ὅς » pro edito εἶδος. AB, εἶδος. C, φασι ἦδ' ὅς.

(344) Διδασκαλίας ἁπλῶς χάριν] « solum doctrinæ gratia, in hypothesi nempe. De cujus usu vide Sextum Contra mathematicos principio libri tertii ». BA.

(345) C, καὶ καθάπερ τὸν τραγέλαφον] « Quasi tale aliquod animal in rerum natura vere unquam fuerit. Circa unum amnem Phasin exstare scribit Plinius lib. 8, c. 33 [50, 8]. Dudum notarunt alii ». BA. Gregorius Naz. Orat. 23, p. 413 : τραγέλαφοι, ἃ γλῶσσα μόνη συντίθησι. Sed re vera esse tragelaphum in rerum natura monstrat Cuverii nota ad Plinium. Neque id ante Cuverium ignorabatur. Vide Wessel. ad Diod. 2, 51 ; Millin. Monum. ined. t. 1, p. 64.

(346) « Πλημμέλεια σημαίνει τὸ ἐκ δευτέρου τὰ αὐτὰ φροντίζειν τοῦ λέγειν [an ἐν τῷ λέγειν?] ἢ ἐπαναλαμβάνειν · auctor Etymologici Magni. Cyrillus in Glossario : πλημμέλημα · *peccatum, delictum, reatum, commissum;* πλημμελῶ · *delinquo, pecco, admitto* ». BA.

(347) Καταπαύομεν] « Sistimus ». BA. C, καταπαύομαι τοῦ λόγου.

(348) C, μηδ' οὖν τελευτήν. P. 122, 1 : οὐδ' αὖ τελευτήν. P. 126, 17 : μηδὲ αὖ τελευτήν. Mundum sphæricum ac sphæram esse figurarum perfectissimam dixit post Platonem Tim. p. 33. Dixerat et ante Platonem Timæus ipse c. 1, 9. Plutarchus De plac. 1, 6 : σφαιροειδὴς δὲ ὁ κόσμος, ὃ πάντων τῶν σχημάτων πρωτεύει. Synesius Calv. p. 71 : τί δ' ἂν σφαίρας... θεσπεσιώτερον; ubi Krabing. p. 145. In Leonidæ Tar. Epigr. 33, Philocles Mercurio dicat εὔφημον σφαῖραν. Explicat εὔφημον Brunckius de pila molli, quæ humi allisa sonum reddiderit minimum. Sed pila adeo mollis vi resultoria omnino carebit. Wyttenbachii conjectura εὔσημον vix habet quod satisfaciat. Propono εὔσχημον,

(349) Indicat annotator in C Basilii Hexaem. Etenim Basilius in Hexaem. Hom. 1, 3 : οὐδὲ γὰρ ὁ κύκλος οὗτος, τὸ ἐπίπεδον λέγω σχῆμα τὸ ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς περιεχόμενον, ἐπειδὴ διαφεύγει τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν, καὶ οὔτε ὅθεν ἤρξατο ἐξευρεῖν δυνάμεθα, οὔτε εἰς ὃ κατέληξεν, ἤδη καὶ ἄναρχον αὐτὸν ὀφείλομεν ὑποτίθεσθαι· ἀλλὰ, κἂν τὴν αἴσθησιν διαφεύγῃ, τῇ γε ἀληθείᾳ πάντως ἀπό τινος ἤρξατο ὁ κέντρῳ καὶ διαστήματί τινι περιγράψας αὐτόν. Locutio κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγράφειν tractata docte fuit a Bakio ad Cleomed. p. 339.

(350) B, οὕτω δὲ ὅδε ὁ. Ceteri δή. A, πρὸς τοῦ δημιουργηθῆναι. Tarinus, πρὸ, quod se restituisse monet. BG, πρό. Barthii τοιούτω pro τούτου mendum est typorum. Pro ἴσχει conjecit ἕξει annotator in C. C, οὕτως δὲ μακρά. — Διωλύγιος] « Hesychius : διωλύγιον, ἠχοῦν ἐπὶ πολὺ, μέγα καὶ σφοδρόν ». BA. Quo de nomine vide not. ad Aristæn. 1, 13, p. 428; Schol. Plat. pp. 21, 190; Arsenium Walzii p. 183; Lydum De ost. p. 28; Photium Epist. p. 160; Miscell. Obs. 5, 3, p. 95. Plato Theæt. § 49, quem sequitur Zacharias : μακρὰ μὲν καὶ διωλύγιος φλυαρία. Platonicam dictionem odorabatur annotator in C.

(351) Φανερώτερόν σοι τουτὶ τὸ δόξασμα τῆς ἀληθείας γενήσεται] « Proverbialis locutio. Sæpe in aliis rebus similiter loquitur Plautus ». BA. Vertit Ducæus : « tum tibi doctrina ista veritatis clarius apparebit ». Et in nota, « hæc a præcedentibus », inquit, « vitiosa interpunctio apud interpretem dividebat : *quid etiam clarius tibi hæc vera opinio innotescet*. Alii [Tarinus] malunt vertere : *veritate tibi clarius apparebit*. Sed nos opinor mentem auctoris expressimus; neque enim quidquam esse dicitur clarius veritate ». Equidem cum Ducæo facio. Hyperbole, quam inesse putant Tarinus ac Barthius, aliis verbis reddenda fuerat, scilicet, ἀληθέστερόν σοι τ. τὸ δόξασμα αὐτῆς τῆς ἀληθείας γενήσεται. Latina « certo certius, vero verius » frustra componerentur. Zacharias p. 132, 1 : περὶ τὰ τῶν δοξασμάτων τῆς ἀληθείας ὁμολογήματα.

(352) A, ἀγένητόν ἐστι καὶ φθαρτόν. « Legendum ἄφθαρτον ». TAR. « Recte doctiss. Tarinus ἄφθαρτον ». BA. B, ἀγένητόν ἐστι καὶ ἄφθαρτον. C, ἀγέννητόν ἐστι καὶ ἄφθ. C statim, ἀγέννητον. Infra omisit Ba, καὶ εἴ τι φθαρτὸν, ἐκεῖνο γεννητόν. Infra B, γεννητὸς δὲ ὁ κόσμος.

(353) Inter ἀφθάρτου et γράμματα est in A asteriscus, lacunæ indicium; in B spatiolum vacuum relictum fuit. C una serie verba continuat ut in integro loco. Tarinus edidit ἀφθάρτου πέρι γράμματα. Et « πέρι » inquit, « necessario addidimus ». Vertitque : « et rursus si de incorrupto nullæ literæ loquuntur, et navigium in Libya primum compactum esse dicunt ». Recepta Tarini emendatio fuit in D et Ba. Sed manifestum est plura deesse, et facio omnino cum annotatore in C ; « locus » inquit, « ni me fallit opinio, insigniter mendosus, nec sine auxilio melioris codicis facile corrigendus; multa enim hic desiderari liquet ex iis quæ sequuntur proxime ». Verba γράμματα λέγεται supersunt e sententia eo ferme modo concepta : Κάδμον τὸν Φοίνικα εὑρεῖν τοῖς Ἕλλησι τὰ γράμματα λέγεται. Ac præcesserant multa de artibus et inventis.

(354) Σκάφος ἐν Λιβύῃ] « Ad illud est quod Clemens lib. I Strom. [c. 16, § 75] : Καρχηδόνιοι πρῶτοι τετρήρη κατεσκεύασαν ». TAR. « Exempli gratia. Sed valde ἀπροσδιόνυσα sunt hoc loco ista. Neque quadrat istud pro exemplo in mediis alienis rebus. Clementis locum Tarinus producit, ubi paria traduntur. Ejus emendationes ad finem usque hujus libri probamus ». BA.

(355) C, τὰ τῶν ἐτῶν ἐξ οὗ πιφ. Ceteri, τὸ τῶν ἐ. ἐξόσου. Pro τούτου expectabatur τούτων· sed potuit fuisse in loco integro nomen, cui τούτου conveniebat.

(356) Edidit Tarinus : μήτε πρόνοια τὸ μὴ παρ' ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχοντι. Et in nota ait : « μὴ omnino supplendum fuit. Vel ἔχον quod probaverim, vel ἔχον τι ». ABC, μ. πρόνοια τῷ παρ' ἑ. τὸ ε. ἔχοντι. D, μ. πρόν. τῷ μὴ π... Non satisfacit Tarini lectio. Annotator in C proponit : συνέστησαν, τῇ τε προνοίᾳ τοῦ παρ' ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχοντος. Corruptioni medela facilis foret, si non periissent eæ sententiæ quarum nunc fit recapitulatio.

(357) « Βρενθύεται, μεγαλοφρονεῖ, ὑπερηφανεύεται, ἐπαίρεται· βρενθύεσθαι, θυμοῦσθαι, ὀργίζεσθαι, δυσχεραίνεσθαι· βρενθυόμενοι, ἐναβρυνόμενοι, τρυφῶντες· Hesychius ». BA. Cf. n. 16.

(358) Γανύσκεται] « Vide eumdem [Hesychium] et Etymologum. Intelligitur hilaris quædam aliorum irrisio ». BA. C, γαννύσκεται.

Est ἐπιγανύσκεσθαι p. 90, 2. Ænigmaticus clyster in Anthol. Pal. 14, 55 : Μοῦνος δ' ἠιθέοισι καὶ ἀνδράσιν ἠδὲ γέρουσιν, Παρθενικαῖς τ' ἐπέδην, ἀχνυμένων τοκέων. Quum sententiæ adversetur ἀχνυμ., proposuit Jacobsius ἀντομένων. Propono, quod videtur probabilius, γαννυμένων. Melior foret scriptura per unum ny, γανυμ.; sed et altera tam sæpe reperitur, ut potuerit ea uti poeta.

(359) Τοὺς οἰκοῦντας τὸν Νεῖλον] « Alexandrinos omnesque alios Ægyptios sapientes dicit ». BA.

(360) Ἑστιάσας] « Idem Hesychius : ἑστιάτωρ, ὁ δειπνίζων, ὁ εἰς εὐφροσύνην καὶ εὐωχίαν καλῶν, ἤγουν τροφεύς. Cyrillus : ἑστιῶ, alo, *pasco* ». BA. Metaphora verbi ἑστιᾷν et similium ad sermones translatorum sæpe obvia est. Plato Lys. 19 : τί ὑμεῖς αὐτὼ μόνω ἑστιᾶσθον, ἡμῖν δὲ οὐ μεταδίδοτον τῶν λόγων; ubi Heindorf. Plato Phædr. 1 : τῶν λόγων ὑμᾶς Λυσίας εἱστία. Ibi Ast. Synesius Epist. 101, p. 239 : γράφε οὖν ὁσάκις ἂν ἐγχωρῇ, καὶ ἑστία Κυρηναίους τῷ λόγῳ. Melius, quod in codice reperi, τῶν λόγων. Habet etiam codex γράφειν et ἑστιᾷν, infinitivum pro imperativo, usu vulgari. Plutarchus De aud. c. 10: ὁ δ' ἐπὶ λόγων ἀφιγμένος ἑστίασιν. Ibi Wyttenb. Agathias Procem. Anthol. : Οἶμαι μὲν ὑμᾶς, ἄνδρες, ἐμπεπλησμένους Ἐκ τῆς τοσαύτης τῶν λόγων πανδαισίας... Λόγων γὰρ ἡμῖν πολυτελῶν καὶ ποικίλων Πολλοὶ προθέντες παμμιγεῖς εὐωχίας. Ibi Huschk. et Jacobs. Himerius Or. 22, § 1. Gregorius Naz. Or. 10 initio : τὴν ἀκοὴν ἑστιάσοντες. Theophylactus Hist. Procem. : λίχνον γὰρ ἀκοὴ καὶ ἀκόρεστον, ἑστιωμένη λόγον παράδοξον. Ibi Pontanus, cujus notas suppressit editoris nuperi viri doctissimi ac superciliosissimi fastidium. Adde Menandri editorem Philostrato sano frustra medentem p. 236; Gregorium Presb. Vita Gregorii Naz. init.

(361) De verbo τίθεσθαι supra n. 154. Mox AB, περιδινεῖσθαι. AB, πλείστων πέρι δοξασμάτων.

(362) Ἐρρέτωσαν ἰδέαι· τερετίσματα...] « In Analyt. » TAR. Versio Ducæana : « valeant ideæ : sunt enim nugæ ». — « Antea legebatur *valeant ideæ; sunt enim portenta*. Quasi legisset interpres [Genebrardus] τέρατα, non τερετίσματα. Locus est lib. 1 Analytic. Poster c. 22, [§ 7] : τὰ γὰρ εἴδη χαιρέτω· τερετίσματα γάρ ἐστι, καὶ, εἰ ἔστιν, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον ἐστίν : *valeant enim ideæ, quæ sunt nugæ et inanes*

cantiones, et, si revera sunt, nihil tamen ad hunc sermonem pertinent. Argyropylus vertit: *fidium enim sunt attrectationes.* Hesychius: τερετίσματα, ᾠδαὶ ἀπατηλαί, τὰ τῆς κιθάρας κρούματα καὶ τὰ τῶν τεττίγων ᾄσματα. Suidas: τερετίσματα, ᾠδαὶ ἀπατηλαὶ ἢ ᾄσματα ἔκλυτα ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς τέττιγος καὶ τῆς χελιδόνος. Julius Pollux lib. 5, c. 13, [§ 89] scribit, τέττιγας τερετίζειν, μελίττας βομβεῖν, *cicadas fritinnire, apes bombilare.* Et lib. 4, c. 10, [§ 83]: μέλη αὐλημάτων, τερετίσματα: *modi tibiarum, cantus ac fremitus.* Theodoretus lib. 4 De curat. Græcarum affect.: ὀρνίθων ᾀδόντων καὶ τεττίγων κιθαριζόντων. Emendandum, ut in man. legitur, τερετιζόντων [Est τερετιζόντων editum recte in Cramoisiana t. 4, p. 540]. Canoras aves cantus emodulari dicit, et cicadas tremulos evibrare concentus. Clemens Alex. lib. 3 Pædag. c. 11, [§ 80]: ἔξωθεν δὲ ἄρα μετὰ τῶν ἀθέων ἀλύουσι κρουμάτων καὶ τερετισμάτων ἐρωτικῶν: *foris autem impiis modis et amatoriis canticis se oblectant.* Proprie igitur cicadarum cantus sunt τερετίσματα, sed et præcantus inarticulati citharœdorum, et pro nugis sumuntur et rebus nihili ». DUC. « Multa loca Aristotelis huc pertinentia produci possint. Hodie legebamus lib. 12 Metaphys. c. 8, ubi paria exstant. Adde Sextum Contra mathematicos; alios ». BA. Thomas Mag. in χαίρειν· οὐ μόνον ἐπὶ τῆς ἡδονῆς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ φθείρεσθαι. Ἀριστοτέλης· τὰ γὰρ εἴδη χαιρέτω· τερετίσματα γάρ εἰσι. Ibi Udendorp. Adde Hemsterh. Anecd. t. 1, p. 32.

(363) Δριμύτερον] « Infixis acrius in hominem oculis. Δριμύτητα acrimonium vocasse veteres docet, qui talia multa, non vulgata, Cyrillus glossographus: δριμύτης, *acrimonium, acerbitas* ». BA. Monere neglexi ἀνανεοῦτο esse in omnibus libris. Puto Zachariam scripsisse ἀνενεοῦτο, et sic scripsi.

(364) Ὥσπερ ἑρμαίῳ] « Etymologus: ἕρμαιον, τὸ ἀπροσδόκητον κέρδος· ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς τιθεμένων ἀπαρχῶν, ἃς οἱ ὁδοιπόροι κατεσθίουσιν· ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν ἔθει λεγομένου, κοινὸς Ἑρμῆς, ἐπὶ τῶν εὑρισκόντων τι, οἷον κοινὸν τὸ εὕρημα. Vide Suidam. — Quæ hic sequuntur illustrantur ex superioribus. Inficete Genebrardus ». BA. Nihil inficeti in Genebrardo, saltem ut fuit editus a Ducæo. De ἑρμαίῳ ad Æneam n. 32; Jacobitz. ad Luc. Char. 12, p. 45. — Sequentia τοιαύτην τινὰ πρότασιν ἐποιεῖτο admoveantur p. 88, 8.

(365) D et Ba, ἀνασκευάζειν. Ceteri, κατασκευάζειν, recte.

(366) « Videntur quædam hic excidisse. Et fortasse aliqua Ammonii interlocutio post istam interrogationem deperiit. Est enim solito prolixior hæc unius sermocinatio ». BA. Nihil puto excidisse.

(367) Pro vulgato πρόσκειται, scripsi πρόκ., monente Wernsdorfio ad Himer. p. 95. Editi, ἀλλ' εἰ μόνος. ABC, ἀλλ' ἡ μ. Unde feci ᾖ, permutatione usus vocalium η et ει, quæ passim obtinet et tot vitiat locos. Psellus Expos. Orac. p. 65 : ἀφορμαὶ κέρδους ἀπατειλαί· melior codex 1182, et alii etiam, ἀπατηλαί. Ibid. p. 74 : Πολλάκις ἦν λέξεις μοι. Codex, ἦν λέξῃς. Arsenius Viol. p. 69 : ἀποφράδας ἡμέρας καλοῦσιν, ὅταν μήτε ἀρχαὶ χρηματίζωσι, μήτε τὰ ἱερὰ ἱερουργεῖται, μήτε αἱ δίκαι εἰσαγώγιμοι ὦσι. Tollatur solœcismus indicativi ἱερουργεῖται, medii inter subjunctivos, rescripto ἱερουργῆται. In poematiolo recentissimi medicastri, quod nuper ut ab Asclepiadis ipsis profectum, ac monumentum rei medicæ antiquissimum, quippe quod vetustate Hippocratis ætatem excedat, summis laudibus extulit vir medicinæ quidem, sed non critices aut græci sermonis peritus; in poematiolo igitur illo politico ac ridiculo, de vena secanda præceptum fuit ; Κάνεις μὲν ἀκμῇ τῆς σελήνης ἔμφρασαι Ἂν δ' ὑπέρακμος, τῆσδε τὸ πλῆρες σκόπει. Sic editi fuerunt versus, apposita etiam conjectura non mirabili minus : Κἂν εἰς ἐν ἀκμῇ, τῆς σελήνης, ἦν φθάνῃ, Ἂν δ' ὑπέρακμος, τῆσδε πλήρεος σκόπει. Simul, quod valde laudo, proposita fuit ipsa codicis scriptura : κ' αν εἰς ἐν ἀκμη τῆς σεληνης ἐνφθηση, vel ἐνφρηση. Illud hoc minus falsum. Reponendum : Κἂν ᾖς ἐν ἀκμῇ, τῆς σελήνης ἐν φθίσει· Ἂν δ' ὑπέρακμος, τῆσδε τὸ πλῆρες σκόπει. Si permutationum leges compertas habuisset medicus editor, εἰς et φθηση facile correxisset. Non solum enim ει et η permutantur, sed η et ι. Et hoc obiter commonstrare liceat. Ducas Hist. p. 37, C : ἐκέλευσε καθῆσαι τῷ Παγιαζὴτ ἄντικρυ τούτου. Bene codex, καθίσαι, quod Bekker. tacite scripsit. Theodorus Prodr. Rhod. 6, p. 245 : Δούλη, κυρία. παρθένος, γραῆς, νέα. Scribo, γραῖς. Paulus Sil. Descript. S. Sophiæ p. 509, v. 208 : Καὶ Χριστῷ βασιλῆϊ χαρίσια δῶρα κομίζων. Vidi in apographo codicis Palatini χαρήσια, quod est metro aptum. Rursus v. 214 : μολὼν δ' ἐπὶ θέσπιδας αὐλὰς Δῆμος ἅπας ἰσίδωσι χαρίσιον. Rursus bene codex, χαρήσιον.

(368) B, μόνον. Ceteri, μόνου. Prætuli μόνου, quum sit mox μὴ μόνος αὐτός. Desinentiæ ον et ου passim confusæ sunt in scriptis libris et editis. Philostratus V. S. 2, 11, 2 : πρὶν ὕπνον σπάσαι. Co-

dex 1696, ὕπνου, recte omnino. Eumathius 4, p. 113, 3 : ὁ ζωγράφος καὶ μέχρι ποδῶν καὶ πεδίλου τὸν ἄνδρα κατεχαρίτωσε. Codex 2897, πεδίλων, recte. Invenerat forsan Gaulminus πέδιλον, et πεδίλου inde fecit, minus bene. Anthologia Pal. 3, 6 : Γηγενέα Πύθωνα μεμιγμένον ἑρπετὸν ὁλκοῖς. Forsan, μεμιγμένον ἑρπετοῦ ὁλκοῖς. — Infra Ba, τὸ ἀΐδιος εἶναι ἀξίωμα.

(369) Καδμείαν νίκην] « Vide ad Thebaidem Papinii ». BA. Moschopulus II. σχ. p. 112 : λέγεται Καδμεία νίκη παροιμιωδῶς ἐπὶ τῶν κακῶς νικώντων. Aristides t. 1, p. 27, 7 : τὴν ἀληθῆ καὶ κυρίαν νίκην ἑκάστῳ διδοῦσα πολὺ τῆς Καδμείας κεχωρισμένην. Libanius t. 3, p. 67, 9 : μὴ νίκην νίκα Καδμείαν. Alia multa vide n. 44.

(370) Λίθων τε καὶ ἰχθύων ἀφωνότερος] « Notissimum proverbium aliorum notationibus. Adjiciendum istud, et infra quod ait p. 140, 2 : πεπήγασι καὶ ἰχθύων καὶ λίθων ἀφωνότεροι γίνονται. Joannes Euchaita in silentem quemdam monachum carm. 101, [p. 71] : καὶ γὰρ ἐξ ἐπωνύμου Ἄφωνος ἰχθὺς καὶ δοκεῖς καὶ τυγχάνεις. Non dubito autem vere sic ista accidisse, non πλατωνικῶς fingi. Serio enim christianus homo et cordatus veritatis doctor erubescat talia de successibus suis gloriari fictis personis rebusque. Et ipse paullo inferius ait gloriam se minime omnium sectari, p. 131, 19 : τούτους γ' ἔα χαίρειν τοὺς λόγους· οὐ γὰρ ἐπαίνων ἕνεκα καὶ ἐπιδείξεως ταυτὶ διεξεληλύθαμεν, ἀλλὰ τῆς σῆς εὐσεβείας καὶ ὑγιείας μεταποιούμενοι ». BA. Proverbium « statua taciturnior » tetigi ad Eunap. p. 272 : vide Erasmum Adag. 4, 3, 99. Alterum proverbium ἰχθύων ἀφωνότερος est in Luciano non semel : vide Walz. ad Arsen. p. 88, n. 19. Pherecrates Fragm. 109 : τί ληρεῖς; ἀλλὰ φωνὴν οὐκ ἔχειν ἰχθῦν γε φασὶ τὸ παράπαν. Hinc poetis passim muti pisces dicuntur. Sophocles Aj. 1314 : ἐλλοῖς ἰχθύσιν· ubi schol. : ἤτοι ἀφώνοις. Horatius : « O mutis quoque piscibus... », Vide Gonsal. ad Petron. c. 140.

(371) Ψιθυρίζοντας] « Vide scholiasten Theocriti initio Idyllii primi, et scholiasten Aristophanis Nubibus [1006] ». BA.

(372) Νεανικαί] « strenuæ, robustæ, firmæ. Pollux lib. 1, c. 10, [§ 155] ». BA. Cf. ad Æneam n. 209.

(373) T et Ba, ἀναπιθεῖεν, ABCD, ἀναπειθεῖεν. Tum editi μόνον

πρόσεστι. « Legendum μόνῳ. Et sic legit uterque interpretum ». BA. Est μόνῳ in ABC. Cf. Nemesius in nota sequente.

(374) Est homo animal risibile. Nemesius c. 1, p. 53 : ἴδιόν ἐστι τῆς οὐσίας αὐτοῦ (τοῦ ἀνθρώπου) τὸ γελαστικὸν, ἐπειδὴ καὶ μόνῳ τούτῳ πρόσεστι καὶ παντὶ καὶ ἀεί. Quod sanissimum male sollicitabat Dorvill. ad Charit. 8, 4, p. 615, probante, quod valde miror, viro doctissimo. Epigramma Anthol. Lat. 6, 74 : « Disciplinarum esse hominem risusque capacem, Quod nulli est pecudi, dixit Aristoteles ». Dixit scilicet philosophus De part. 3, 10, μόνον γελᾷν τῶν ζώων τὸν ἄνθρωπον. Alia dedi ad Anecd. t. 2, p. 282.

(375) DAB et editi, ἰδιώτατόν. C, ἰδιαίτατον. Mox μᾶλλον ex C accessit, quod et poteram non sumere.

(376) TDAC, μηδὲ αὖ τελευτήν. B, μηδ' αὖ τελ. Ba, μήτε αὖ τ. Sed p. 121, 21 : μήτε ἀρχὴν ἔχον, μηδ' αὖ τελ. Et p. 122, 1 : οὔτε ἀρχὴν ἔχει, οὐδ' αὖ τελ. Sic p. 134, 5 : οὔτε ἀγνοίᾳ... οὔτε... οὐδ' αὖ φθόνου πάθήματι. Et p. 138, 6 : μήτε... μηδ' αὖ. — Χρονικὴν ἀρχήν] « Initium in tempore ». BA.

(377) Annotator in C : ἴσως, ὦ τῶν Ἑλλήνων θεὰ, φιλοσοφία, ἄγομαι. « Corrigunt Angli quidam referente Montacutio, μηδὲν οὖν, ὦ τῶν Ἑλλήνων θεὰ, φιλοσοφία. Ipse vero legi mavult : μηδὲν οὖν τῶν ἄλλων, ὦ φιλοσοφία : *tu nullam aliam rem, o philosophia, inter eas quæ natura sua verti et moveri possunt et quiescere, cum deo coæternam putes.* Judicet lector, et receptam græcæ lectionis interpretationem expendat ». DUC. Nihil movendum. Inest imitatio Gregorii Naz. Orat. 3, p. 63, 1 : ὦ θειότατε βασιλέων καὶ φιλοχριστότατε· ἄγομαι γὰρ ὡς παρόντι καὶ ἀκούοντι μέμψασθαι... — Ἑλλήνων] « Idololatrarum. Ita infra p. 130, 20 : πλῆθος ἄλογον καὶ Ἑλληνικὸν θεῶν. Origenes philocalia c. 18, [p. 211 = Contra Cels. 3, p. 135] : ὁποῖα διδάσκει ἡ παρ' Ἕλλησι πανοῦργος σοφιστεία πολλὴν ἔχουσα τὴν πιθανότητα καὶ τὴν ὀξύτητα. Auctor Chronici Alexandrini [seu Paschalis, p. 312] de Athenaide, Heracliti philosophi filia : ἐποίησε αὐτὴν χριστιανήν (ἦν γὰρ Ἑλληνίς) καὶ μετωνόμασεν αὐτὴν Εὐδοκίαν. Et quid communius » ? BA.

(378) C, ὑποτοπήσας, cum proposita emendatione ὑποτοπήσαις. Recte reliqui, ὑποτοπήσῃς. Infra C, ἵνα... ποιήσωμαι e correctione.

Editi, ποιήσωμαι. AB, ποιήσομαι. Mox AB, ἀποκρίνῃ superscripto, κρινῇ. C, ἀποκρινῇ. Editi, ἀποκρίνῃ.

(379) Αἰτίαν... ποιητικήν] « Caussam ex sese mutuo habere posse efficientem ». BA.

(380) Editi, ἄθρει οὖν ὅλως τε τι συναγόμενον. AB, ἄ. ο. ὅλως τε τί τὸ συναγ. C, ἄ. ο. ὅλως τι τὸ συναγ. — Σκιά τις] « Simulacrum, non res ipsa. Vide ad Epigrammata Claudiani [ad Epigr. 37, ubi: Nominis umbra manet] ». BA.

(381) Editi, ὃς ἐπί. ABC, ὡς ἐπί. Genebrardus satis recte vertit: « ut consubstantiale, exempli gratia in patre et in filio ». Tarinus: « ut ejusdem substantiæ in eo qui est in patre et filio ». Quod sensu caret. Vitium est in αὐτῷ, ni referas αὐτῷ ad præcedens τῷ αἰτίῳ: id est, μὴ παραλαμβάνεσθαι ὡς ὁμοούσιον αὐτῷ (τῷ αἰτίῳ), ὡς ἐπὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ.

(382) Editi et C, καθ' ὑμᾶς. AB, κ. ἡμᾶς. Cf. pp. 120, 16; 128, 15.

(383) AB, γυμνασόμενον. C, γυμνάσομεν. Editi, γυμνάσωμεν. — Λακωνικὴν βραχυλογίαν] « Chilon apud Ausonium [Ludo Sept. Sap. 221]: *Brevitate nota qua Lacones utimur.* Vide Plutarchum in Lycurgo [§ 19], ubi ait: ἐδίδασκον δὲ τοὺς παῖδας καὶ λόγῳ χρῆσθαι πικρίαν ἔχοντι μεμιγμένην χάριτι καὶ πολλὴν ἀπὸ βραχείας λέξεως ἀναθεώρησιν. Plura vide in Nic. Gragii non inepto commentario [De Republ. Lacedæm.] lib. 3, Tab. 8, c. 6 ». BA. Adde Vinet. ad Auson. l.; Meurs. Misc. Lacon. l. 3, c. 3, qui, Zachariam producens testem, habet γυμνάσωμεν. Memini exstare de laconismo dissertationes Hauptmanni et Kappii, quas non legi.

(384) T Ba, ποιητικὴν τὸν θεὸν τοῦ κόσμου ἐλέγχομεν. D, ποιητικὸν τ. θ. τ. κ. ἐλέγχομεν. AB, ποιητικὴν τ. θ. τ. κ. ἐλέγομεν. C, ποιητὴν τ. θ. τ. κ. ἐλέγομεν. Hoc recepi. — « Ποιητικόν· rectius in man. Anglico: ποιητὴν τ. θ. τ. κ. ἐλέγομεν. Editio Tarini: ποιητικήν... Et vertit: *deum mundi effectricem causam esse ostendimus.* Corrector noster typographicus edidit ποιητικόν. Dixerat antea Zacharias eodem modo: ποιητὴν καὶ αἴτιον τοῦ κόσμου τὸν θεὸν συνομολογοῦμεν ». DUC.

(385) AB, ὁ θεὸς ἄρα ἠθυλήθη. C, ὁ θ. ἄ. ἐθέλ. « Οὐκ interposuimus ». TAR., quem sequuntur D et Ba, ego non sequor. Etenim si res non sunt deo coæternæ, fere sequitur deum voluisse eas aliquando esse. Quod quidem mox refutabitur, sed nunc dicitur ac dicendum fuit.

(386) Editi, εἰ δὴ οὖν συνάναρχος. ABC, εἰ δὴ οὐ συνάν., recte omnino. — « In man. Anglico legebatur: εἰ δὴ οὐ συν. ». DUC. Ex permutatione vocularum οὐ et οὖν prodero Justino Epist. ad Diogn. § 4, scribens πῶς οὖν θέμις ἐστὶ, pro edito, πῶς οὐ θ. ἐ. Infra C, ἀξίωματα... εἶναι τὰ τοιαῦτα.

(387) Γονιμωτάτη φύσις] Est scilicet deus; verbis Augustini Medit. c. 29, « omnia creans, protegens, nutriens, proficiens ». — « Generantissima natura. De Trinitate divina instar omnium sint Hilarii libri, sint Athanasio adscripti, sint quæ contra Arianos scripserunt græci latinique Patres, sint quæ contra Judæos omnis ætatis auctores et tractatores, etiam quæ posteriores Græci contra Saracenos disputaverunt, thesauri omnis bonæ doctrinæ. Pulcra demonstratio primum dei, deinde Trinitatis, apud Theodorum Abucaram libello πρὸς τὸν τοῦ δρόμου Ἐμέσης [Opusc. p. 414]. Et alibi ». BA.

(388) Προβαλλόμενος] Id verbum de Deo Spiritum S. producente a theologis græcis usurpatum ostendit Carpzovius ad Hieronymum De Trin. p. 99. Vide infra n. 392.

(389) Χωρὶς... τομῆς] Gregorius Naz. Orat. 45, p. 719: ὡς γὰρ οὐκ ἔστι μεταξὺ νοῦ καὶ ἐνθυμήσεως καὶ ψυχῆς διαίρεσιν ἐπινοηθῆναί τινα καὶ τομὴν, οὕτως οὐδὲ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος καὶ τοῦ Σωτῆρος καὶ τοῦ Πατρὸς ἐν μέσῳ τομὴν ἢ διαίρεσιν ἐπινοηθῆναί ποτε. Synesius H. 3, 211; 4, 117: Μονὰς εἶ, τριὰς ὤν· Τριὰς εἶ, μονὰς ὤν· Νοερὰ δὲ τομὰ Ἄσχιστον ἔτι Τὸ μερισθὲν ἔχει. Augustinus Medit. c. 30: « inseparabilis ergo naturæ tuæ unitas separabiles non potest habere personas; quia sicut est trinitas in unitate et unitas in trinitate, sic separationem non potest habere personarum ».

(390) T et Ba, προσοδικῶς. ABC, προοδικῶς. — « Emendavimus ex regio manuscripto H. II [vult significare codicem 458 = A, qui

insignibus Henrici Secundi ornatus est : vide et n. 461], et Anglico, τοῦ μὲν προοδικῶς, quum esset in editione Tar. προσοδικῶς. Sic de Spiritu S. loquitur Concilium Florentinum Sess. 20, p. 464 editionis Romanæ : ὥστε τὴν τάξιν τῆς προόδου οὐδὲν ἕτερον εἶναι ἢ πρόσωπον ἕτερον ἐξ ἑτέρου λαμβάνειν ἀφ' οὗ ἐστι : *ita ut productionis ordo nihil aliud sit, quam unam personam esse ex alia, et naturam ab eo a quo est accipere* ». DUC.

(391) Editi, οὐσιώσεως τῶν ὄντων. ABC, οὐσιώσεως ἕως τ. ὄντων.

(392) « Zacharias Patrem vocat προβολέα τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, ut idem Concilium Florentinum προβολὴν ei tribuit p. 459 : οὐκ ἄρα οὐδεμίαν ἔχει πρὸς τὴν τοῦ Πατρὸς προβολὴν κοινωνίαν, ἥτις ἀϊδίως τῷ Πατρὶ ἀποδέδοται : *nulla ergo ratione communis est illi productio a Patre, quæ separatim Patri tribuitur* ». DUC. Miror nec corrigo hanc Ducæi interpretationem; græca planissima sunt. Adde n. 388.

(393) Αἰτίαν] « Latini religiosiores ab hac fere voce refugiunt ». TAR. Theologi videlicet latini quod Græci αἰτίαν in Trinitate appellant, « principium » religiosius ac melius dicunt quam « causam ». Vide Possinum, Gloss. in Pachym. p. 364, sub Αἰτίας exempla nominis causæ e Latinis excitantem, ex Augustino quoque.

(394) Θεολόγος Γρηγόριος] « Vide Εἰρηνικῷ λόγῳ β', Orat. 13, [p. 209, D]. Ex tot tantisque theologis μόνον τοῦτον, μετὰ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, θεολόγον ἀναφαγῆναι observat Gregorius [Presbyter p. 25, 6] in ejus Vita ». TAR.

(395) Ἑλληνικόν] Vide n. 377. Et id ex Gregorio Naz. p. 210 : ἵνα μήτε στενὴ μένῃ ἡ θεότης, μήτε εἰς ἄπειρον χέηται· τὸ μὲν γὰρ ἀφιλότιμον, τὸ δὲ ἄτακτον, καὶ τὸ μὲν ἰουδαϊκὸν παντελῶς, τὸ δὲ Ἑλληνικὸν καὶ πολύθεον.

(396) Τρία] « Tres quidem liceat, tria dicere religio sit ». TAR.

(397) Ὑπομειδιάσας... σαρδώνιον] « Proverbium vide apud Zenobium lib. 5, Adag. 85, Diogenianum l. 8, Adag. 5; Suidam Cent. 12,

Adag. 63. Quos auctores junctos illustratosque doctiss. Schotto debemus ». BA. Diogenianus : Σαρδώνιος γέλως· ἐπὶ τῶν χαιρούσης ψυχῆς γελώντων. Codex Mazar., ἐκ χαιρ. Malim, οὐ χαιρ. vel ἐξ οὐ χαιρ. Plato Rep. 1 : ἀνεκάγχασέ τε μάλα σαρδόνιον καὶ εἶπεν· ubi Mass. p. 32; Ast. p. 24. Sibyllina Oracula 1, p. 172 : Σαρδώνιον (imo Σαρδάνιον ex margine; est Σαρδόνιον in Galleana) μειδήματα γελάσετε, ὁππόταν ἥξῃ Τοῦτο, λέγω τὸ θεοῦ φοβερὸν καὶ ἐπήλυτον ὕδωρ. Adde Duport. Gnomol. p. 270; Classic. Diar. t. 2, p. 608; Jacobs. ad Anth. Pal. 5, 179.

(398) Πυθόμενος τῶν] Ait Tarinus restituisse se τῶν pro τῆς. Sed invenerat ipse τῶν in codicibus.

(399) Τῆς σῆς... Ὑγιείας] « *Saluti* [cum Genebrardo] potius quam *sanitati* [cum Tarino] ». BA. B sine σῆς. Quod pronomen excidit nuper ex Juliani Epistola 15 : εἴπερ οὖν ἐθέλεις ἡμῖν εἰκόνα τῆς παρουσίας τὴν ἐν τοῖς γράμμασιν ὁμιλίαν προξενεῖν. Reperi in codd. : τῆς σῆς παρ... γράμμασι προξ. ὁμ. Et jam olim editum fuerat τῆς σῆς παρ. Voculæ breves sic sæpius a librariis et editoribus vel diligentissimis sunt prætermissæ. Apollonius Tyan. Epist. 37 : εἰ πυνθάνοιτο Κορινθίων τις πῶς ὁ Βάσσου πατὴρ ἀπέθανεν, ἐροῦσιν ἅπαντες ἀστικοὶ καὶ οἱ μέτοικοι, φαρμάκῳ. Codex Mazar. A, 87, οἱ ἀστικοί. Illud optime, hoc dubie habet. Ammonius quidem, ἀστικὸς ὁ ἐν ἄστει διατρίβων· sed Lexicon Ammoniano in multis simile, quod edidi in Notit. mann. t. 13, part. 2, p. 140 : ἀστυκὸς δ' ἐν ἄστει διατρίβων. Apollonius rursus Epist. 45 : τῶν ὄντων τιμιώτατον φιλοσοφία. Codex, τ. ὄ. τὸ τιμ. Et Epist. 60 : ἐπειδὴ μάλα πολλὰ μεταξὺ Οὔρεά τε σκιόεντα θάλασσά τε ἠχήεσσα τῆς τε ἐμῆς φιλοσοφίας καὶ σῆς. Idem codex, ἐπειὴ μάλα, ut est in edito Homero, et καὶ τῆς σῆς. Aristides t. 1, p. 541 Dind. : συνέβη τοῦτο δὴ θειότατον τῆς ὁδοῦ. Melius codex 1040 : τ. δὴ τὸ θειότ. Dion Chrys. Orat. 2, p. 95 : ἢ νὴ Δία τῶν ἀττικῶν σκολιῶν τε καὶ εὐχὰς ἐπαίνων οὐ βασιλεῦσι πρεπούσας. Locus, qui valde et merito impedit interpretes, fiet clarior recepto articulo qui excidit τὰς, et nomine ἐποίνων pro ἐπαίνων, e codd. binis hocce modo scriptis : ἢ νὴ Δία τὰς τῶν ἀττ. σκ. τε καὶ ἐποίνων εὐχάς. Erunt ἔποινα ᾄσματα intelligenda. Ducas Hist. p. 171, C : εἰσελθὼν οὖν καὶ δείξας τὸ παιδίον τῷ ἡγεμόνι, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐν τῇ πύλῃ τοῦ παλατίου ἱσταμένους. Codex, τοὺς δὲ λ. μαθὼν ἐν τῇ π. Abundat contrario vocula ibid. p. 171, A : τῶν ἄνωθεν

ἀριθμηθέντων τῶν παντοίων εἰδῶν. Codex ἀριθμ. παντ. Sed longius a via declinavi.

(400) Ἔφης] « Personæ hic conturbatæ sunt, sed ita ut ex facili possint corrigi ». BA. Deerat scilicet ante ἔφης persona B; quam ex codice C restitui.

(401) Μετὰ τὰ νοητά] « Hanc vero opinionem theologorum schola explosit ». TAR.

(402) ABC, μὴ ἐνεργείᾳ. Editi, μὴ ἐν ἀργίᾳ, quod proponit annotator in C. Istis nunc librariis accidit, quod aliis sæpe, ut male unirent quæ essent separandæ syllabas. Eustathius Epist. 4 : θέλωμεν εἰπεῖν... εὐλαβοῦμαι δέ. Imo θέλω μὲν, ut codex. Idem Epist. 54 : οὐκ οἶδα γὰρ ὅτι γνοῦσα ἡ φύσις σκληρὰν οὕτως ὀπώραν οὕτω πως ἠσφαλίσατο. Velim rescribi divisim, ὅ τι. Psellus Expos. Orac. p. 73 : μὴ οὖν μήτ' ἀλλάξῃς αὐτὰ εἰς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον. Bene codex 1182 : μὴ οὖν μεταλλάξῃς. Scripturam editionum Zachariæ ἐν ἀργίᾳ firmat Æneas Gazæus p. 51, 6 : οὐκ ἐν ἀργίᾳ πρὸ τῶν αἰσθητῶν διέμεινεν. — « Genebrardus : *sic deum non in actu ante sensilis mundi opificium*. Legerat quippe, ut habet Anglicus codex man., μὴ ἐνεργείᾳ πρὸ τῆς τοῦ αἰσθητοῦ. At regius codex [nescio quem innuat], μὴ ἐν ἀργίᾳ. Cui suffragatur similis locus infra p. 141, 2 : μὴ διαμένειν δὲ ἐν ἀργίᾳ πρὸ τῆς τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου δημιουργίας φαμέν : *ceterum non manere in otio ante hujus mundi sub sensum cadentis procreationem asserimus* ». DUC.

(403) Editi et AB, διεβεβαίους. C, πρὸ αὐτοῦ... διεβεβαίου. Unde feci διεβεβαιοῦ. Forma enim media magis est in usu. Supra p. 124, 5, διεβεβαιοῦτο fuit sine varietate. Statim AB et editi : B. πάνυ γε. A. καὶ ὀξύς. Melius distinxi ex C.

(404) « Ludis, o carum caput, ut redhostimentum offerendo laudes ». BA.

(405) « Quamvis ad æqualitatem et justitiam vitam totam tuam conformaris ». BA.

(406) Ἀπαθανατίζειν] « In immortalitatem constituere, redigere. Eadem autem docent Athenagoras et Æneas Gazæus ». BA.

(407) Τοῦ μὴ τὴν ἀρχὴν τοιοῦτον] « Vide Œcumenium commentario in secundam Epistolam B. Petri c. 3, p. 214 et p. 218 editionis recentissimæ [a. 1610] ». BA.

(408) BC, μεταμπισχέσθαι. Cf. ad Æneam n. 98.

(409) C, αὐτοάγαθου. Voluisse credo αὐτοαγάθου. Ceteri αὐτοαγαθοῦ. Cf. ad Æneam n. 430. — Τὸ χωρίον] « Priore loco omittenda puto hæc verba ». BA. Non omittenda. P. 142, 11 : ὡς ἂν οἱ ἄνθρωποι μετὰ τὴν πεῖραν τῆς φθορᾶς καὶ τῆς διαλύσεως μισοῖεν τὴν αἰτίαν τῆς διαλύσεως.

(410) Ῥεόντων] « Paullatim deficientium. Vide ad Claudianum l. 1, [v. 4] in Rufinum ». BA. Poterat et sui meminisse Claudiana illustrantis De cons. Manlii 100 : « semperque fluentis Materiæ causas ». Heliodorus 2, 24 : εὕρηκα γάρ σε κατὰ τὸν Πρωτέα τὸν Φάριον, οὐ κατ' αὐτὸν τρεπόμενον εἰς ψευδομένην καὶ ῥέουσαν ὄψιν, ἀλλά με παραφέρειν πειρώμενον. Codex Venetus 409, οὐκ αὐτόν· idque malim : « non ipsum te quidem mutantem ».

(411) Συνέπεσθαι] « Nostrum exemplum sequi ». BA. Cf. n. 92.

(412) Frustra suspicatur annotator in C, λεγούσης deesse aut tale quid. — Ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ χαίρειν] « Ex Homerico [Od. 17, 218]: Ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. Plato Sympos. [§ 18] : ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. Quis nescit? » TAR. — « Profert ex Aristotele lib. 9, [c. 3, 17] Moralium Erasmus [1, 2, 21, 22] proverbium ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον, *simile simili amicum*; et ex Homero Ὀδυσσ. ρ : Ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον· *Ad similem deus adducit similemque paremque*. Plato item in Convivio : ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει· *scite quidem veteri proverbio fertur, simile simili semper hærere*. Quo alludit et Zacharias p. 135, 14, 25 ». DUC. « Homericῶς ». BA. Multa vide in Notis ad Aristæn. 1, 10, p. 354. Demophilus p. 621 : χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον. Quæ repetit et Porphyrius Ad Marcell. § 19. Œcumenius in primam Joannis Epist. c. 4, p. 284 : τῷ γὰρ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον προστρέχει. Cf. Plato Legg. 8, p. 837; Philo Fragm. p. 636 ; Julianus Epist. 69, ubi Heyler. p. 498 ; Jacobs. Anal. t. 11, p. 43.

(413) Mundum hominis causa fuisse factum a deo multi e Patribus dicunt. Justinus Apolog. 2, § 4 : οὐκ εἰκῆ τὸν κόσμον πεποιηκέναι τὸν θεὸν δεδιδάγμεθα, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ ἀνθρώπειον γένος. Theophilus Ad Autol. 2, § 10 : ἠθέλησεν ἄνθρωπον ποιῆσαι ᾧ γνωσθῇ· τούτῳ οὖν προητοίμασε τὸν κόσμον. Gregorius Naz. Orat. 15, p. 227 : ἡ εἰς ἀπόλαυσιν ἀνθρώπων δημιουργηθεῖσα κτίσις. Philo De mundi opif. § 25 : (ἀνθρώπῳ) ὡς οἰκειοτάτῳ καὶ φιλτάτῳ ζώῳ τὰ ἐν κόσμῳ πάντα προητοιμάσατο· et cetera quæ verbis ornatissimis, ut solet, persequitur. Cf. Tatian. § 4.

(414) AB, ἣν μόνην. C, ἣν μ. Annotator in C conjecit ταύτην μ. Editi, ἣν μ. « Lege ἦν ». TAR. Imo lege, optime ab ipso Tarino editum, ἥν.

(415) Πρὸς τὰ μέρη συμφωνίαν] « Vide nonnihil nobis scriptum ad Claudianum 4, [v. 284] Consul. Hon. ». BA.

(416) ABC, καὶ οὐ μετ' οὐ πολύ. Editi, καὶ μ. Annotator in C proposuit, καὶ αὖ, puto; nam ipsum vocabulum adeo male scriptum est, ut sit vel esse videatur ἦν. Scripsi inde αὖ.

(417) ABC, ἃ αὐτός... Editi, ἃ αὔτως. « Αὔτως quis dubitet legere pro αὐτός? » TAR. « In man. Regio et Anglico apographo legebatur, ἃ αὐτὸς ἀθάνατα διακεῖσθαι. Doctissimus Tarinus corrigendum censuit ediditque, ἃ αὔτως ἀθάνατα : *hujusmodi enim sunt quæ generantur et corrumpuntur, quæ frustra adeo [immor]talia facta essent.* Montacutius duplicem affert emendationem, καὶ ὁ αὐτὸς ἀθάνατος διακεῖσθαι, vel αὐτὸς ἀπαθανατίζεσθαι ἔμελλε [hæc adscripta est margini in C]. Itaque pendet sententia ab illis verbis, *qualis vero esset convenientia;* et finitur periodus illis, *ipse immortalitate afficiendus erat a deo.* Favet posteriori correctioni, quod dixit initio hujus paginæ [p. 133, 21] : εἰ ἀπαθανατίζειν μέλλει τόνδε τὸν κόσμον ὁ θεός· et p. 136, 4 : εἰ γὰρ τοὺς ἀνθρώπους ἀθανάτους ποιεῖν ἔμελλε· et p. 141, 13 : σὺν τοῖς ἡμετέροις σώμασιν ἀπαθανατίζεσθαι· *cum nostris corporibus immortalitate donari.* Ita demum loquutus est Justinus in Quæstionibus Græcis Q. 44 [imo Respons. de resurrectione 44, p. 547] : πῶς οὐκ ἔστι δυνατὸν τὸ ἀθανατίζεσθαι τοὺς νεκροὺς βουληθέντος τοῦ θεοῦ; *quomodo fieri non potest, ut non mortui immortales fiant, deo volente?* » DUC. Deleto ἃ, scilicet ex fine nominis φθορᾷ male iterato,

et adverbialiter sumpto ἀθάνατα, locus non male procedere mihi visus fuit. Sic ἀθάνατα adverbialiter p. 138, 6 : ἵνα μήτε ἀθάνατα νοσῶμεν· et p. 141, 18. Æneas quoque p. 48, 3 : ἀθάνατα συμπιεσάσουσιν· et p. 58, 1. Philo De Cher. § 1 : τὸν... ἀθάνατα σκορακισθέντα εἰς ἀσεβῶν χῶρον. Nicetas Chon. Hist. p. 17 : αἱ δ' ἐξ ᾅδου κευθμώνων διὰ μέσων μου τῶν σπλάγχνων χωροῦσαι (ὀδύναι) λυπεῖν ἀθάνατα ἤμελλον.

(418) Vide n. 412.

(419) Σώματα λαβ. ἀθάνατα.] « Eadem omnia habes apud Æneam. Emendationes Jo. Tarini [in versione] per omnia hic sunt sequendæ; Genebrardus parum oculatus fuit ». BA.

(420) Ὁ ἀγαθός] « Non puto alibi sic loqui Zachariam. Itaque et isthic voculam adjecerim : ὁ ἀγαθὸς θεός ». BA. P. 136, 20 : ὁ ἀγαθὸς ποιητής. Ibid. : τῆς εὐεργεσίας τἀγαθοῦ καὶ θεωρίας. Sed τἀγαθὸν sic bene dicetur; ὁ ἀγαθὸς non item. Et p. 141, 15, 18, πρὸς τοῦ ἀγαθοῦ poterit esse ab τὸ ἀγαθόν.

(421) Ἄκους οὖν, φασί, μάλα καλοῦ λόγου] « Similia apud Æneam ad finem ». BA. Vide ibi in n. 427 Platonis quem imitati sunt verba.

(422) « De Moysis auctoritate apud veteres, etiam extra veritatem, scriptores, caput dedimus secundo volumine [inedito] Adversariorum. Moysis cosmopœiam cum gentilium compositam habes apud Theophilum lib. 2 ad Autolycum ». BA.

(423) Δαιτυμόνι] « convivæ, hospiti ad mensam, ad epulas invitato. Vide Hesychium, qui etiam coquos hac voce censitos autumat ». BA. De nomine δαιτυμὼν vide n. ad Simoc. p. 280; coll. Wyttenb. ad Plut. De aud. p. 40, B. Lexicon Differentiarum a me editum in Notit. mann. t. 13, part. 2, p. 147 : ἑστιάτωρ καὶ δαιτυμὼν διαφέρει· ἑστιάτωρ ὁ ἑστιῶν, δαιτυμὼν ὁ ἑστιώμενος. Δηλοῖ δὲ καὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος λέγων (Tim. init.)· τῶν χθὲς μὲν δαιτυμόνων, τανῦν δὲ ἑστιατόρων.

(424) Ἑστιάτορος] « Præbitoris. Sic enim exhibitorem epularum vocatum alibi ostendimus ». BA. Philo De mundi opif. § 25 eadem metaphora δαιτυμόνος καὶ ἑστιάτορος in eodem argumento usus est:

καθάπερ οὖν οἱ ἑστιάτορες οὐ πρότερον ἐπὶ δεῖπνον καλοῦσιν, ἢ τὰ πρὸς εὐωχίαν πάντα εὐτρεπίσαι... τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ τῶν ὅλων ἡγεμὼν, οἷά τις ἑστιάτωρ, ἄνθρωπον καλεῖν μέλλων ἐπὶ εὐωχίαν τε καὶ θεωρίαν, τὰ εἰς ἑκάτερον εἶδος προευτρεπίσατο, ἵν' εἰς τὸν κόσμον εἰσελθὼν εὐθὺς εὕρῃ καὶ συμπόσιον καὶ θέατρον ἱερώτατον, τὸ μὲν ἁπάντων πλῆρες ὅσα γῆ καὶ ποταμοὶ καὶ θάλαττα καὶ ἀὴρ φέρουσιν εἰς χρῆσίν τε καὶ ἀπόλαυσιν... Et in his βασιλεῖ προετοιμασθῆναι τὰ βασίλεια imitatio est Gregorii Naz. Orat. 43, p. 699 : εἰ δὲ τελευταῖος ὁ ἄνθρωπος ἀνεδείχθη, καὶ ταῦτα χειρὶ θεοῦ καὶ εἰκόνι τετιμημένος, θαυμαστὸν οὐδέν· ἔδει γὰρ ὥσπερ βασιλεῖ προϋποστῆναι τὰ βασίλεια, καὶ οὕτω εἰσαχθῆναι τὸν βασιλέα πᾶσιν ἤδη δορυφορούμενον.

(425) Τῶν ἀγαθῶν] « Hoc est bonorum, ciborum salubrium et bene apparatorum. Petronius de delicato tali, etc. Vide; non repetenda enim hic sunt quæ scripsimus Adversar. lib. 153 [inedito], c. 2. Sequentia eadem habes apud Æneam nostrum. Et fuerunt utique duo egregii isti scriptores unius magistri discipuli; ita plane eadem commentati sunt. Nec est unus tamen omnino auctor ». BA. Nescio quem tam breviter innuat Petronii locum : hæc forsan verba c. 125 : « quotidie magis magisque superfluentibus bonis saginatum corpus impleveram ». Τὰ ἀγαθὰ, terræ bona, dapes, ac similia, illustravi ad Philostr. p. 304. Vide et Fischer. ad Anacr. p. 373; Pric. ad Lucam 1, 53.

(426) Respectu ad Gen. 1, 26 : ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν.

(427) Συγκρίνων] Annotator in C frustra conjecit συγκιρνῶν.

(428) Εἰκὼν καὶ μίμησις] « Sibylla [2, p. 215] : Ἄνθρωποι, θεόπλαστον ἔχοντες ἐν εἰκόνι μορφήν. Manilius [4, 887] : *Exemplumque dei quisque est in imagine parva.* Ovidius [M. 1, 83] : *Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum*, etc. » BA.

(429) Γεγόνει βασιλεύς] « Olympus Nemesianus in Halieutico, Ovidio vulgo adscripto : *Accepit mundus regem* [editi *legem*, idque sine varietate]. Ovidius [M. 1, 76] : *Sanctius his animal mentisque capacius altæ Deerat adhuc, et quod dominari in cætera posset : Natus*

homo est. De hominis decoribus nobilem librum habemus Nemesii, philosophi christiani quantivis pretii ». BA.

(430) Δουλείας ἐπίγνωσις] « De dignitate agnitæ recte servitutis, utque ea per omnia distributa sit, pulcris versibus Papinius noster lib. 3, carm. 3, [v. 48] Silvarum, Lacrimis Hetrusci, olim servi, post sub imperatoribus diversis magnis rebus admoti : *Nec pudor iste tibi; quid enim terrisque poloque Parendi sine lege manet? vice cuncta reguntur Alternisque regunt* : etc. quæ plura sunt ». BA.

(431) Τὸ πρῶτον καὶ τελευταῖον κακόν] « Superbiam dicit, tali elogio etiam apud poetas notatam. De sacris libris notum B. Augustini dictum : *hinc inde iis alia mala et vitia notari, superbiam fere omnibus paginis, factis, dictis, exemplis*, etc. » BA. Notum Platonis dictum apud Athenæum 11, c. 116 : ἦν δὲ ὁ Πλάτων... φιλόδοξος, ὅστις ἔφησεν· ἔσχατον τὸν τῆς δόξης χιτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῷ ἀποδυόμεθα ἐν διαθήκαις, ἐν ἐκκομιδαῖς, ἐν τάφοις. Ibi Casaub.; cf., si tanti est, mea ad Anecd. t. 1, p. 223. Philo Fragm. p. 668 : φασί τινες ὅτι ὕστατον ἀποδύεται τὸν τῆς κενοδοξίας χιτῶνα ὁ σοφός.

(432) Γνῶθι σαυτόν] « Veterum litteris commendatissimam sententiam; quam nostro ævo plenis bonæ mentis et litteraturæ libris illustravit Diodorus Tueldenius ». BA. Dion Chrys. Orat. 10, p. 303 : ἀκήκοας τὸ ἐν Δελφοῖς γράμμα, τὸ Γνῶθι σαυτόν. Philo Legat. § 10 : πλέον ἐφυσήθη τοῦ μετρίου· τὸ Δελφικὸν γράμμα οὐκ ἔγνω, τὸ Γν. σ. Vide quæ notavi ad Procli Hymnos p. 221, ad Anecd. t. 1, p. 127; coll. Wower. et Elmenh. ad Minuc. Fel. p. 4; Wyttenb. ad Plut. De Ei p. 275; Lozinsk. ad Hermippum p. 67; Casaub. ad Pers. 3, 67, p. 190 ed. Duebner.

(433) C, προσταγμάτων. Reliqui, προταγμ. Infra p. 145, 1, pariter unus C, προσταγμάτων.

(434) Ὀλιγωρία] « despectio, contemtus, vilipensio ». BA.

(435) Γραφήν] « culpam, accusationem, pœnam legibus constitutam. Vide Hesychium ». BA. Statim C, ταύτην δέ.

(436) Ἑσμοῦ] « Examinis, ebullitionis, gregis densioris. Idem

Hesychius : ἑσμὸς, ὄχλος, πλῆθος, συναθροισμός· κυρίως δὲ ἐπὶ μελισσῶν ἀθροίσματος. Male *vomitus*, velut ἐμέτου legeretur, vertit Jo. Tarinus [cf. n. 505]. Melius Genebrardus [*aggregationis*] ». BA. Ut ἑσμὸν ἡδονῶν Zacharias, sic ἡδονῶν σμῆνος dixit Plato Rep. 9, p. 236; quem respexit Macarius Walzii n. ad Arsen. p. 430. Metaphora trita. Vide Potter. ad Lycophr. 415; Rhoer. ad Porphyr. pp. 58, 208; Barker. in Wolfii Analect. t. 2, p. 64; Orell. ad Alexandr. De fato p. 299; Lobeck. Aglaoph. t. 1, p. 643, ubi Zachariæ loco utitur, et superius etiam nomen ὁμαδοῦ tangit. Sic enim, non ὁμάδου, scriptum inveni in codicibus et editis.

(437) AB, πρό. Editi et C, πρός.

(438) A, ἀπηγγηλλάμενον. BC, ἀπηλλαγμένον. Editi ἀπηγγειλάμενον. « Nemo inficias ierit legendum ἀπηλλαγμένον, vel ἀπηλλειμμένον ». TAR. « Recte corrigit doctiss. Tarinus, ἀπηλλαγμένον. Veram sententiam animo etiam habuit Genebrardus; sed nescio an textum integrum sit secutus. Melius omnino Tarinus ». BA. Genebrardus : « pravos habitus et formas delens ». Tarinus : « cum pravos habitus et formas delevit ». Ex quibus versionibus non valde bonis videre est quid sibi velit inepta correctio ἀπηλλειμμένον, seu potius ἀπηλειμμένον. Verte : « pravorum habituum ac formarum liberum ». — Infra ad ἀθάνατα νοσῶμεν cf. n. 461.

(439) « Neque speciem ullam neque adfectionem malitiæ infuisse Christo dicit, Anima et corpore purissimo ab omni infectione intrinseca et actione externa ». BA.

(440) Συνθήματα] « Insignia, ut interpretatur Cyrillus glossographus. Nec male Genebrardus, *tesseras* ». BA. Nec male Tarinus, « signa ».

(441) Ἅ φησι Βασίλειος] Editi, καὶ ἅ φ. Copula, qua carent codices, edita male fuerit. Nam quæ præcedunt ipsissima sunt verba Basilii Hom. in Hexaem. 1, 3.

(442) Βασίλειος ὁ μέγας τῆς ἀληθείας διδάσκαλος] Sic Theodoritus Orat. 4 [Hist. Eccl. 4, c. 16] : Βασίλειος ὁ μέγας, ὁ τῆς οἰκουμένης φωστήρ ». TAR. Eisdem verbis laudabitur Gregorius Naz. p. 142, 26.

(443) Ἀνωλέθρῳ] AB, ἀνολέθρῳ, permutatis vocalibus ω et ο, quod est usitatissimum. Philostratus V. S. 2, 5, 3 : ἑστὸς δὲ καὶ τὸ ὕδωρ νοσεῖ. Quæ scriptura est Olearii, nec ea bona. Ediderant Nicolinus et Morellius melius ἑστὼς, quod et reperi in cod. 1696, corrigendumque Bastius in libri sui margine monuerat. Quum olim ederetur bene Thomas Mag. in Οὔπω· τὸ οὔπω ἀναιρεῖ τὸ ἐνεστὼς καὶ τὸ παρεληλυθός· nuper receptum est ἐνεστὸς, e codicibus quidem plurimis, pejus tamen. Grammaticus Hermanni p. 458 recte scribit ὁ ἐνεστὼς καὶ τὸ ἐνεστώς. Est τὸ καθεστὼς in Thucydide 3, 9. Neutra τὸ ἑστὼς τὸ παρεστὼς exemplis adstruxit Albertius ad Hesychianum Ἄπτωτον et in Misc. Observ. t. 2, p. 288, hic sub nomine Gratiani a S. Bavone latens. Theodosius Diac. 1, 60 : Ἰδοὺ τόσον στράτευμα τοῖς ἐναντίων ὅροις παρεστώς. Monemur quidem de scribendo παρεστός· sed non parebo. Cf. nota ad Philostr. Her. p. 591. — Ὄντως ὄντι] « sine principio, substantialiter in et ex se ipso existenti. Ita in S. Scriptura *ipsum* se dici vult Deus, ut qui nomen aliud non admittat, sed sit *ipsum illud* ex quo sint omnia, et qui semper idem substantialiter exstiterit ». BA. Libenter jungunt scriptores ὄντως cum verbo εἶναι, et sic non semel Zacharias. Cf. p. 129, 22. De deo Clemens Alex. Protr. § 114 : τὸν ὄντως ὄντα θεὸν ἐποπτεύσωμεν. Augustinus Medit. c. 29, 7, ad deum : « qui vere es quod es, et non mutaris ».

(444) Διὰ τοῦ πολυθρυλλήτου παραδείγματος] « Traductissima demonstratione. Potes et argumentationem vel inductionem non incommode interpretari ». BA.

(445) Τοῖς ἰδίοις... πτεροῖς] « Suis sibi alis capti sunt. Proverbium ab avibus visco obhærentibus sumtum ». BA. Sed visco quæ captæ sunt, non suis sibi alis sunt captæ. Respexit auctor ad notam de aquila fabulam quam sagitta percussit ipsius pennis instructa. Multa apposui in Notit. mann. t. 11, part. 2, p. 64; apposuit multa Gatak. Advers. Misc. p. 538. Procopius Gaz. Epist. 62 Maianæ : ἃ γὰρ ἐμέμψω δράσας, οἴκοθεν ἔχεις τὸν ἔλεγχον καὶ τοῖς ἑαυτοῦ πτεροῖς ἑάλως, τὴν παροιμίαν παθών. Cantacuzenus Hist. 2, 4, p. 266 : μόλις μὲν, νοῦν δὲ ὅμως ἔσχον ὡς τοῖς οἰκείοις ἑάλωσαν πτεροῖς. Julianus Fragm. 9 : τοῖς οἰκείοις γὰρ πτεροῖς, κατὰ τὴν παροιμίαν, βαλλόμεθα.

(446) Ἰχθύων καὶ λίθων ἀφωνότεροι] Vide n. 370.

(447) Codices et editi, θυμώδη. Vertunt « furiosæ ». Securus emendavi scribens μυθώδη. Permutatio obvia maxime. Et insuper notandum μυθώδη διηγήματα καὶ ἀναπλάσματα solita junctura adunari; cujus exempla multa dedi ad Marinum pp. 113, 148. Nonnulla nunc addam. Plutarchus Parall. init. : τὰς ἀρχαίας ἱστορίας... οἱ πλεῖστοι νομίζουσι πλάσματα καὶ μύθους. Idem De esu c. 1 : τοῦτο πλάσμα καὶ μῦθός ἐστι. Philo De congr. § 12 : πλάσματος καὶ ποιήματος καὶ μυθικῶν λήρων ἑταῖρος. Idem De mundi opif. § 56 : ἔστι δὲ ταῦτα οὐ πλάσματα μύθων· et § 61 : πλάσμασι μυθικοῖς ἐπισκιασάντων τὴν ἀλήθειαν. Poetaster De S. Theodoro 160 : Ὡς πρᾶγμα καὶ γὰρ πλάσμα τοῦ μύθου βλέπω· et 205 : Καὶ τοὺς σπερεῖς σου τῶν μύθων καὶ πλασμάτων : ibi sit lector de metro securus. Theophylactus Simoc. Epist. 76 : τὸ μικρὸν τουτὶ δοξάριον... καὶ τῶν πεπλασμένων μύθων τερατωδέστερόν ἐστι καὶ φαυλότερον. Plato Tim. p. 27 : μὴ πλασθέντα μῦθον, ἀλλ' ἀληθινὸν λόγον. Ausonius Burdig. Prof. 22 : « Gallentes mythôn plasmata et historiam ».

(448) Αὐτονομία τῆς πλάνης] « Auctoritas quædam errandi. Respicit ad supercilia philosophica. Insigne tale in Theophrasto describit Æneas noster ». BA. Cf. p. 95, 19.

(449) Ba, ἀγένητον. Ceteri, ἀγέννητον. C, γεγεννῆσθαι. — Τῶν ὄντων] « Angelos intelligit, ut apparet e seq. Caute lege; nam innuere videtur angelos creatos ante mundum corporeum; quæ sententia jam absque temeritate adstrui non potest. Vide S. Thomam 1 part. q. 61, art. 3; atque ejus interpretes ». Annotator in margine Ducæanæ, quem esse Genebrardum opinor.

(450) Καὶ οὐκ ἐκ τῶν γεγονότων] « Materiam illam decantatam et supra refutatam dicit, quam deo coævam dictitabant. Elegantissimis pleraque hic proposita versibus de deo, essentia, creatione, operatione, benignitate, etc., ipsius, exsequitur Boethius lib. 3 De consol. philos. carm. 9; quod adscribendum et per partes illustrandum ad singularem hujus libri ἀνακεφαλαίωσιν arbitrabamur. Sed res, vel duobus primis versibus explicatis, in majorem molem proveniebat, quam ut ullo modo possent eam hæ notæ capere. Quare aliorsum eam distulimus, interim divinum illud carmen omnibus diligendum commendantes ». BA. Carmen illud re est vera mirabile, ob sententiarum reconditarum abundantiam et ex-

quisitam verborum elegantiam. Sæpius critici homines, diligentia qui sua abutuntur, ea quærenda commendant quæ præterire satius sit; non ludet operam qui Barthio nunc crediderit.

(451) Ἐργαζόμενον τὰ νοητά] « Occupatum in rebus solo intellectu, non sensibus, capiendis ». BA.

(452) Παρακολουθῆσαι] « Consectari velut adhærentem; quod et ipsum supra confutatum est ». BA.

(453) Ἀπροαίρετον] « Non secundum suam absolutam voluntatem et incoactum propositum ». BA.

(454) Περίττωμα] « Accessionem quamdam superfluam et abundantem, minime necessariam aut congruam ipsi rei principali. Talem sane necesse habebant statuere mundum, qui eum deo cohærere arbitrabantur, cum ipsis sensibus et oculis cogerentur [agnoscere] intellectualibus sensibilia minime posse, ut æqualia aut paria, accedere. Stultissimi qui φυσικὸν tale quid, adnatum nempe deo, statuebant ». BA.

(455) Ἐφόλκιον] Quo nomine utetur et p. 150, 11. Vertit Ducæus: « quasi inducentes naturæ appendicem et quasi corollarium ». — « Interpres scripserat: *quasi inducentes redundantiam quamdam physicam aut navem alias trahentem*. Melius Tarinus vertit: *appendicem et quasi corollarium*. Basilius Homil. in Gordium Martyrem [§ 3]: τἆλλα ὅσα, ὥσπερ ἐφόλκια, αἱ πολυάνθρωποι τῶν πόλεων ἐπισύρονται· *et cetera quæ, velut alligatas puppibus cymbas magnæ naves, secum populosæ urbes trahunt* ». DUC. — « Attractivum; quod adgnato quodam tractu semper deus secum duceret, ut magna aliqua navis scapham appensam. Etymologus: ἐφόλκια, τὰ ἐκ περιττοῦ ἐπιφερόμενα τοῖς ἀποδημοῦσι. Scholiastes Aristophanis in Vespas [268]: ἐφολκὶς κυρίως λέγεται ἡ λέμβος, ἤτοι ἡ μικρὰ ναῦς, ἡ ὑφ' ἑτέρας μεγίστης νεὼς ἐφελκομένη διὰ βραδυτῆτα. Et umbræ assimilatur hæc talis navicula; ut apud Suidam, Ἐφολκίδα: ὁ τοίνυν Βλέσος ἐπὶ τὴν θοίνην ἀνακληθεὶς, οἷον ἐφολκίδα, ἄκλητον ἐπάγεται Ἀσκώνιον Παιδιανόν· ἐξῆν γὰρ καὶ ἐπικλήτους οἱονεὶ σκιὰς ἑαυτοῖς παρακαλεῖν τινάς. Hesychius: ἐφόλκια, μικρὰ καράβια, παρὰ τὸ ἕλκεσθαι ὑπὸ τῶν κωπηλατῶν ἢ τῶν μεγάλων

πλείων. Pollux lib. 1, c. 9, [§ 82] ». BA. Vide Creuz. ad Plot. De pulcr. p. 252, Wernsd. ad Himer. p. 87.

(456) Πάμπαν ἢ ἐς ἀΐδιον] C, εἰς. — « Neque omnino, neque æternum. Eadem supra demonstrata, pariterque traduntur ab Ænea Gazæo ». BA.

(457) Ἀλλὰ μετασχηματίζεσθαι πρὸς τὸ κάλλιον] « Sed formam suam amittere, ut meliorem accipiant, pulcriorem sortiantur ». BA.

(458) Συμπέρασμα] « Terminationem : Glossæ Cyrilli ». BA

(459) AB et editi, δι' ἑαυτά. C, δι' ἑαυτοῦ, omnino bene; vel δι' ἑαυτόν.

(460) Τῶν λογικῶν] « Ratione utentium, id est, hominum; ut recte percepit uterque interpretum ». BA.

(461) Ὡς ἂν μὴ ἀθάνατα νοσῶμεν] Sic codices. Editi, emendante Tarino, νοῶμεν. « Νοῶμεν refeci pro νοσῶμεν, quod et commodius supra p. 138, 6, legatur : *ne immortalia cogitemus; homines nos esse meminerimus, mortali*, ut ait ille, *conditione generatos* ». TAR. « Ne adhuc immortalitatem rerum præsentium nobis imaginaremur ». BA. « Legebatur antea νοσῶμεν. Unde Genebrardus fideliter expresserat : *ne perenniter ægrotaremus*. At refecit νοῶμεν pro νοσῶμεν Tarinus, et commodius legendum censuit supra p. 138, 6. Prohibet tamen constans codicum manuscriptorum consensus, regii nimirum Henrici II [cf. n. 390], et Anglici apographi, ne illis assentiamur, qui utrobique legunt νοσῶμεν, *ut ne æternum ægrotaremus*. Suffragantur etiam huic lectioni similes apud Epiphanium sententiæ Hæresi 64, p. 545 [t. 1] : ὅπως διὰ τῆς λύσεως τοῦ σώματος τὸ ἐν αὐτῷ γεννηθὲν κακὸν ἀποθάνῃ· *ut ex corporis dissolutione quicquid in eo male productum fuerat intermoreretur*. Et p. 547 : ἵνα τοίνυν μὴ ᾖ κακὸν ἀθάνατον ὁ ἄνθρωπος, ἢ ἀείζωον ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὴν ἁμαρτίαν κρατιστεύουσαν, ὁ θεὸς αὐτὸν διὰ τοῦτο θνητὸν ἀπεφήνατο νεκρότητι περιβαλών· *igitur ne immortale quoddam ac sempiternum malum esset homo ac peccati sempervivi in sese dominationem foveret, propterea mortalem illum deus esse voluit ac morte damnavit* ». DUC. Favet paululum Tarinianæ correctioni confusio vocum νόημα et νόσημα, νοοῦντες et

νοσοῦντες, quam in Sopatro nuper notavit Walzius Rhett. t. 8, p. 153; sed opponendi codices et ipsa vis sententiæ. Nam qui potuit dici fuisse nos a deo brevi corruptione damnatos ne immortalia cogitemus, quum noverimus nos demum immortales esse futuros? imo brevis est, ne immortalis morbi tabe ægrotaremus. Et, quod dubitationem tollit, similis est locus Æneæ p. 58, 1: τούτους ἐλεήσας οὐκ ἐᾷ νοσεῖν ἀθάνατα.

(462) Κατὰ δωρεὰν τοῦ δημιουργοῦ] « Ita Arnobius tradit, non esse ab origine sua animas immortales, sed dono dei; cui dogmati consentit Plato. Et sui temporis homines traducit Lucianus, quod a crucifixo Christo tale donum exspectarent. Locus Arnobii est lib. 2, [p. 65]; Platonis in Timæo, Luciani in libro de morte Peregrini [c. 25] ». BA.

(463) Οὐ πρὸς ἀγαθοῦ] « Neque bono conveniens. Sunt prorsus singularia hæc; sed ex majorum gentium græcis Patribus traducta ». BA. Bene vertit, quæ male verterant Genebrardus et Tarinus, verba οὐ πρὸς ἀγαθοῦ, formulam, ut videtur, quid significet ignorantes. Id nunc est valde tritum. Sophocles Aj. 582: οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θροεῖν ἐπῳδάς· ibi Scholiastes: ἀντὶ τοῦ οὐκ ἴδιον ἰατροῦ σοφοῦ. Hierocles in Aurea Carm. p. 162: δειλοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστιν· ἀντὶ τοῦ κακοδαίμονος ἴδιον ἀνθρώπου. Athenagoras Legat. c. 2: οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας δικαιοσύνης. Ipse Zacharias iterum p. 145, 22: πρὸς φρονίμου καὶ ἀνδρὸς συνετοῦ.

(464) Accessit καὶ εὐπρεπεστέρας ex BC. Est καὶ εὐτρεπεστέρας in A. Ducæus, qui codices suos rarissime inspexit, omissionem a Tarino factam non deprehendit.

(465) Ἀριστοτέχνην] « Optimorum elaboratorem, opificem, artificem præstantissimarum rerum. Vocem a Nazianzeno ex Pindaro mutuatam jam notarunt alii ». BA. Nominant multi Gregorium; locum nemo indicavit. Ipse eum nondum reperi. Hierocles In Aur. Carm. p. 16: τοῦ κοσμοποιοῦ καὶ ἀριστοτέχνου θεοῦ. Ibi Warren. Adde Schneid. ad Pind. fragm. inc. 19; Bœckh. ad Pind. Fragm. 29; Hemsterh. Anecd. t. 1, p. 242.

(466) Cf. n. 322.

(467) C, τὰ ἡμέτερα δοξ. — Ἑλληνικῶν μυθολογημάτων] « Nazianzenus in Aporrhetis c. 4, [v. 3] : Εἷς θεός· ὕλη δ' αὖτε καὶ εἴδεα μῦθος ἀφαυρὸς, Ἑλλήνων πινυτοῖσι νοούμενα ὡς συνάναρχα· Τῶν μὲν ὅσα πλάσσουσι θεοὺς, μορφώματα σεπτὰ, Οὐκ ἔσαν, ἀλλ' ἐγένοντο, θεοῦ μεγάλοιο θέλοντος. Scholiastes vetus : φέρε δὴ θαυμασώμεθα καὶ τὴν μεγάλην τοῦ θεοῦ κτίσιν, μαχόμενοι καὶ ἐναντιούμενοι ταῖς ψευδέσι δόξαις τῶν Ἑλλήνων· εἷς θεός· ἡ ὕλη δὲ καὶ τὰ εἴδη τοῖς συνετωτέροις τῶν Ἑλλήνων νοούμενα ὡς συνάναρχα λόγος ἐστὶ μάταιος καὶ ἀνίσχυρος· ὅσα γὰρ πλάττουσι μορφώματα σεπτὰ, τιμώμενα παρ' αὐτῶν ὡς θεοὶ, οὐκ ἦσαν, ἀλλ' ἐγένοντο, θελήσαντος τοῦ μεγάλου θεοῦ. Is doctissimus et disertissimus Theologi liber jungendus lectione et consideratione huic Zachariæ disputationi, cum suis commentariis ». BA.

(468) C, χαριζοίμι. Annotator ἴσως· χαρίζῃ μοι. Quæ est reliquorum scriptura. Cf. n. 239. Pronunciatio similis vocalium est mendorum ferax. Ducas Hist. p. 16 : εἰ οὖν ἀντιλάβοι τε αὐτὸν καὶ χεῖρα βοηθείας ὀρέξῃ. Codex ἀντιλάβῃ, quod, lectore non monito, Bekk. scripsit. Velim et scribi ὀρέξει. Maximus Tyr. Diss. 24, 4 : ἐπεὶ ταύτῃ βασανιστέον τε καὶ ἀθρητέον τὸν ἐρωτικὸν καὶ λόγον καὶ ἄνδρα. Quum esset varietas ἀρθρητέον, ἀρθροιθέον, aptissime correxit Davisius ἀθρητέον. Id temere mutavit vir d. in ἀγωνοθετέον, quam mutationem temere etiam amplexus est vir d. alius.

(469) Αἰτίαν τῆς λύσεως] « Caussam ut anima et corpus a se discedere cogerentur et cogantur ». BA.

(470) Προλαβών] « Deus præsciens hæc sic successura. Est sane dignus vindice hic nodus. Quærit enim hic discipulus, cum per contemtum legis mundus esset futurus dissolubilis et contemtum illum præscierit deus, [cur] mundum tamen corruptibilem condiderit : superfluum enim hoc esse videbatur ». BA.

(471) Αὐτογαθότης] « Ipsa in se suaque natura principalis bonitas; cujus esse ipsum sit sua genuina bonitas, ut nequaquam alius fons sit nativæ bonitatis ». BA. Cf. ad Æneam n. 430.

(472) Συνεπομένην omnes. « Legendum συνεπομένων ». TAR. « Ita recte correxit doctiss. Tarinus. Sed tamen neque alterum illud συνεπομένην contemnendum, approbatumque Genebrardo ». BA.

(473) Πρὸς δὲ καὶ τὸ καλὸν ἡμέτερον εἶναι] De formula absoluta πρὸς δὲ monui jam p. 329, n. 13. Symeon Sethi De alim. p. 37: σημεῖα δ' εὐχύμων ἰχθύων τὸ ἁπαλὴν ἔχειν σάρκα... πρὸς δὲ καὶ τὸ τὴν γεῦσιν ἔχειν ἡδεῖαν. Quo loco raptim lecto nec satis intellecto, Bernard. ad Nonn. t. 1, p. 320, proposuit τῷ, construxitque male πρὸς τῷ δὲ καὶ... Psellus in Anecd. meis t. 3, p. 202, 30: Τῶν ὀνομάτων μάθε μοι καὶ κλίσεις καὶ κανόνας, Ἀῤῥενικῶν καὶ θηλυκῶν, πρὸς δὲ καὶ οὐδετέρων. Ibi codex 1182, πρὸς δὲ τῶν οὐδετ., quod qui malit secure recipiat. Rursus p. 203, 46: Μέσος γὰρ καὶ τὸ τέτυπα, πρὸς δὲ τὸ ἐτυψάμην. Ibi cod. 1182, πρὸς δὲ καὶ τὸ ἐτυψ. Præstat editio, quum addita copula versum faciat longiorem. Est in eadem pagina notanda ejusdem codicis lectio. Edidi: Τούτοις δ' ἐπενεμήθησαν οἱ μέσοι μέσον χρόνον· imo χρόνοι cum codice. —Τὸ καλὸν ἡμετέρον] « Quod sane nostrum non esset, si cogeremur alieno arbitrio obtinere, nec nostrum in id esset dominium. Quod acquiramus quodammodo malum spernentes et summa vi vitantes, mutabili, nec mutanda tamen, mente ». BA.

(474) A et editi, εἶναι· οὐ γὰρ δὴ τοῦ δεσμοῦ τῆς φύσεως, ἵνα τὴν ἀρ. « Non satis hæc cohærent. Scribe si placet: οὐ γὰρ δὴ τοῦ δεσμοῦ τῆς φύσεως ἕνεκεν, ἀλλ' ἵνα τὴν ἀρ. ». BA. Scripsi, εἶναι, ἵνα τὴν ἀρ., quum verbis mediis careant BC.

(475) Γεωργούμενον] « a Gregorio [Naz.], ut pleraque, Orat. 1, [p. 9, 5]: καὶ τοῦτο δὲ ἦν ἄρα τῆς ἄκρας ἀγαθότητος, ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν καὶ ἡμέτερον, οὐ φύσει μόνον κατασπειρόμενον, ἀλλὰ καὶ προαιρέσει γεωργούμενον καὶ τοῖς ἄμφω τοῦ αὐτεξουσίου κινήμασιν ». TAR.

(476) AB, οἰκέτην τ. σαυτοῦ. C, οἰκέτην τ. αὐτοῦ. Editi ἱκέτην τὸν σαυτοῦ. Permutatio frequens ob syllabas οι et ι simili modo pronunciandas. Alciphron 3, 4: πρὶν αὐτῷ τὸν οἰκεῖον φράσαι τὴν ἕκτην ἑστάναι. Codex 2720, τὸν ἱκέτιν φράσαι. Triplici mendo correcto fiat οἰκέτην. Non puto posse dici οἰκεῖος eo sensu quo vernaculum nomen *domestique*. — Μαστιγίαν] « Comici hanc vocem Latio donarunt, non inventa qua commode interpretarentur. Cyrillus tamen, more suo, id conatus est: μαστιγίας, *verberosus*, *flagellosus;* cui scilicet verbera et flagella velut natura aut fato conveniant. Verberonem ab usu et patientia quotidiana dicunt ». BA.

(477) Tarinus vertit: « verissime imo, ut ego secundum amo et

amplector ». — « Clarum, o bone, amare et amplecti me posteriorem. Mirum cur hic tenebras offuderit doctiss. Tarinus ». BA.

(478) De τίθεσθαι in approbandi sensu vide n. 154.

(479) C, ὁ σωζόμεθα : et ibi Annotator conjecit ὅτι. Ceteri ᾧ σωζ. Est quidem ὃ scriptura edita apud Clementem Alex. Protr. § 6. Visum est ᾧ nitidius.

(480) Ἰοὺ, ὦ μακάριε] De adverbio ἰοὺ jam ad Æneam n. 136. Irenæus Adv. hæres. 1, 5, 2 : ἰοὺ ἰού καὶ φεῦ φεῦ, τὸ τραγικόν. Ibi Fevard. — « Vah! o beate! Cyrillus *heu* interpretatur. Urit vero discipulum sapientiam venditantem magister, velut in stabulum compactum. Et magister uri vicissim illius joco videri vult ». BA. Mox scripsi κατὰ τὰ τῆς ἀλογίας γνωρίσματα, pro edito ac scripto, καὶ τὰ τῆς...

(481) Χαριεντιζόμενος] « Adblandiri tibi volens, non illudere aut jocari præter rem volens ». BA. Imo, « facete aliquid dicere gestiens, non illudere ».

(482) Τῷ σοφῷ καὶ παγκάλῳ] « Trajiciendæ voces ut τὸ πᾶν ad omnes spectare possit : τῷ παγκάλῳ καὶ σοφῷ καὶ ἀγαθῷ ». BA. Conjectura nihili.

(483) Δελεαζόμενοι καὶ ἀμαθαίνοντες] « Illecebris decepti et mente moti ». BA. Metaphoram verbi δελεάζειν illustravi ad Anecd. t. 4, p. 15. Porphyrius Abst. 1, § 33, loco, quem librarius codicis 2083 vocat καλὸν χωρίον, de sensibus : αἳ (imo αἷ, ut est in codice) δέλεαρ τοῦ ἀλογίστου παντοίαις ἐπιθέτοις παγίσι χειροῦνται τὸ ἄλογον. Verba Onosandri p. 35 conferat diligens lector cum Porphyrianis.

(484) Κνήθεσθαι] « Scalpi. Quam rem alibi docuimus [Advers. 34, 4] multis in deliciis quandoque fuisse ». BA.

(485) Ἀπατώμενος] « per voluptatem deceptus ». BA.

(486) ABCD, διαξέει. T et Ba, διαζέει, vitio typorum, quem ipsi correxerunt. Confusio facillima litterarum ξ et ζ nocuit Hesy-

chio, sic edito : Διασμύχων, διαζέων. Imo, διαξέων. Suidas : Διασμύχων, διαξύων, διακαίων. Forsan : Διασμύχων, διαξύων. Διαζέων, διακαίων. Nam poterit διαζέω activam etiam significationem habere. Pro διαξύων in Suida διαζέων legere vult H. Stephanus Thes. in Διασμύχω, et nuper idem suasit vir d. in Thesauro Didotiano sub Διαξύω, citra necessitatem. Alibi, sed rarius, ζ et σ sunt confusa. Philostratus V. A. 4, 16, p. 152 : τὴν μὲν δὴ κόμην οὐδὲ κείρασθαί ποτε ἔλεγεν, ἀλλὰ ἄζυλον φυλάξαι τῷ Σπερχειῷ. Exstat etiam ἄζυλον in Morelliana. Huetius ac Bastius in margine quisque suo recte scripserunt ἄσυλον. Philostr. 4, 42 : τοῦ δ' ἐμοῦ σώματος ἐγὼ δεσπότης καὶ φυλάξω αὐτὸ ἄσυλον. Psellus Opusc. ineditis, p. 178 editionis futuræ : ἄσυλός εἰμι τὸν τῆς γνώσεως θησαυρόν.

(487) Μὴ διανοούμενος] « Non animadvertens ». BA.

(488) Conjecit annotator in C deesse hæc : εἰ τοῦτο διέλυσας. Nihil deesse videtur.

(489) Εὔλογον] « Et bona ratione nitentem et facilem perceptu simul dicit ». BA.

(490) « Parumper enim ad disquirendam naturam hac in parte venire necessitas postulat ; ex quibus compositam esse particulis dicemus » ? BA.

(491) « Num vero non in ea ex quibus collatis sunt constituta » ? BA.

(492) « Hesychius : κατακερματίζει· εἰς πολλὰ ἀναλίσκει· διατέμνει ἢ λεπτύνει ἢ μερίζει. Rem ipsam habes pluribus apud Athenagoram [De resurr. § 4], Æneam [p. 62], alios ». BA.

(493) Κρᾶσιν] « cinnum ». BA.

(494) Ἀδιάλυτον] « Vitiose legebatur διάλυτον ». TAR. Error fuit oculorum. Nullibi fuit διάλυτον scriptum.

(495) « Scribendum puto τῷ μεγαλοδυνάτῳ νεύματι ». BA. Nihil mutandum. Zacharias tale vocabulum respuisset.

(496) Ἔξω τοῦ παντός] «Supra, extra et ultra universum est deus. Videndi libri Marii Victorini contra Arianos, quos logicis tricis obscuros dixit Hieronymus [Lib. de vir. illustr. c. 100]. Hac autem sententia recepta cadit argumentatio vetustissimorum philosophorum, qui mundum ea ratione incorruptibilem esse sciverunt, quod extra eum nihil sit a quo possit corrumpi. Ocellus Lucanus [c. 1, 12]: εἰ δὲ καὶ δοξάζοι τις αὐτὸ φθείρεσθαι ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἔξω τοῦ παντὸς φθαρήσεται δυναστευόμενον, ἢ ὑπό τινος τῶν ἐντός· οὔτε δὲ ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν, ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδέν· τὰ γὰρ ἄλλα, πάντα ἐν τῷ παντί, καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὁ κόσμος· οὔτε ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ· δεήσει γὰρ ταῦτα μείζονά τε καὶ δυναμικώτερα εἶναι τοῦ παντός. Recte quidem ille secundum rationem; at secundum veritatem, id est cognitionem dei, omnino pessime, ut vel hic liber docuerit». BA. Gregorius Naz. Orat. 1, p. 32, de deo: ὃς ἐν τῷ παντὶ τῷδε καὶ τοῦ παντός ἐστιν ἔξω. Augustinus Medit. c. 30: «immensitas divinæ magnitudinis tuæ ista est, ut intelligamus te intra omnia, sed non inclusum; extra omnia, sed non exclusum: et ideo interior es ut omnia contineas; et ideo exterior es, ut incircumscriptæ magnitudinis tuæ immensitate omnia concludas». Rursus c. 32: «opera tua extra circumdas et intra reples; supra regis et infra fers».

(497) Sap. Salom. 1, 7.

(498) Psalm. 94, 4.

(499) «Obscura nonnihil hæc sunt ob omissum verbum. Scribe: οὔτε μὴν ὁ δυνατὸς τὰ ἀνθρώπινα σώματα συνάπτειν, διαλελυμένα συνάγειν ἀδυνατήσειε. Vel, pro τῷ συνάπτειν, scribas δημιουργεῖν, κτίζειν, ποιεῖν, etc. Quæ omnia de creatore deo dicuntur». BA. Nullum est omissum verbum. Mox C, τὸ ποῖον δέ;

(500) Σπέρμα τὸ ἀνθρώπινον] «Utriusque hominis intellige. Nullatenus enim dubitandum sæpe et mulierem conceptioni suum semen conferre; dicerem semper, nisi id aliquando tam latenter fieri arbitrarer, ut neque ipsamet sentiat. De qua re multis alibi [Advers. 1, c. 11]». BA.

(501) Ῥανίδα ὑγρότητος] «Supra p. 93, 4». BA.

(502) Τὸ εὔλογον] « Ἄλογον εὔλογον loco suo ejecerat ». TAR. Et hic cœcutiit Tarinus. Est εὔλογον in codicibus. — « Τὸ εὔλογον· quod rationabile sit et rationi comprehensibile atque demonstrabile. Sequentia eadem et iisdem verbis leguntur apud Æneam ». BA.

(503) B, πρὸς αὐτοῦ, superscripto αὐτῆς ab eadem manu. Annotator in C malit sic: πρῶτον μὲν δίκαιον ἵνα ὁ δημιουργὸς μηδὲν τῶν... κρατεῖσθαι διηνεκῶς συγχωρῇ. Mutatio impeditior. Videtur quidem excidisse nonnihil; ni omittendum γὰρ post εἶναι, ut sententia continuetur; et sic vertit Genebrardus. Vel scribatur, sententiis adunatis, εἶναί τε τὰ πάντα... Prætermittebam dicere modo melius fore ἄκουε δὲ quam ἄκουε δή. Passim quidem δὴ obtinet locum post imperativum; sed hic propter præcedentem particulam μὲν, præstaret legi δέ.

(504) Πτεροῤῥυησάσας] « Aristophanea quidem vox [Av. 284]; sed nuda Platonis oratio in Phædone et Phædro ». TAR.

(505) Ἐσμοῦ] « Examine quodam, denso agmine. Tarinus idem vomitu vertit. Quomodo eum aberrasse supra [n. 436] etiam ostendimus ». BA.

(506) Τῷ βάρει τοῦ ἐφολκίου συνεπομένας] « Pondere, gravitate annexæ velut navis abstractæ ». BA. De ἐφολκίῳ n. 455.

(507) Κάτω που ὑπὸ τοῦ τῆς κάκης ἵππου καὶ τῶν ἐν ἡμῖν παιδίων φερομένας] « Ἵππου. Vecturæ maritimæ vim equi abstrahentis commode conjungit. Alludi quædam videntur ex Tabula illa celeberrima Cebetis nostri ». BA. Conf. Æneas p. 56, cum n. 59. Plus viderat Ducæus. — « Genebrardus verterat: *et gravitatem carinæ consecutæ sunt, ac deorsum a pravo equo et quæ in nobis sunt puerilibus impulsæ sunt*. In apographo anglico legebatur non παιδίων, sed πήδων: unde annotabat Montacutius legendum ἐπιθυμιῶν vel θηρίων, *cupiditatibus* vel *bestiis*, et pro κάκης substituebat κακίας. Alii malunt σαρκός. Sed non animadverterunt esse locum ex Platonis Phædro expressum p. 345 [§ 57]: βρίθει γὰρ ὁ τῆς κάκης ἵππος μετέχων, ἐπὶ γῆν ῥέπων τε καὶ βαρύνων, ᾧ μὴ καλῶς ᾖ τεθραμμένος ὑπὸ τῶν ἡνιόχων·

gravatur enim pravitatis particeps equus ad terram vergens atque trahens cuicumque fuerit equus ab aurigis non bene enutritus. Postremo illud πτεροῤῥυήσασαι ἐξ ἀρετῆς, *quæ a virtute veluti pennis defluxerunt*, ex eodem est Platonis loco [§ 55] : ἡ δὲ πτεροῤῥυήσασα φέρεται, ἕως ἂν στερεοῦ τινος ἀντιλάβηται: *cui vero alæ defluxerint, fertur quoad solidum aliquid apprehenderit.* Sed in eodem Zachariæ loco fortasse commodius pro πήδων legeretur πεδῶν, ut apud Clementem Alex. 2 Pædagog c. 12, [§ 122], πέδας περισφυρίου, *talares, compedes*, legimus, et apud Gregorium Naz. δεσμίους σαρκὸς, *carne præpeditos* et quasi compedibus carnis vinctos ». DUC. A, παιδίων, et ad marginem ἴσ. παιδῶν· an πεδῶν voluit ? B, παιδίων, et ad marginem, πεδῶν. C, πήδων, et ad m., ἴσ. ἐπιθυμιῶν vel θηρίων. Idem modo κάκης, cum conjectura, ἴσ. σαρκός. Tarinus vertit « rebus vanis et ludicris », quasi legerit, παιδιῶν, male. Nil mutandum. Dicebatur a philosophis παῖς vel παιδίον pars animi irrationalis ac quasi puerilis. Locum ipsum Zachariæ non neglexit, qui nomen illud illustravit, Wyttenbachius ad Phæd. p. 193. Vide ad Æneam n. 238.

(508) « Hesychius : ἀθόλωτον, καθαρόν ». BA. Cf. p. 151, 15.

(509) Εἰς τὸ τῆς τίσεως ἱερὸν δεσμωτήριον ἰέναι] BC, εἶναι. Et C, κτίσεως. Annotator in C : ἴσως τὸ τῆς κολάσεως πικρὸν δεσμ. Sed parilia Æneas scripsit p. 40, n. 365. — « Sacrum pœnæ carcerem. Quo epitheto horrenda omnia venire alibi [Advers. 33, c. 16] centum ipsis exemplis demonstratum est ». BA. Hic esse puto ἱερὸν, pro sacro, quippe quod deus ipse impiis ac scelerosis mortalibus præparavit.

(510) « De Inferorum diris fluviis Plato, Theodoretus, aliique christiani gentilesque philosophi, ut item alibi [ad Claud. Rapt. 1, 86; cf. ad Æneam n. 478] notatum ». BA. Respicitur Plato Phæd. § 64. Quæ est emphasis in plurali nomine Πυριφλεγέθοντας, qua tamen Plato abstinuit, Πυριφλεγέθοντα dixisse contentus, illustrant a me collecta exempla ad Anecd. t. 2, p. 163. Arnobius 2, p. 52 : « quid ? Plato idem vester, in eo volumine quod de animæ immortalitate composuit, non Acherontem, non Stygem, non Cocytum fluvios et Pyriphlegetontem nominat, in quibus animas asseverat volvi, mergi, exuri » ?

(511) Daniel 7, 10 : ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν. — Marc. 9, 46 : ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ σβέννυται. — Marc. 9, 43, 47 : ἀπελθεῖν εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον· βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Arnobius l. 2, p. 52 : « audetis ridere nos, quum gehennas dicimus et inextinguibiles ignes ». Cf. Elmenh. ad Arnob. p. 71.

(512) « Precationem sequentem si quis dignis modis illustrare velit, omnes thesauros veteris recentisque theologiæ hauriat et istbuc comportet ». BA.

(513) « Scripsi γεγεννημένε, more Patrum ὁμοδόξων ». TAR. Scripsit igitur quod scriptum invenit, et inveni ego in codicibus.

(514) C sine μή. Excidit hæc vocula e Photii Epistola 245, quam scripsit in editione Εὐσεβείᾳ μοναζούσῃ, in codice 2671 Εὐσεβείᾳ μοναχῇ : ὃ ἐστὶν ἄλλως γενέσθαι, οὐδ' ἡ φύσις ἄλλον νόμον ἐπίσταται. Codex, ὃ μὴ ἔστιν, optime; estque negatio in latina versione. Philostratus V. A. 8, 9 : ἃ σφόδρα ἤλεγχε τὸν τύραννον. Sententia videtur integerrima. Codex 1696, ἃ μὴ σφ., negatione prorsus inexspectata, et, si bene memini, punctis deletoriis a librario notata; quam tamen non deleverim, sed in δὴ mutaverim. Qui codicem C descripsit librarius μὴ vel fortuito et inscius omisit, vel consulto, quod in negatione aliquid absurdi esse videretur. Fides fuit robustior doctori, qui se credere clamabat, quia absurdum. Arithmeticis quidem unitas in numero ternario comprehensa esse dicitur, quum ex tribus unitatibus ternarius constet; sed in mystica Trinitate unitas est indivisa, nec pro parte habenda, cum ipsa mystica unitas sit toti triadi æqualis. Ad prima verba conferam Gregorium Naz. Orat. 23, p. 426 : μονάδα ἐν τριάδι καὶ τριάδα ἐν μονάδι προσκυνουμένην, παράδοξον ἔχουσαν καὶ τὴν διαίρεσιν καὶ τὴν ἕνωσιν. Quæ ad ultima scripsi firmare videtur magnus idem Theologus Orat. 40, p. 668 : οὐ φθάνω τὸ ἓν νοῆσαι, καὶ τοῖς τρισὶ περιλάμπομαι· οὐ φθάνω τὰ τρία διελεῖν, καὶ εἰς τὸ ἓν ἀναφέρομαι. Cf. Zacharias p. 129, 18... Augustinus Medit. c. 30 : « o una trinitas et trina unitas deus! »

(515) Καθᾶραι] « Ab omni humanarum rerum et operum et cogitationum consortio. In tali enim expurgatione summam philosophiæ ponebant philosophi, præcipue Pythagorici, ut multis

ostendit Hieroclis in Aurea Carmina aureus commentarius ». BA.

(516) Ἐλλάμψεως] « Interna illuminatione ». BA.

(517) Χαρακτῆρας καὶ τύπους τῆς ψυχῆς] Platonicum. Et de characteribus notisque istis multis locis suoque præcipue commentario, alibi ». BA. Significat stigmata ac vibices, quibus vitia animas maculant ac deformant, quæque eis etiam a corpore separatis insident: vide a me notata ad Anecd. t. 5, p. 332. Philo De Cherub. § 2: μετεχαράχθησαν τοὺς ψυχῆς πρὸς τὸ ἄμεινον βελτιούμενοι χαρακτῆρας.

(518) Μελετῆσαι τὴν λύσιν] Platonicum. Plato Phæd. § 29: ὀρθῶς φιλοσοφοῦσα (anima) καὶ τῷ ὄντι τεθνάναι μελετῶσα ῥᾳδίως. Ibi Wyttenbachius et in Philom. t. 3, p. 96. Diogenes a me editus Epist. 10: μελέτω σοι καὶ τῆς μετοικίας τῆς ἐντεῦθεν· μελήσει δὲ, εἰ μελετήσειας ἀποθνήσκειν, τουτέστι χωρίζειν τὴν ψυχὴν ἔτι ζῶν ἀπὸ τοῦ σώματος. Gregorius Naz. Orat. 10, p. 171: τὸν βίον ὅλον μελέτην λύσεως ἐνστησάμενοι. Joannes Climacus Scal. p. 145: καὶ θαῦμα ὄντως πῶς καὶ Ἕλληνές τι τοιοῦτον ἐφθέγξαντο, ἐπεὶ καὶ φιλοσοφίαν τοῦτο εἶναι ὁρίζονται, μελέτην θανάτου. Irenæus Fragm. p. 468: τὸ ἔργον τοῦ χριστιανοῦ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ μελετᾷν ἀποθνήσκειν. Palladas Epigr. 79: Σίγα, καὶ μελέτα ζῶν ἔτι τὸν θάνατον· ubi Jacobs. Seneca Epist. 26, egregia habet, sed στωικώτερα. Apuleius Anthol. Lat. 3, 99: « principium vitæ obitus meditatio est».

(519) Μὴ ταραχθείημεν] « Conturbemur toti. Quod necesse est accidere iis, quibus repens ex hac vita recessus incubuerit. Merito igitur vovet εὐθανασίαν ». BA.

(520) Κολάσεων] « Æternarum pœnarum perennitas ultimum monitum accipiendæ doctrinæ cœlestis et vitiorum relinquendorum. Pulcre Theophilus noster fine lib. 1 ad Autolycum suum; etc.». BA.

(521) Editi ἔχοι διὰ τῆς μελέτης. Codices, ἔχοι τὰ τῆς μ. Mox C, κατὰ τοῦ. Ceteri, καὶ τοῦ. Repetendum mente τά· τὰ τῆς μελέτης καὶ τὰ βίου τοῦ μετὰ τῶν σωμάτων ἐπικήρων. Quæ hic male abundat præpositio κατὰ restituatur Ducæ Hist. p. 25, B: πέμπει τὸ σύνηθες τὸν υἱόν. Codex, π. κατὰ τὸ σ., quod legendum esse Bekker. suspicatus est. — Ἐπικήρων] « Ἐπίκηρα, ἐπιθανάτια· κὴρ γὰρ ὁ θάνατος· auctor

Magni Etymologici. Vide in utraque voce plura apud Hesychium ». BA. Synesius Calv. p. 82, A : τὰ τῆς ἐπικήρου φύσεως σύμβολα : ubi Krab. Asterius Homil. p. 17 : εὐμετάβολον χρῆμα ἐστιν τὸ τῆς ἐπικήρου ταύτης ζωῆς. Nicetas Chon. Hist. init. : θνητοὶ καὶ ἐπίκηροι.

(522) « Ultima verba eadem sunt apud Æneam nostrum; et memini alibi me suspicatum de uno utriusque [libelli] auctore, non tamen ut pertendam ». BA.

ÆNEÆ PLATONICI

GRÆCI CHRISTIANISSIMI

De immortalitate animorum,
Deque corporum resurrectione,
Aureus libellus cui titulus est

THEOPHRASTUS.

GENUÆ,
APUD JO. MARIAM FARRONUM. MDCLXV.
Superiorum permissu.

ILLUSTR^mo ET EXCELL^mo DOMINO

ANDREÆ JUSTINIANO

BASSANI PRINCIPI

IO. GEORGIUS JUSTINIANUS S. P. D.

Cum de Andreolo Justiniano nostri generis viro clarissimo, qui ante duo sæcula floruit, fando sæpius audissem multa non laude minus quam imitatione dignissima, tanta cum charitate complecti cœpi, ut ejus memoriam non solum colerem, sed et nova in dies de ipso cognoscere cuperem. Commodum accidit, me sic affecto, ut ex bibliotheca amici cujusdam politioris literaturæ studiosi libellum habuerim de immortalitate animorum a Græco authore scriptum, et in Andreoli gratiam latinitate donatum, dum ille in Chio insula, quæ tunc nostræ gentis imperio suberat, Genio Gratiisque litaret, Musarumque antistites velut alter Mecœnas ultro ad se alliceret et hospitio peramanter exciperet. Magnam profecto inde me voluptatem cepisse fateor, et in eodem plane sensu fuisse gaudeo ipsius nepotem Augustinum Justinianum, illum scilicet, qui postea ad Nebiensem pontificatum evectus, rerum nostrarum annales orditus est, quos, post ejus obitum, imperitus homo omnisque eruditionis expers horridos sane et incultos, ut hodie leguntur, ex defuncti schediis evulgavit. Docuit enim me libellus, vel potius epistolæ eidem præfixæ, Andreolum nostrum, supra cæteras animi dotes fortunæque bona quibus eum abundare didiceram, familiaritate doctorum hominum fuisse usum, et splendidissima, ut ea ætate, librorum supellectile fuisse instructum. Quamobrem Andreoli memoriam eodem plane modo quem ipse optabat propagare studens, libellum, cum epistolis, in operis vestibulo, ut ita dicam, positis, typis recu-

dendum curavi. Quibus addere visum est nonnullas epistolas, ex antiquis domus nostræ scriniis petitas et cum suis autographis diligenter collatas, ex quibus (quod ad rem facit) liquido apparet eum cum Jacobo Bracellio tunc a secretis Reip. nostræ et aliis ejus ævi doctissimis viris literarium commercium habuisse. Cum autem certum esset alicui ex præstantioribus familiæ nostræ viris opus dicare, incertum tamen erat cui id offerrem. Occurrit primo Serenissimus Lucas, quem nunc in supremo patriæ nostræ fastigio, in quo pater ejus aliique plures ex nostris ante fuerunt, regali purpura amictum suscipimus. Occurrit Horatius, qui pariter purpura fulget, sed sacra et cardinalitia, in qua paulo ante Benedictum et eo prius Vincentium venerati sumus. Sed tu mihi præferendus visus es, non tam quia solii princeps apud Summum Pontificem regnantem Innocentium Decimum uxoris tuæ patruum, arcisque Sancti Angeli præfectus existis, quam quod allusione, vel potius germanitate nominis, et jure repræsentationis, idem fere es cum illo atavo nostro, cui primum liber missus est, et in cujus ædibus fere altus et educatus fuit. Accipe igitur munusculum hæreditario jure tibi debitum; et familiæ nostræ decus veris animi bonis, quæ solidam et perennem pariunt excellentiam, amplificare perge. Datas Genuæ Calendis Aug. anno MDCXXXXV.

AUGUSTINUS JUSTINIANUS

GENU. PRAEDICATORII ORDINIS

PHILIPPO SAULO BRUGNATEN. EPISCOPO. S.

Avus meus paternus, Philippe Saule, vir fuit præditus plurimis cum fortunæ tum animi bonis atque virtutibus; sed non est dictu facile quantopere hospitalitate venerandus senex delectaretur. Et cum amicos omnis generis humaniter lauteque acciperet, in primis tamen literatissimos quosque complectebatur. Quum vero Ambrosius Camaldulensis monachus, unus de instauratoribus latinæ linguæ, rediens e peregrinatione Constantinopolitana, quam literarum gratia græcarum cum Guarino et Philelpho obierat, forte fortuna in insulam nostram Chium divertisset, exceptus honorifice apud avum, non prius ab eo discessit, quam illi libellum pulcherrimum de animorum immortalitate de græco in nostrum verterit sermonem; ratus, ut arbitror, eo munere tanto amico referre gratiam, quod sciret illum omnium bonarum artium studiosissimum, in cujus nimirum bibliotheca ad duo millia librorum volumina habebantur: numerus certe in domo privati civis non contemnendus, eoque tempore quo libri non stanneis characteribus, uti nostra ætate, sed manu magna quidem impensa scribebantur. Hunc ego librum ubi inter avi monimenta offendissem, longe pluris feci, quam si pretiosas gemmas, amplam supellectilem, consita viridaria, uberes possessiones, magnificaque palatia, quæ ille filiis reliquit, mihi soli testamento legavisset; quod illa caduca sunt et temporaria, hæc vero firma et sempiterna; illa (fortunæ possessio) bonis et sceleratis communia, interque nepotes divisa et posteros, exiguo dilabi momento suapte natura possunt atque consumi; hæc divina et immortalia, nec

calumnia auferri queunt nec longissimo etiam tempore corrumpi. Cogitanti vero mihi ut hunc ipsum librum ob ejus summam eruditionem admirabilemque doctrinam in multa exempla transfundendum curarem, studiosisque prodessem, occurristi tu unus, cui potissimum opus egregium dicarem. Quod quamvis a me multis sit factum rationibus, quæ te rerum ac cogitationum mearum conscium minime latent, duo tamen præcipue sunt quæ me ut hoc facerem impulerunt : primum quod communi nostro patrono, tuo quidem patrueli, meo vero consobrino, nunquam satis pro suis virtutibus laudato undecunque amplissimo Bendinello cardinali de Saulis rem gratam facere existimarem, qui nihil eorum, quæ vel ad honorem, vel ad gloriam tuam facere videantur, prætermittit; secundum, quod visus est mihi is ipse liber eruditissimus, necnon et doctrinæ et nostræ plenus christianæ religionis, in quo etiam confutentur impia quamplurima dogmata, ingenio illi tuo excellentissimo quam maxime convenire, quadrare vero ad amulsim sanctissimo tuo in religionem affectui, probatissimisque tuis moribus omni ex parte correspondere, ut qui sis inter bene moratos nostræ ætatis scholasticos eruditissimus et inter bene eruditos moribus ornatissimus, religionis vero cultor pientissimus. Vale. Bononia Calend. Aug. M.D.XIII.

DOMINO AMANTISSIMO ET PRÆSTANTISSIMO VIRO

ANDREOLO JUSTINIANO

AMBROSIUS SALUTEM.

Opusculum Æneæ cujusdam, docti plane et eruditi viri, cum græce legerem, latinum facere placuit. Est enim ea vel doctrinæ gratia vel materiæ dignitas, ut vel inertes quosque animos in admirationem sui excitare possit. De anima quippe illi omnis sermo est, agitque subtiliter ista viri disputatio, ut docti quique gentiliumque disciplinis imbuti, sensim et per rationes ad fidei catholicæ rudimenta et pietatis penetralia ipsa pertingant, dum philosophorum vanas et varias atque inter se dissidentes de anima opiniones verissimis rationibus argumentisque confutat, veritatemque christianæ fidei et naviter et grate atque venuste subinserit. Id quicquid est laboris nostri tibi viro omnium humanissimo et optime de nobis merito dicandum fuit, ut esset penes te perpetuum nostri amoris monumentum. Accipies igitur, Andreole vir illustris, Æneam nostrum jam plane pium; et per te Roma accipiat suæ gentis auctorem, qui longe verius de se protestari possit, « Sum pius Æneas », quam ille olim Anchisæ filius. Neque enim illius si qua in patrem pietas fuit, hujus nostri divinæ pietati ulla prorsus ratione conferenda est. Accipies, inquam, opusculum ipsum grato animo, et diligenter releges. Invenies enim plurima et jucunda cognitu et necessaria scitu, Æneamque ipsum, qui dudum scopulos vestros prætervectus fuerat, vobis redditum gratulabere. Qui si minus majestatis habere videbitur, peregrinationi longinquæ acceptum referes, ex qua velut pulveris et situs quid-

dam contraxisse illum nihil est cur admirari debeamus; lætum tamen atque hilarem ubique deprehendes, et qui nihil habeat rusticitatis admixtum. Sed enim vere id prosequutus sim, nec ne, tibi jam judicandum relinquo. Adest enim ille tecum assidue futurus, ut effugere gravissimum judicium tuum nequaquam possit. Vale.

ÆNEÆ PLATONICI

VIRI CLARISSIMI

DILAOGUS

QUI THEOPHRASTUS INSCRIBITUR.

INTERLOCUTORES.

ÆGYPTUS ALEXANDRINUS, EUXITHEUS SYRUS, THEOPHRASTUS ATHENIENSIS.

Ægyptus. Quo tu, Euxithee? vel unde?

Euxitheus. E Syria Athenas ferebar, o Ægypte. Sed adversa vi ventis acta navis, interrupta navigatio est. Et ecce, secus atque institueram, adsum tibi Nilum pro Eleusio, Pharumque pro Pyreo intuens.

Æg. Ingentes auris habeo gratias quæ te vel invitum divertere ad amicos impulerunt. An vero non meministi Hieroclis philosophiæ, apud quem a puero sapientiæ studiis pariter instituebamur, [2] quo in tempore cum mutuo singulari affectu astricti teneremur, plerosque etiam habuimus nostri studiosos? Equidem ut de me fatear, nunquam memini me acriori mœrore confectum, quam cum omni sapientia imbutus profectus a nobis es atque in patriam te recepisti. Hujus denique charissimæ et antiquissimæ consuetudinis nostræ affectus, necdum defluxit, sed ita hactenus

viget ac si heri profectus esses, cum certe plures annos te non viderim neque visurum arbitratus sim. Sed fortuna profecto quædam mecum faciens quod cupiebam præter omnem spem et expectationem ut adesset effecit.

Eux. Jam nunc fortunæ congratulor, neque ultra adversum dixerim ventum, sed plane secundissimum, festivum atque lætum, amorique in primis familiarem, quandoquidem amantes ut sui invicem fruantur contubernio studiose molitur. Verum dic, quæso, an adhuc supersint apud vos, qui philosophiæ mysteria aperiant, cujusmodi erat Hierocles præceptor. Adhuc se in philosophiæ studiis exercent teruntque magistrorum limina præclari honestique adolescentes, qualem fuisse retines Protagoram Lycium, meum quidem æqualem, sed ingenio et oris gratia præstantem?

ÆG. Vigebant olim quidem hæc honestissima humanitatis studia; sed nunc jam sane periere atque omnino dissoluta sunt. Nam is quidem addiscere non vult qui discipulorum adscribitur numero, et qui præceptorem simulat docere non novit. Atque saltatorius quidem ludus ac circus majore in dies frequentia urgetur, philosophia vero ac scholæ in horrendam devenere solitudinem.

Eux. Et ego hæc ita se habere conjectura assequebar. Atque [3] ideo, Ægypto obmissa, Athenas petebam, ut si qui vel apud Athenienses esset reliquus sapiens explorarem diligentius. Cupio enim ab eis id si possim sciscitando discere quod et veteribus et nostri temporis ingeniis maxime videtur ambiguum, adeo ut plerique de eo alias aliter disserant.

ÆG. Habes hic Athenas, o amicum caput, si tibi non arcem, neque Propylæa, neque navalia, sed sapientem virum visendi cura est. Appulit enim Theophrastus maxima Atheniensium gloria, tertiumque apud nos hunc agit diem. Sed pergamus illum salutatum. Is enim te vel quæ cupis edocebit, aut certe ab homine non esse inquirenda admonebit. Neque enim Athenis, neque usquam alibi, Theophrasto sapientiorem cui congredi possis invenies.

Eux. Deus bone, quam fauste mihi contingit! quandoquidem penes Nilum offendi Atheniensium philosophiam, ut ad ea ediscenda quæ cupio maxima pelagi spatia transmittere opus non sit. Sed proficiscamur; jam enim Theophrasti amantissimus effectus sum.

Æg. Euxitheum ego ad te adduco mecum una tui studiosum, Theophraste. Est enim ipse quoque philosophiæ studiis in primis deditus.

Theophrastus. Antiquissimus mihi fuerit amicus Euxitheus, si quidem est philosophiæ studiosus. Res enim præclara est atque rarissima [4]. Nam Athenis quoque, ubi quondam præcipue philosophia floruit summoque in honore fuit, jam fere penitus ignota est et pro nihilo abjecta.

Eux. Frustra igitur Athenas contendebam, si, ut asseris, nullus ibi quoque reliquus est, qui possit ad ea quæ quisque rogarit respondere. Neque jam frustra mea illuc navigatio impedita est, quando ex dei munere virum in philosophiæ studiis eminentissimum et Atheniensium principem apud Nilum inveni. Sed, quæso te, quoniam asserit Ægyptus iste neminem esse a quo possit quis commodius quam abs te quid velit addiscere, licetne interrogare quod volo?

Th. Tu vero interroga, si quidem mihi gratificari cupis. Nullus enim me jam plures annos novi quippiam interrogavit.

Eux. Felices plane sumus, qui eum virum nacti fuerimus, cujus cum doctrina benevolentia contendit, quique quos uberius docuerit eos charius diligit. Dic ergo, obsecro, num antea hic vixerit anima rursumque victura sit; an, præsenti hac vita semel exacta, humanis rebus soluta omnino ac libera evaserit.

Th. Ut est veterum opinio philosophorum, et vixit antea et postmodum victura est.

Eux. Eandem ergo animam in hanc vitam sæpius descendere autumas?

Th. [5] Ita sane, nisi tu sapientius aliquid afferas.

Eux. Sponte rursus huc ventura est, an ex necessitate?

Th. Ego tibi veterum arcana sapientum, veluti in sacro quodam adyto tentabo aperire. Heraclitus quidem, qui successionem necessariam posuit, e summis ad ima contraque ex imis ad summa iter animam agere dixit; esse enim laboris immodici in eisdem supernis licet sedibus perpetuo degendo fatigari et cum diis conversari jugiter eisque subjici: atque ideo partim quiescendi desiderio illectam, partim imperandi spe erectam, ferri ad inferiora animam dixit. Porro Empedocles exterret, legem esse dicens animabus quæ ante peccaverint, ut de cœlestibus ad ima dilabantur; id fere subinsinuans quod et Pythagoras significavit. Avus autem

noster Plato plurima atque præclara de anima disserit, deque hoc ejus itinere plerisque in locis mentionem facit. Et nunc quidem in Phædone Socrates, sensibilia cuncta contemnens et animæ ad corpus communionem perhorrescens, vinctam ac veluti in corpore [6] sepultam animam queritur, vehementerque probat atque admiratur arcanum illud et vetus elogium, quo dicitur : in carcere quodam, postquam venimus, fuimus. Hoc autem omne Empedocles quidem antrum dixit; Plato autem, in eis libris quos de republica scripsit, immutato nomine spelæum appellat : denique profectionem hinc animæ nexuum solutionem spelæique fugam esse ait. Alias autem in Phædro Socrates descendentes animas pennis leves intueri se dixit; easque, quibus pennæ defluerent, gravari pondere ac deorsum ferri, quoad corpori appropinquantes subsiderent; et hanc adventus animæ causam esse; rursusque cum ad superna redierit, evolutis quibusdam temporum circulis, huc illam denuo præcipitari et ad judicium atque ultionem mitti. Quin et sors et fors ac necessitates huc illam, ut est ejus sententia, detrahunt. Ita cum omnibus in locis descensum animæ ad corpus detestatus esset, Timæum postea conscribens, mutata sententia, hujusmodi adventum laudat, atque hunc mundum admiratur, felicem deum appellans; animamque hic apparuisse perlibenter suscipit, eamque a summo rerum opifice datam et ipse credit, et alios ut credant summa vi persuasionis inducit, operæ pretium fuisse asseverans, ut hoc omne mente ac ratione teneretur; inanimatum enim fieri opus adeo eximium non potuisse, sed perfectum atque consummatum; id autem uniuscujusque animam universo conferre, dum sensibile hoc excitat, continet, ornat atque disponit, sponte volenti conditori serviens, ne imperfectum videretur pulcherrimum hoc illius opificium. Voluit enim [7] supremus ille rerum opifex in hoc mundo sensibili ac visibili ostendere quæcumque in intellectuali illo et invisibili multis antea sæculis erant. Hæc Plato noster. Porro discipulus ejus Aristoteles non ita sentit; sed novo efficto nomine entelechiam appellat animam, ut quæ materiæ extremam, ut dicitur, imponat manum, eamque, cum sit species, una cum corpore dissolvi autumat.

Eux. Felicem te aio, Theophraste, quod, plurima ac varia cum sint quæ veteres dixere, nihil te eorum fugit, sed ita cuncta edoces ut tua, non aliorum, inventa prosequi puteris. Memoria præterea plus vales quam Hippias, visusque es non imparatus.

Verum quid ago? Dubius hactenus persisto, neque quid sequar quarumve partium fiam exploratum habeo. Ignoro enim cujus mihi sententia sequenda, cuive accedendum sit; Heraclitone, cui videtur animæ in hunc mundum fugam priorum laborum esse requiem; an Empedocli, qui ad eorum exsolvenda supplicia, quæ ante peccavit, in hanc vitam animam ablegat; aut Platoni potius, qui alias quidem ad supplicia luenda, alias vero ut perfectum esset hoc omne, nunc sponte, nunc autem invitam, aliquando adactam vi, aliquando motu proprio quocumque velit emitti animam, dicit. Aristotelem præterire libet, qui, ob nimiam immoderatamque sapientiam, animorum immortalitatem tulit. Singuli denique opiniones reliquorum labefactare atque convellere nituntur [8]; neque invicem modo, verum et sibi ipsis contraria sæpenumero philosophantur.

Th. Academici quidem Platonem secum dissidere sibique ipsi contraria dixisse videri volunt, verba ejus atque sententias, ut sibi placitum est, transferre molientes, ut faciunt qui oracula divina pro sua voluntate interpretari pergunt. Sed ii profecto nimium mihi insolentes atque violenti videri solent. Neque enim aut fuit unquam aut esse poterit qui Platone melius, apertius, dignius, quod libitum fuerit explicare possit. Qui autem verecundiores sunt magistrumque videri secum dissentire erubescunt, aliud ipsi defensione sua crimen impingunt. Aut enim præceptor obscurus philosophus fuit, aut invidia sensus suos occuluit. Atqui neutrum horum perpessus est Plato. Verum enim hujusmodi minime advertunt sive calumniatores ingrati sive defensores ignavi magistrum suum Chaldæorum Ægyptiorumque philosophiam Græciæ sensim intulisse, Pythagoræque et Heracliti atque Empedoclis doctrinis libros suos refersisse; ex quo fit ut alias aliter loquatur videaturque sibi plerumque adversari, dum studet ut nihil eorum quæ sapienter uspiam inventa sunt eis ignotum sit qui in Academia philosophantur: exempli causa, cum de materia disputat, alicubi factam, alibi vero infectam pronunciat. Cæterum ipsius posteri cum Platonis scientiam variam atque mirabilem haudquaquam animadverterent, affectarentque singuli novi aliquid primi videri excogitasse, inter se atque adversum se bella seditionesque concitarunt; sicque dispersi ac disjecti, id quod mihi in primis et ingratum et molestum videri solet, nec Platoni jam nec sibi ipsis cohæserunt.

Eux. [9] Præclare tu quidem Platonem tueris tuum. Ego vero tanta sententiarum varietate turbatus hærensque ac fluctuans, patriæ parentumque affectu posthabito, Athenas petebam ut vel ibi, si fieri posset, hujusmodi evaderem scopulos. At vero cum hic te offenderim tuamque sapientiam singulariter sim admiratus, vix possum non majore quadam admiratione moveri, si, hæc explorata habens et cognita, Pythagoram adhuc et Platonem, Chaldæosque et Ægyptios, infra supraque componens venerari persistis, quando non eadem eisdem de rebus sentiunt omnes, secumque dissident etiam singuli. Nam contraria nec sibi cohærentia loqui non peritiæ, sed imperitiæ est atque dementiæ. Constatque hujusce dogmatis non deum esse autorem; eadem enim profecto sentirent omnes atque loquerentur; sed humanam quamdam elationem et arrogantiam, ex qua fit ut plurima contrariaque afferantur.

Th. Novi hoc et ipse, virorum optime. Verum Platoni quoque ipsi placet eatenus standum decretis suis obtemperandumque præceptis, quoad sacratior aliquis homo appareat in terris, qui ipsum fontem veritatis aperiat; quem rursus sequantur omnes.

Eux. Rectissime omnino. Sed dic, obsecro, num hactenus verum aliquid ac solidum inventum fuerit, cui innitamur. Perturbat enim me veterum philosophorum infinita contentio. Ex his enim alii rursus in homines, alii vero in bestias humanas animas præcipitarunt.

Th. Stuperes profecto, si cuncta didicisses; tanta est dicentium pugna. Mihi denique mecum sæpe talia volventi, ac [10] veluti e sublimi quadam specula hujuscemodi pugnam prospectanti, cuncta cæde, sanguine, funere fervere videbantur; quam volo tibi (es enim audiendi ac discendi studiosus) veluti in tabella pingere. Ægyptii quidem eandem animam et hominem et bovem et canem avemque ac piscem induere autumant. Atque, ut illorum fert opinio, nunc quidem, beluino ritu formicam induta et camelum, humum pascitur; nunc vero, in piscem dilapsa, balena seu rumbus efficitur marique immergitur; alias in avem versa, pica aut luscinia protinus cernitur et aera volatu petit. Alias aliud genus animantium subiit, quoad, universis pervagatis, rursus unde prius descenderat redeat.

Eux. Me miserum! quæ prodigia, quæ portenta audio! quam sane felix fuero, si camelus et rumbus ac pica fiam! ne tu, Ægypte, his accedendum putas? Equidem Theophrastum satis admi-

rari nequeo, si quidem, hujusmodi doctrinæ monstra non ignorans, Ægyptiis adhuc se immisceri patitur.

Th. Apollo ipse ejusque filius Plato ejusdem, Euxithee, cujus Ægyptii, fuere sententia. Nam Apollo quidem responsis suis ubique Ægyptiorum inventis acquiescendum jubet; Plato autem in Timæo tradit virorum animas, quæ in hac vita molles et effeminatæ fuerint, in mulieres reviviscere; quæ vero vitiis immersæ, eas [11] in bestias dilabi animantibusque feris inversari, et cum avibus grege facto una volare, piscibusque conjunctas innare undis. Ubi vero Socratis disputationem cum Phædone ac cæteris habitam prosequitur, qui studuissent avaritiæ, promptique semper ac parati ad rapinas fuissent, eos in milvos luposque convertit; qui vero fœdis concupiscentiis manus dedissent, eos in asinos dejecit. Cum vero felicem illam civitatem conderet, illic ferme ait Orpheum Calliopes filium, cum a mulieribus fœde discerptus excessisset ex vita, homine quod erat derelicto, in cycnum fuisse conversum; ut qui insignis musicus fuerat, musicam postmodum quoque exerceret. Thersites item apud illum, omnium qui ad Ilium venere turpissimus, Achillem Agamemnoni exprobrantem heroasque imitans, in simiam vertitur, imitaturque hominum gesta, non re, sed specie ipsa mutata.

Eux. Quid ergo, o amice? ii qui Platonis arcanos ac penitus reconditos sensus aperire solent, nihilne ut in cæteris, ita in iis quoque aliquid sacratius latere docent, ut magistri verecundiam aliquo honesto velamine obtegant, nomina moventes sensusque miscentes?

Th. Veteres illi quidem Platonici ab eo appellati eorum quæ ille dixerat nihil omnino imputarunt, non ignorantes Platonem, Ægyptiorum imbutum disciplinis, id [12] ab illis profunde imbibisse, animam hominis in omnes transire animantes, ac perinde eam opinionem per omnes libros suos disseminasse. Plotinus nempe et Harpocratio, Boethus item atque Numenius, Platonis milvum, ut acceperant, milvum tradiderunt; et lupum lupum, et asinum hoc ipsum, simiamque non aliud quam simiam dixere : cycnus item ab eis nil aliud quam olor exponitur. Ii priusquam corpori jungatur anima, fieri posse dicunt ut mutorum quoque sibi similitudinem consciscat; et cui quæque similis fuerit, ejus ritu ferri illam volunt; aliaque juxta illos aliud se animal induit. Porro juniores ex eadem schola Porphyrius et Iamblichus,

cum priores suos sapientia transcenderent, Platonis asinum, lupumque et milvum erubuere, rite animadvertentes aliam rationalis animi esse substantiam, aliam irrationalis, neque migrare posse substantias, verum ejusmodi perseverare quales primum processere; neque enim esse accidens animæ rationem ut commigret, verum excellentiam substantiæ firmissime hærentem et penitus insitam, nec possibile omnino esse ut res rationalis in irrationalem traducatur; neque item quod ratione careat furari posse rationem. Ista sero tandem advertentes ii quos modo memoravimus, mutaque animalia transeuntes, priorum errore confutato, hominem haudquaquam in asinum, sed in asininum hominem reviviscere, neque item in leonem, verum in leoninum hominem dicunt: non enim naturam animi, sed [13] corporis formam ac lineamenta vestiri, ut faciunt in scena tragœdiæ histriones, qui nunc Alcmæonem simulant, nunc Orestem.

Eux. Filum filo, ut dicitur, hac ratione connectunt, Theophraste, malumque malo curare pergunt. Quid enim necesse est animam vinculis corporis eripi, si rursus in aliud corpus detrudenda est? ociosa quippe jam videri potest mors, ac nequicquam in medium adduci. Oportebat enim improborum ac nequam hominum eatenus proferri vitam, quoad illorum propagandi essent cruciatus. Nam quæ ratio est, ut, cum in lasciviam prolapsa fuerit anima, et mille libidinibus non secus ac reginis succubuerit, servitutemque omnium fœdissimam servierit, eam rursus ob caussam ut pœnas det, in asininum hominem emissa reviviscat? an ut turpissimis voluptatibus magis magisque iterum serviat? atqui hoc non supplicium, sed nequitiæ licentia et impunitas est; fitque cruciatus non intemperantiæ abscisio, sed validior ac firmior adjectio. O præclaram virorum sapientiam! nempe morborum resecatio medicina esse putatur comprimens, cædens, urens, secans ac prorsus excidens, non excitans aut irritans, aut aliam quamlibet materiam morbi excogitans. At ii morum magistri contra penitus faciunt; veluti si quis judex hominem nactus furti reum nihil eum pati decerneret, magisque templa ingredi et inde quicquid vellet asportare hortaretur suæque avaritiæ abunde satisfacere: atque adeo illi maxime liceret expilare donaria, quod furti jam reus factus esset. Ille nunc [14] agresti facie et habitu formosissimorum adolescentum pulchritudinem violat: fiat ipse denuo decorus adolescens, ut patiatur eadem. Alius adulter fuit: in

mulierem convertatur, ut ipse quoque subjiciatur adultero. Heu furor! heu vesana dementia! si quidem pœna fit propagatio sceleris. Jubet enim, o Ægypte, Porphyrius doctissimus et sapientissimus Iamblichus, ut inferis judicibus quod est in nobis assignemus, humanorumque reatuum causemur pœnam; istosque ut sequamur Theophrastus monet?

Th. Minime jam istuc velim, Euxithee. Nam neque Syrianus, neque Proclus hos sequuntur; sed proprium quiddam ac novum invenerunt.

Eux. Quidnam illud est, Theophraste?

Th. Animam illi rapinis semper inhiantem nequaquam in milvum convertunt: est enim a ratione prorsus alienum rem rationalem in irrationalem verti; neque in milvinum item hominem emittunt: esset enim perquam ineptum et incongruum, si supplicium avaritiæ fieret occasio. Cæterum habere quidem milvum suam ipsius animam expertem rationis, ei vero humanam animam connexam esse et conjunctam [15], atque una subsistere unaque volitare, istiusmodi apud illos supplicii species traditur.

Eux. Novior quidem inventio, sed ridiculosa plane nec dissimili vanitate conficta; si quidem hac ratione formicam sequetur Ulyxes: ambo enim dispensatoris funguntur munere, ingentesque labores obire valent. Vespæ item Hector colligabitur: ambo enim galea varia caput redimiti sunt, atque pugnacissimi. Rana etiam et Cleon una erunt: simul enim coassant ambo. Musca item Hyperbolum trahet: quippe par fuit utriusque impudentia. Porro duplicem formicam, duplicemque vespam et muscam et ranam esse hucusque ignoravimus: neque enim sine corpore Ulyxes aut alius quispiam sequitur, si quidem sequitur. Neque dices, ut arbitror, corpore omnino liberum, cui adhuc supplicio sit opus.

Th. Nihil minus.

Eux. Utrum igitur Ulyxes intra formicam clausus occulitur? an pendet ex pede, sicut ex ariete apud Cyclopem fertur, trahiturque quocumque formicæ placuerit? Quid tu rides, Ægypte?

Æg. Quis non rideat infelices homines præ tumore jactantiæ in amentiam adeo præcipitatos, ut inhonestis fabulis prompte ac libenter accedant?

Eux. Age [16] dum, o Theophraste, si sturnos aut grues gregatim volando clangentes intuerere, fortassis, ut mea quidem fert opinio, eorum qui in scena perstrepunt, sive injuriosorum ac

tumultus excitantium intemperantiumque animas, avibus iis colligatas simul strepere simulque clangere, et quocumque illæ volitarint una sequi diceres; sin autem captæ aves illæ occidantur, ejusmodi mactationem fugam esse animæ : ex vinculis solvi enim eas necesse est, defluente anima cui connexæ erant. Neque enim profecto irrationalem quoque animam immortalitate donandam dicturi sunt. Quod si piscibus illæ conjunctæ fuerint, piscatorumque sagena prospere jactetur, quid aliud quam solutæ nexibus supplicium suum ridebant? Qui autem mella componunt, deficientes apes hujusmodi arte restituunt. Inclusum brevi cellula bovem fustibus usque ad exhalationem animæ feriunt, quem miserabiliter jacentem, aditu diligenter obstructo ut nulla ex parte vel tenuis aura possit irrumpere, ita dimittunt; numeratis autem diebus quadraginta, reserantes januas, computruisse notant bovem, innumeraque pro uno animalia volantia offendunt; apum denique repente plena domus efficitur, quæ ex bove processerant: eas vero sumentes hujusmodi opifices atque curantes, mellis [17]
opus feliciter aggrediuntur. Num igitur una illa anima in frusta concisa in illas innumeras diffusa ac dispersa est, quæ bove illo inclusæ tenebantur? Ista mihi ridiculosa videntur, quæ tu seria existimas. Fortassis autem venient (quid enim prohibet?) qui et quarto nova adinveniant. Sed quanta fuerit verborum pugna, tantus sit necesse est opinionum error. Quo ferimini, Athenienses? quo ferimini, qui fabulosa dicenti tam facile aures accomodatis? Vides nempe ut ista ratio sibi ipsi immorata ac diutiùs collisa, in morem igniferi lapidis, lucem ex se excusserit, et ea quæ interim in tenebris delitescebant coarguit, neque jam asseverare permittit antea vixisse animam? Ista mihi sæpe antea consideranti ita esse videri solebant, mentemque ad se rapiebant; sed partim magistrorum verecundia, partim socii et comparis quicum ista conquirerem desideratio properantem ac jamjam assentientem continuit. Illud autem ante omnia subibat, quod, si prævixisset anima, meminisset utique sive reminisceretur; quippe addiscentias veteres reminiscentias vocant. Atqui illa creatoris sui intelligibilisque pulchritudinis, unde longo tempore deviarat, reminiscitur; prioris autem vitæ, studiorumque ac perturbationum, patriæ item et parentum, unde heri migrarat, penitus oblita est. Et certe alienissimum a ratione atque a natura est ut reminiscamur læta et tristia obliviscamur; horum enim memoria altius [18]

animo imprimitur manetque indelebilis; illorum vero citius labitur. Equidem cum filium aut servum pro his quæ peccaverint punio, priusquam id faciam, prædico sæpius et moneo ut reminiscatur ne in eadem denuo incurrat : deus vero, cum extremos cruciatus constituerit, non edocet cur ista mortales patiantur; sed scelerum memoriam tollit dum non exactum infert supplicii sensum. Quid igitur profuit pœna, qua reatus occulitur? nihil sane; immo contra penitus et irritat magis atque in arrogantiæ fastum extollit. Facile enim atque justissime ille objurgabit et maledictis incesset judicem, si, nihil sibi mali operis conscius, pœnis subdatur. Nempe ipse, Theophraste, qui tot speculationum reminisceris, tuimet solius es immemor, nec potes dicere milesne antea, an philosophus fueris, lepus an leo, lusciniam an milvum sequereris.

Th. Fertur Pythagoras meminisse aliquando se ad Trojam Euphorbum fuisse.

Eux. Ista ille cum gloriabundus diceret, id potissimum persuadere nitebatur quod docebat, antea scilicet vixisse animam. Eadem vero mente atque vanitate, cum annos decem in subterraneo cuniculo delituisset, postmodum veluti ab inferis rediens a Plutone se audisse memorabat immortalem esse animam, itaque credi oportere. Hujus item vanitatis imitator Apollonius ille Cappadox postea [19] fuit, dum de iis qui apud rudes [*scripsisse puto non rudes, sed* Indos] sapientes erant fabellas hujusmodi texeret, Græcisque referret quod illi scilicet nossent quinam aliquando fuissent. Bene sane naviter ad eos testes confugit, qui extra orbem sunt. Sic tamen et ipse mendax convincitur. Nam neque Ctesias, qui de Indis plurima ac fabulosa conscripsit, usquam has fabulas intexit; neque Arrianus, qui Alexandri historiam verius quàm fabulosius scribit, ullam hujus dogmatis mentionem facit, cum Brachmanum et Alexandri congressionem diligenter exequatur, in qua illum ut immodica habendi cupiditate abstineret monent. Et certe ea figmenta tempus videbatur exigere uti Alexandrum, qui nihil mortale metueret, vel hujusmodi pavoribus terrerent. Tunc enim profecto, tunc maxime philosophiæ argumenta omnia movenda erant omnesque exerendæ vires, cum de servitute patriæ ac vastitate periculum haud obscure immineret. Sed tamen neque Alexandro tunc hujusmodi quippiam locuti sunt; neque postea, cum Græcis scriberent illorumque carperent philosophiam et suam extollerent,

hujusce vanitatis speciem usquam epistolæ inseruerunt. Itaque quandoquidem nullus ei neque ex prioribus, neque ex posterioribus astipulatur, solus ac destitutus Apollonius falsa prosecutus esse convincitur. At vero Hierocles, non ille quo præceptore usi sumus, sed qui mirabilia dicturum pollicetur, istud quoque inter cætera incredibile penitus adjecit, adolescentem ex Corcyra lascivum ac nepotem, navi una cum amasio Myrone delatum, ad locum quemdam desertum ac solitarium applicuisse [20], statimque per solitudinem oberrando gemitibus, ejulatibus et planctu cuncta implesse, reminisci asserentem ipso in loco quemdam e suis amatoribus in priore vita cum adolescentis specie frui nequivisset suffocatum; seque ideo lacrymari, quod illi gratificatus non esset. Perquam sane ridiculum, si lubricus ac lascivus adolescens reminiscitur, Socrates et Plato non reminiscitur, neque aliquid ex ante acta vita scire gloriatur. Enim vero apud Chaldæos et Ægyptios et Græcos ii quibus carminum perdiscendorum cura est, olimque vita defunctorum animas ciere profitentur suisque carminibus quo voluerint ducere atque protrahere, si quidem Homeri animam evocare volueris, si Orphei, si Phoronei, si Cecropis, immolatis gallis gallinaceis characteribusque subscriptis, eas excitare se atque ostendere affirmant. Et certe alius ex iis luscinia, olor alius, alius homo et alius leo effectus est. Quonam autem modo vocati venient, nisi ave et belua et inanimato homine dimisso? Quo pacto autem sciet cycnus aut leo se aliquando fuisse hominem, quando ne homo quidem sciet? Dæmones itaque magicis artibus sacrisque sacrilegis cient, qui Homerum, Orpheum Phoroneumque et Cecropem fingant. At enim pollicentur se qui sunt ejusmodi parentes quoque suos singulos carminibus accitos in conspectum dare; sed profecto præstigiis fallunt. Neque enim patrem aut matrem evocant, sed dirum quemdam dæmonem qui utrumque simulat ac monstrat. Denique simul ac solis jubar illuxit, pompa illa omnis ac visio solvitur. Ita anicularum fabella est quod jactatur, nihilque in se veri, nihil solidi habet.

Th. Recte tu quidem mihi ista prosequi videris, et haud ignaviter objecta refellere. Cæterum [21] si animæ priorem vitam omnino auferamus, vereor ne ordinem quod facimus desiderare videatur, dum mali secundis successibus gaudent, boni contra miseri persistunt atque infelices.

Eux. Placetne ut respondeam ad hæc?

TH. Placet vero; idque ut facias oro.

EUX. Cedo, quam tu miseriam et infelicitatem appellas? num morbo et paupertate tabescere? num secari, uri, excarnificari, ac postremo interfici?

TH. Ista omnino omnia.

EUX. Atqui iis qui opibus, honoribus, potentiæ, voluptatibus dediti atque addicti sunt, ita forte respondere congruebat, minime autem omnium Theophrasto. Neque enim es ignarus aut immemor paupertatem et ægritudinem et mortem neque turpia neque mala esse. Socrates nempe in paupertate gloriatur, ipsamque divitias appellat et philosophiæ tutissimum præsidium; sicuti et malam valitudinem Theagi plurimum ad philosophiam contulisse idem ipse auctor est, ita, si recte memini, de illo loquens: « at vero « Theagi quoque nostro cuncta ut philosophia excidat suppetunt; « solus hunc morbus diutinus coercet et continet ». Plato autem (erat enim vegeto corpore et valido) Academiam in primis insalubrem Atticæ locum ut maneret elegit [22], corporeæ salutis maxime negligens, et vires illas pudicitia et frugalitate commutans. Mortem vero libertatem solutionemque malorum honestissime appellat, docens quod miseratus hominem deus mortalia illius et vincula fecerit. Si ergo ista ingentium nobis bonorum causa sunt, quomodo mala? porro libido et habendi immodica cupiditas et formido atque temeritas malorum turpissima et sunt et dicuntur, quibus boni liberi omnino evaserunt. Semper vero boni beati sunt atque felicissimi, atque hanc illorum felicitatem violare aut ab eis auferre nulla improbitas valebit. At sacculum quidem corpusque concidere poterit; ullam vero felicitatis partem auferre omnino nequibit; cumque cætera improborum injuriis exposita sint, sola virtus hujusce dominationi nulla ratione patet, ac liberum arbitrium rationalisque animæ pulcherrima profecto et maxima dignitas. Hoc ergo præcipuum atque eximium auctionis [*voluit scribere*, auctoris] nostri munus pluris quam cætera facio et charius diligo gratiusque complector, ingentesque largitori gratias refero. Quid enim hac libertate honestius excogitari possit, quæ hominem deo simillimum una deum efficit?

TH. Ergone non satius fuerit bonos necessario fieri, quam sub honesto libertatis nomine licere vitia eligere?

EUX. Et quis, oro, virtuti locus esset, si necessitate animus potiora sequeretur? nulla enim optima est violenta disciplina,

nihilque quod [23] coactus facias laudes promeretur. An vero tu putas eum hominem esse meliorem qui brutus ac stolidus sit, et qua voluerit artifex circumferatur, quam qui vocalem aliquem ex se ipso sonum præstet, quem universali concinentiæ conditor venustissime conjungat? Sed mirabor sane si, dum malorum execraris vitia, non etiam bonorum una præstantissimam dignitatem tollas? Quid enim? nonne melius ac decentius est bonorum gratia malorum improbitatem tolerare, quam ob intemperantiam malorum bonorum quoque modestiam exagitare? age enim, si quis agriculturæ deputatus et appellatus agricolæ, omissis vineis, ad urbem accurreret, meretricemque repente conspiciens forma præstantem, fulgentem auro unguentisque delibutam, venustate summa alludentem voceque suavissima cunctos alloquentem, captusque illecebra, neglectis vitibus, continuo illam sequeretur; comperto autem vesano socii amore, is qui esset laboris particeps operi valentius incumberet vitesque postmodum majori studio excoleret, ut lascivientis defectum socii suppleret, essesque tu ejus villæ dominus : num frugi ac solertem operarium lascivi et ebrii causa domus tuæ liminibus arceres?

Th. Nihil minus; summo namque detrimento meo vinea silvesceret atque infructuosa penitus fieret.

Eux. Nonne [24] igitur ideo in primis colonum industrium laudares ac præmiis afficeres, qui, dum liceret, in urbem proficisci amantique socio ad lasciviam jungi noluit, imo operi ardentius institit, ne vites demum cultu destituerentur?

Th. Ita sane est ut dicis. Et jam quorsum tendas quidve efficere moliaris aspicio; tibique accedo, ac liberum arbitrium singulari dei munere mortalibus indultum non invitus fateor, ex quo fit ut virtus clarius lucescat, deoque simillimi efficiamur. Sed, quæso te, quidnam de hujusmodi mutatione sentiendum est, si non animæ de corporibus in alia rursus corpora sive hominum sive animantium migraturæ sunt?

Eux. Falsas ac frivolas hujusmodi opiniones, quantum arbitror, satis supra declaratum est. Quid [58] enim est necessaria mutatio, si denuo mors et corruptio sequatur? Quod si mutatio futura est, ea profecto constans et perennis erit, atque ejusmodi quam nulla iterum mutatio excipiat, quando ea lege vivet homo ut nunquam moriatur. Nihil enim tunc mortale erit, sed nova omnia atque immortalia, et mundus hic omnis atque homo.

Th. Utrum ergo cum corpore homo, an sine corpore surget?

Eux. Cum [59] corpore; siquidem homo integer anima rationalis est conjuncta corpori.

Th. Cujusmodi corpore, quæso? ejusdem speciei, an æreo vel alterius cujuslibet generis? quippe anima totidem corporibus talibusque vestitur, per quot et qualia transitum habuit.

Eux. Variis corporibus onustam animam incedere asseris, et, sicut minutissimæ bestiolæ, cum incidunt in aranearum telas, iis protinus involutæ capiuntur, sic animam humanam quamlibet vario corpore supervestiri, modo illi quoquo pacto propinquaverit, atque capi: ut, si, verbi gratia, per cœlum transeat, cœleste corpus sibi inde consciscat; sive per sidera, sidereum; sive per æthera illi transitus fuerit, æthereo circumamiciatur, sive in aerem descenderit, aerio circumfluatur; sive in terram dilabatur, terreno crassoque compingatur corpore. Si igitur elementis cæteris tam facile induitur, quid dicere prohibet illam, si etiam inciderit in ignem, igneo circumlustrari corpore; sive immergatur mari, aqueum sibi inde corpus haurire? Visne, Ægypte, hujusce modi corporum periculum facere?

Æg. Non vacat mihi vel igne torreri, vel obfocari aquis.

Eux. At [60] enim Theophrastus corpus omne animæ congruere velut indumentum asseverat: quodque ea sit triplex aut quadruplex nos hactenus latuit.

Th. Jocaris, Euxithee, in veterum arcana sapientum.

Eux. Tu vero, Theophraste, serio ista persequeris, neque ridiculum esse arbitraris rem incorpoream corpori cuicumque connecti, aliudque alii adjungere atque consuere, plurimaque simul corpora supervestiri? quæ si quidem animata sunt, quod est hujusmodi corporum proprium, complures animantes unam animam veluti gregem cognatorum pecorum ais impellere atque seriem super invicem ascendentium animalium cogere.

Th. Videntur ista perabsurda; nihilque irreprehensum indiscussumque reliquisti. Sed nonne audis circum sepulcra versari umbras? hæ profecto sunt aerea animarum corpora, quæ idola appellant.

Eux. Necdum animadvertis quæ [*imo* qui] cuncta didicisti esse eas dæmonia pessima simulantia humanas animas. Atqui ii qui olim vita functum evocare pollicentur præstigiis suis, non hominem, quod antea dixi, hujusmodi carminibus excitant, sed dæmonium quoddam, humanaque effigie simulacrum illud ostendi-

tur [61], quiddamque ut fallat ostendit et loquitur; sed, simul atque sol oritur, visio illa omnis evanescit. Sin vero illa esset humana anima, non modo noctu, sed meridiu quoque charos suos libentissime alloqueretur, et cum illis una gratissime immoraretur.

Th. Quonam ergo modo cruciatuum dolores sentiet anima, si aereum corpus auferamus? non enim sine corpore doloris percipiet sensum.

Eux. Recte omnino conjicis, non sine corpore esse cruciandam animam; sed proprium illa resumet quo palam usa est, cum præstitutum judicii tempus advenerit. Neque enim alio, quam quo voluptatibus servivit, punietur: neque aliud ministravit animæ, et aliud ad judicium vocabitur.

Th. Terrenum hoc et crassum corpus surrecturum dicis? miraculi profecto stuporisque plenissimum est. Nempe enim defluxit ac periit, dispersumque atque disseminatum est, partim laniatum a piscibus, partim ab avibus discerptum; hæcque ipsa ab aliis postea [62] capta periere, ut nulla humani corporis supersit agnitio.

Eux. Formidine ac pavore subrefugis, virorum fortissime. Cum vero admonitus fueris, constantior eris. Sed respondeas velim: humanum corpus simplex est, an compositum?

Th. Compositum scilicet.

Eux. Ex quibus constat ista compositio?

Th. Ex quatuor profecto elementis.

Eux. Cum id solvitur quod erat compositum, nonne denuo in eadem redit ex quibus compositum fuerat?

Th. Ita sane.

Eux. Nonne igitur hominis corpus, et piscis et avis et beluæ, in elementa iterum redeunt, et unumquodque in id solvitur unde constabat?

Th. Nihil verius.

Eux. Si igitur elementa servantur, nostri quoque materia corporis et causa servatur, et, cum æterni opificis manarit edictum, undique cuncta colliguntur. Si enim initio parva quædam informisque materia hominem genuit, nihil est cur [63] admirere si totum hominis corpus per elementa diffusum ac disseminatum, non in amplius aliquid, sed in mensuram suam restituitur. Nam vidi equidem vitem plurimam ac speciosissimam, brachiis palmitibusque porrectam et umbra pampinisque gratissimam, quæ meas maxime ædes illustrat. Ea neque agricolæ studio plantata fuerat, neque ex germine nutrita adoleverat, sed ex putrefacto vinaceo

semine tota emanarat. Ubinam igitur delitescebat caudex? ubi foliorum infinita multitudo, ubi fructus ipse latebat? Qui item sunt agriculturæ studiosi restem caricis perfricant; quem ubi ficulno semine impleverint, in defossam scrobem deponentes humo operiunt, brevique ad seminum numerum arbores ordine longo succrescunt. Et certe minutissimum est et individuum ad puncti instar semen ejusmodi; id tamen putrefactum prius atque corruptum mollem illam arborem parturit. Sed et palmæ arbor ad aëra verticem tollit, quæ ab osse durissimo nascendi initium sumpsit. Supra quoque [p. 478] memoravimus apes cum defecerint humana arte restitui, quæ hujusmodi est. Mactant fustibus taurum ii quibus reparandarum apum studium et cura est, atque intra cellulam mortuum modice operientes humo ac diligentissime claudentes, corrumpi ac putrescere sinunt; atque mirabili modo corruptio unius ac putrefactio apum innumerabilium generatio et vita efficitur. Præterea et phœnix avis ultra quingentos annos vivere dicitur; ea vero, ubi mortua fuerit ac resoluta, denuo reviviscere putatur. Succurrit multitudo animantium, quæ ex corruptione cepere principium. Sed enim nihil hujusmodi rebus movetur Theophrastus, solumque hominis corpus reviviscere miratur [64], idque ut credat induci vix potest, qui Athenienses majores suos indigenas esse non ambigit. Atqui hujusmodi cunctationem et incredulitatem longe antea jugulans atque amputans deus tam multa omnino simillima miracula exhibet, uti ne id postmodum incredibile esse videatur. Tellurem quoque jubet plurimas proferre animantes arboresque complures et innumera semina, illamque interim ad reddendum fœnus exercet, ne, cum jussa fuerit producere mortuos, imperii novitate turbetur. Si enim viventia corpora et animantia profert, non illi jam novum videri poterit, si sola hominum corpora jubebitur reddere.

Th. Est ita ut dicis. Verum, si corporis forma duraret, incredibile nequaquam videretur animam in ipsum denuo veluti in statuam subire. Cum ergo annis plurimis corporis compago resoluta sit, quomodo jam illo uti poterit?

Eux. Bene admones. Nam hac ratione ea quæ sunt penes nos corpora facile profecto reviviscent. Jacent enim quibusdam condita medicamentis atque ad susceptionem animæ parata. Ridet festivus Ægyptus. At vero Theophrastus necdum advertit nil interesse utrum dissolutum sit cadaver, an hactenus membrorum com-

page solidatum. Æque enim in utroque compago dissoluta est. Nam profecto anima non excedit a corpore, nisi prius compage dissoluta. Itaque picto homine mortuus nullo melior est; quin ipso multo deterior et imbecillior: ille enim decorus et floridus est; hic vero squalidus atque omnino deformis. Aut [65] igitur colores elaboratique lapides ad susceptionem animæ defuncto corpori præferendi aptioresque judicandi sunt; aut fatendum nihil referre ad animæ consortium utrum integrum sit corpus, an dissipatum. Nam ne modo quidem anima dum corpori accedit perfectum illud aut integrum reperit, verum informe semen. Sed enim non id quod cernitur, verum latens intrinsecus vis profecto validissima totum efficit.

Th. Quid ergo unaquæque anima proprium recipiet corpus?

Eux. Ex materia et specie corpus hominis constat: materia itaque corrumpitur atque dissolvitur; cæterum speciei ratio incorrupta et insolubilis perstat. An vero non vides ut triticum, quando id tellure sator abdiderit, ipsum quidem putrescit, solvitur, moritur? porro ipsius opifex ratio incorrupta, constans ac solida immortalisque perdurat: quæ profecto validissima permanens, humumque per girum seminis cogens ac circumfusum attrahens humorem et calorem circumfovens, extinctum suscitat triticum, radicesque altius figens herbam profert culmumque erigit, et spicas nutrit et aristas, prorsusque humo abditum triticum excitat et ad messem flavescere incrementis perpetuis facit. Ita et farrium ratio farra suo itidem munere servat. Reliquorumque seminum ratio constans perpetuaque perdurat. Nihilque eorum mirantur homines; verum credibilia omnia existimant: si vero servari hominem persuadeat ratio, invidia dæmonum homines ut credant induci vix possunt. Si igitur in his quæ mortalia sunt speciei ratio est immortalis, multo [66] sane magis immortalis animæ immortalis est ratio, neque ulla temporis vetustate solvetur: verum in se ipsa inviolabilis manens, ubi præstitutum tempus advenerit (cuncta enim optime prædicta sunt et ordinata), excitabit materiam atque vi sua in antiquum componet statum, ut animæ ea species sit facilior cognitu. Atque ipse qui tum nutu suo omnes excitat deus, singulas animas ad suam emittit speciem, disseparatque atque distribuit pro meritis singulas, ut faciunt apud nos pastores optimi, quibus cum sint innumeræ pecudes, sua singulis loca distribuunt. Et quidem cum imbribus deus irriget terram, innumeræque sint

et variæ arbores et herbæ, et aqua una, cujusque tamen ratio eadem aquam in suam speciem et figuram transfert, coloremque et magnitudinem, dulcedinem et amaritudinem, omnemque prorsus reliquam suam qualitatem. Cumque semper id fuerit admirationis stuporisque plenissimum, nunquam tamen perturbavit sapientes: sin vero ad æterni opificis edictum memor immortalis anima speciem suam recognoscat atque resumat, ad hoc solum hærent, fluctuant, atque adversantur. Species igitur cujusmodi initio prodiit, talis etiam permansit: at vero materia subjecta cum sit omni qualitati susceptionique exposita, mutationem in melius suscipit. Exempli causa, fuerit Achilles æreus, qui temporis vetustate solutus contritusque sit; hujusmodi neglectum æs accipiant quidam et in frusta comminutum huc illucque disseminent: sic disjectum intuens peritus aliquis et sapientissimus artifex ærisque materiam ut arti maxime utilem et idoneam laudans, æs illud inquirat [67] diligenter inventumque omne ac selectum conflet atque emendet, ac, per artis industriam et sapientiam ære illo in aurum converso, Achillis speciem superinducat, erit profecto aureus qui dudum fuerat æreus, idem tamen Achilles: ita et materia corporum, pondere et situ et mortalitate dimissa, per summam benevolentiam et artem conditoris pura levis atque immortalis efficitur. Par enim profecto erat, ut, quæ ad immortalitatem animæ accesserat socia, ipsa quoque aliquando immortalitate donaretur.

Th. Accipio ista gratissime, nihilque fere ultra me movet, quod prius omnino injecerat scrupulum; animasque singulas corpora sua recepturas inductus superiori ratione ut assentiar nullo negotio inclinat animus. Sed tamen si, juxta Platonis nostri divinam vocem, summus iste rerum opifex justissimus æquissimusque est, quidnam illud sibi vult, quæso, quod parvulos sæpenumero cœcos aut debiles aut morbis variis obsessos vel nasci cernimus, vel ab ipso statim primæ ætatis limine hujuscemodi incommodis expositos? Atqui nihil profecto peccavit infans, ut iisce pœnis continuo tradendus videretur. Ubi est ergo tam insignis illa tantaque sapientum laude celebrata justitia? Igitur e duobus alterum credere necesse est: aut scilicet prævixisse animam ac, juxta Empedoclis sententiam peccatorum prioris vitæ supplicia luere; aut justum deum denegare. At superius illud jam supra confutatum est; dei restat tuenda justitia, cujus ut patrocinium assumas te etiam atque etiam oratum velim. Movet enim me præter id tanta iniquitas rerum,

cur, una cum sit mortalium eademque conditio, alius quidem divitiis affluit, alius in paupertate consenescit, alius infantiæ vix ingressus aditum moritur, alius ad decrepitam usque provehitur; et in hunc modum cætera, in quibus divina æquitas desideratur.

Eux. Perfacile est quidem ista dignoscere; neque illa Plato tuus penitus indiscussa reliquit. Quando tu tamen ita vis, geram tibi morem, brevibusque, quantum autor ipse donaverit, pandam quid inde sentiendum sit, neque invitus causæ tam bonæ patrocinium sumam. Deus, ipse summus fons et origo justitiæ, imo ipsa justitia, nihil potest nisi juste decernere. Hoc si veluti fundamentum jaciamus, cætera facile colligere ratione poterimus. Itaque aggrediamur. Hunc primo divitiis florere permittit, quod illis vel bene usurum præscivit liberaliterque inopum indigentiæ necessaria cuncta præbiturum; aut certe, si vitiosus ille atque alias avarus sit neque inopum misereatur, quoddam tamen justitiæ indicium dederit quod tamen ad æterna promerenda prœmia satis non sit, hac unica largitate creatoris merces illius reddatur, brevi temporalique justitiæ fluxa item atque temporaria, ne quid adversum divinam illam summamque justitiam mutire audeat, dum pro suis sceleribus furiarum tædis ardentibus ac sempiternis ignibus torrendus addicitur. Hunc [32] autem idcirco consenescere permittit inopia, quia divitiis male usurus esset, hocque veluti fræno continendus est. Alteri (fuisset enim ad assentandum atque ad fallendum versutissimus, plurimosque sibi socios conscivisset ad scelus) ictum fractumque caput est, ubi maxime sedes animæ visque consistit omnis, ac deinceps senescente illa vi animi stolidus brutusque permansit. Alius ad cædem semper inhiasset fœdassetque cruore manus, nisi, mancus effectus dextræ, quietem libens agere instituisset. Veniat in medium cæcus ille parvulus, de quo nobis sermo est rationabiliter omnino institutus. Hic impudicis oculis aspiciet, si his uti permittatur. Idcirco clausis illum oculis nasci permittit, ut per id patientiæ [*imo* patientis] consuleret commodis, cæcusque ille justior, quam si lynceos haberet oculos, evaderet. Porro id cur non plurimis contingat, ea ratio aperta est. Neque enim decuit plurima præter naturæ ordinem fieri permittere, ne naturæ ipsius quam ipse condidit perturbatio fieret atque perversio: quædam vero idcirco permittenda erant, ut ex informitatis collatione [33] cujusmodi esset pulchritudo et unde naturæ accessisset pulchritudinis substantia addisceremus. Fit enim experimento mali

exactior boni diligentiorque cognitio. Et, quod gratissimum lætissimumque sit, necesse est non uno curationis genere mala nostra resecet deus : neque uno medicamento providentia utitur, sed multis ac variis; aliud et aliis adhibet pro diversitate morborum : variam quippe divina solertia molita est artem, ideo quod morbi essent varii. Namque alius privatione visus insanis amoribus ereptus est; alius, id quoque aspernatus remedium, iis qui acutissimis luminibus vigent impatientius ad libidines fertur, medicamentumque aliud requirit; sæpe huic ignes atque ferrum admoveri necessarium fuit; illi e contra ad pudicitiam sufficit rei familiaris inopia; aliudque alii convenerat nec idem omnibus; sunt item morbis singulis plurima remedia, unde ars in primis illustratur. Enim vero qui medicinæ rudis atque imperitus est, si medicamentum videat quod ignorarit, medicum maledictis incessit. Qui vero sine ratione et disciplina artem aggreditur, quum unum didicit medicamentum, hoc ipsum ægris omnibus adhibet, et nihil omnino dijudicans, non naturam, non habitudinem, non locum, non tempus, non ætatem, non morbum ipsum denique, quorum nihil effugisset peritissimum medicum. Prorsus vero paupertas et ægritudo, et cætera quæ existimantur mala, iis quidem qui rectissime sentiunt et integerrime judicant nihili reputantur. Neque enim illi opes aut vires corporis aut pulchritudinem bona esse putant, aut in iis parandis operam impendunt, sed ignavissimis relinquunt, quibus paupertas et ægritudo pro summa calamitate habentur, quibus tamen illa plurimum conferre probantur. Omne enim vitium, imo totam simul vitiositatem voluptas exsuscitat, non secus atque oleum flammam; dolor autem veluti mandragora sopit ac sedat. Nempe enim non modo in corporum morbis, verum in animarum quoque ægritudinibus contraria contrariis [34] sæpe curantur. Non semper autem futura nequitia morbo præcedente comprimitur. Neque enim ita debuit esse providentia ut nos nihil essemus : quod profecto sequeretur, si cuncta deus gereret fieretque nisi divinum nihil, nosque pro arbitrio nostro nihil ageremus. Quo circa patres quoque nascentium debilitatis rei plerumque habendi sunt. Nascuntur enim, ut ait Hippocrates et vera approbat ratio, ex calvis parentibus calvi et ex languidis languidi; denique et intemperantia et ebrietas patris concepto plurimum nocuit, ex qua semen deterius fit et imbecillius, ut non facile integram rationis formam possit admittere instar improbi argenti quod

ob imbecillitatem suam manum artificis refugit ac speciem renuit. Hinc portenta plurima morbique gignuntur. Neque tamen ea universitati usquequaque inutilia. Fiunt enim intemperantiæ certa reprehensio, excitantque et evigilare cæteros monent, uti sobrii accedant ad procreationem liberorum. Nempe et Hebræorum legem equidem perlibenter amplector, quæ minus integri atque aliqua ex parte mutilati hominis patrem lapidibus obrui præcipit, eo quod per impatientiam coitus uxoris purgationem haudquaquam expectarit, unde noxii humoris redundantia morbusque fœdissimus parvulo accessit. Lacedæmoniorum itidem legifer præclare consuluit, qui ne mulieres quidem otiosas esse permittit : solent enim ex valentioribus utrisque parentibus robustiores filii gigni. Hæc providentiæ ratio est, quam nemo unquam nisi expers rationis in jus vocare præsumpsit, ut faciunt picturæ imperiti qui artis varietatem et elegantiam gratiamque vituperant.

Th. Placent [35] ista. Sed, quæso, nonne iniquum est alium simul ac in lucem editus fuerit mori, alium ad ultimum senium vivendo perduci?

Eux. Deus utilitatis nostræ gratia et contrahit et in longissimam producit vitam. Nam si anima citius corpore excedat, principio quidem ornavit materiam cui speciem induxit, et ipsa priusquam detrimenta sentiret excessit; lucrata præterea est generationis experimentum, mortalisque objectu corporis immortalitatem melius præstantiusque cognovit, ac mortali corpori rationem immortalitatis inseruit, viventesque admonet naturæ non passim fidere. Neque enim illa vitæ habet imperium; alioqui ætatis porrigeret spatia, tempusque constitueret quod omnibus æqualiter impartiretur, nihil providens melius id an deterius esset. Verum profecto providentiæ id, non naturæ est opus. Hæc enim differentias pro utilitate molitur, transfertque prout placuerit universitatis autori. Quod si quis ad extremam pervehatur senectutem, majorum quidem certaminum periculum faciet. Verum si, difficultatibus omnibus evictis, quæ jubentur omnia didicerit atque operatus fuerit, omnemque sapientiam et scientiam et artem in usum vitæ communis invexerit, nec se tantummodo, sed orbe toto illustrato, ita demum excedat ex vita, longe maximis atque incomparabilibus præmiis perpetuo beatus erit. Neque sane par erat idem ætatis spatium omnibus statui : alioqui petulantiæ ac libidinibus homines ad senectutem hauriendis insisterent, pudicitiamque in decrepita ætate

profiteri velle viderentur, et qui in fervore ætatis alienis inhiarant, justitiam præ se ferre in senectute maturarent [36]. Nam si nunc quoque impudicitiam atque avaritiam ita prosequuntur ut frænari vix possint, cum tamen ignorent an ad vesperam victuri sint, quid facerent, si se ad seniles annos pervehendos non ambigerent? Non igitur quispiam aggregandis opibus liberorum gratia æquo amplius incumbat, cum incertum habeat an priusquam hæreditatem consequantur perituri sint. Est illa quoque penitus divina lex, ut immatura plerique morte rapiantur, atque ultra terminum vivat quisque optimus, tempore ac necessitate ita exigente: quippe providentiæ opus est bene disponere, idque ipsum quod rite disposuerit optime transferre. Nam si fixe diffinitus terminus fuisset, necessitatis hoc, non providentiæ esse videretur. At nunc statutum terminum transilire sinit, eos quibus mens sana est admonens non necessitate, sed potestate se in ordinem singula instituere, atque ad id quod sit optimum ipsa transferre. Porro istud virtutis, non imbecillitatis, solertiæque, non otii, indicium est. Non igitur quempiam moveat, si corporum pœna casus ejusmodi fiunt. Non enim frustra id, nec sine certa ratione contingit, sed plerumque cum fuerit minus valida materia quam ut possit animæ consortium ferre, priusquam bene et plane appareat, deficit. Admonentur autem ii, qui una cum creatore materiam inferunt parisque momenti esse ducunt, ut illa extremum sit, non initium, utque ancilla, non compar, et ut extrinsecus, non ex se ipsa, vita potiatur. Jam vero ubi etiam ornata fuerit atque composita corporis materia, confunditur atque dissolvitur. Aut enim illam belua impetu facto discerpit, aut lapsus conterit lapis; interdum immodica potatione homo [37] suffocatur, aut minimum bibens extinguitur; satietas item atque fames necis sæpe causa fuere; quin hostis quoque irruens obvium jugulat, absorbet mare, pestis involvit et fulmen exterminat : ut non tam mirum sit si inter tot constitutus casus quisque capiatur, quam sane mirandum si omnes effugiant. Contraria quidem sibi invicem ista sunt omnia, sed plane universitati congruunt; quippe constantis et perfectæ harmoniæ est, ex variis et contrariis vocibus unum efficere concentum. Si quidem igitur pereuntis filii prius erat pater injustus, vi acerrimi doloris admonitus moderatior ac justior fit; sin autem fuerat justus ex hujusmodi probatione evasit illustrior : nihil enim insigne, nil

forte puer ille perpetrasset : nam profecto ex insperato votoque omni præstantius servatus esset; cujusmodi plurima sæpe facta memorantur. Nempe enim Pelias et Telephus et Cyrus nuperrime geniti bestiis vorandi projecti fuisse referuntur; sed tamen ab eis nutriti sunt, quibus ut pabulo essent expositi fuerant : magna enim et admiranda opera facturi erant. Quemadmodum et Hercules fertur, disrupta navi qua ferebatur, ceto absortus et contra omnem spem fuisse servatus. Confluit heroum immensa multitudo, qui, cum in maxima pericula inciderant, divino nutu sæpe servati sunt. At plurimi incidentia pericula non effugerunt [38]. Id quoque pro illorum atque intuentium utilitate providentia molita est, dum ii quidem morbo animi erepti sunt, iis autem morbus formidabilis atque pavendus visus est. Quamquam et ea sæpe ratione is qui virtute clarus est patitur, ne ex ea possessione virtutis insolescat virtutique injuriam faciat, neque ii, qui ab illo sæpenumero servati sunt, mortalis conditionis obliti, deum jam, non hominem, existiment divinisque prosequantur honoribus : quod Græcorum ac Thracum Ægyptiorumque et Italorum plurimi perpessi sunt, qui beneficos sive principes suos, non heroas, sed deos, putant, adorantesque quasi diis initiantur et hostias litant. Denique Menelaum et mediusfidius Helenam post Alexandrum, post Deiphobum, inter ancillas Laconicæ diis connumerant et cum illis colunt, hostiisque et muneribus honorant. Sed et Liberum patrem, Semeles filium, et Alcmenæ Herculem usque ad Herculis Columnas omnes ut deos venerantur; quos tamen fuisse mortales Porphyrius arguit, qui, cum dæmones oratione describeret, ait nequissimos dæmones insidiari clarissimis viris eosque repente atque ex improviso adoriri, sicuti Liberum et Herculem Juno. Habitant Thraciam Getæ, pone Histrum fluvium sedibus fixis. Ii Pythagoræ fugitivum servum (Zamolxis hic erat), domini sui philosophiam simulantem solummodo deum existimant, optimosque ex suis ac lectissimos juvenes necantes, hoc illum obsequio, ut putant, immortalitate donant. Proteus item apud Ægyptios pro deo colitur [39], et Helena sibi in sacrorum communione conjungitur; quam Peregrinam Venerem appellant qui initiantur. Romani item reges suos omnes divinis honoribus colunt, numero deorum aggregantes. Alexander quoque apud Athenienses tertius decimus deus esse putabatur; sed vulneribus sæpe confossus morbisque tentatus, ac postremo vitæ

functus, quod esset mortalis est agnitus qui interim deorum concilio adjectus erat. Ita fit ut præclari et excellentes viri sæpe pro singulari hominum utilitate patiantur.

Th. Rectissime omnino. Neque jam convenire dixerim corporibus in alia corpora migrare animas, neque eorum quidquam quæ hic contingunt ultra me impellit confiteri antea vixisse animam.

Eux. Optime [40] tu quidem conjicis, amice. Neque enim volet ratione utens anima, post innumerabilia exacta pericula, rursus vitam ærumnosissimam vivere, neque licet nobis iterato in vitam redire atque luctari. Ceterum sufficit vita præsens semel exacta vires nostras ac studia ostendere. Statim enim a puero animi virtus certaminis magistro innotescit; bona quoque ac mala habitudo ante colluctationes agnoscitur. Ipsa vero quæ postea sequuntur studia et electiones atque actus non modo judicem, sed ne ipsos quidem spectatores latent. Quocirca neque vita secunda, neque altera probatione opus habent, ut ii qui nec præsentia dignoscunt, neque futura prænoscunt. Verum enim ille fortem animam, quæ præsens certamen in primis illustravit, præclarumque habitum et artem præ se tulit atque omnibus ipsius legibus constanter inhæsit, veluti victricem immortali corona donavit et nectare atque honore cumulavit, supernisque inseruit choris, unde fas non sit unquam prorsus excidere. Porro ignavam ac desidem stultamque et loquacem ut perturbantem theatrum legesque confundentem detestans, simul atque custodia corporis exiit, in supplicii carcerem emisit, unde penitus effugere non possit.

Th. Unde igitur, obsecro, tam multos accersit luctatores, cum tot per adeo prolixa temporum spatia præsenti e vita excesserint? neque enim eosdem dicis.

Eux. Minime vero.

Th. Unde [41] ergo, quæso te?

Eux. Deus permanens quod est facit quæ fiunt omnia. Nec enim alia faciens ipse minuitur, neque, cum multa produxerit, ipse consumitur; sed quanto majorem operatur multitudinem, tanto magis totus in se atque integer durat. Non enim ex iis quæ singulatim creat opificis illi nomen accedit, sed semper apud se creator est et conditor: sicuti nec apud homines faber in ea scinditur quæ operatur; neque illi quippiam animi sive totius disciplinæ minuitur, si nunc delubra, nunc ædes, nunc navalia fa-

bricet; sed manet quidem primus integer conditor, manent autem et quæ ab illo sunt condita ipsiusque providentia indigent. Missam ergo faciens hujusce inquisitionem, quæ nostræ fragilitatis est propria (de nobis enim si ista dicerentur, merito inquirere pergeres), unde ac potius mulieribus accedens creatorique omnium nihil omnino esse impossibile certissima fide ac pietate credens, ne quære in hujus vitæ theatrum descendentes perpetuo luctatores unde inducantur. Ipse enim eos qui certamen statuit advocat, illiusque edictum opus naturæ continuo erumpit. Sic volens spiritales virtutes instituit, nullaque ex iis unquam istud præsumpsit inquirere. Sic cœlum creavit et terram, illudque sideribus, hanc frondibus ornavit ac floribus. Vides nempe et arbores modo pomis onustas incurvari eaque parturire quæ in sequentem proferantur annum; ubi vero tempestivum fuerit, edicto iterum parent, et primo quidem in flores, tum demum in fructus erumpunt, pomaque initia [*an* mitia] proferunt [42], secretissima illa naturæ vi per quam primo genuerant intus permanente ac penitus insita; rursumque ac sæpius pomorum copia exuberante non modo nihil læditur aut consumitur radix, verum firmior ac validior fit. Quid igitur ultra miramur, si summus ille rerum opifex et quæ fuerunt et quæ futura sunt omnia in se complectitur, singula vero, qualia vult et quando convenit et ut se pulcherrime habet, sapientia et arte producit?

Th. Sed cur, obsecro, alias quidem rationales virtutes præstituit deus atque diffinivit, humanas vero animas rationales et ipsas hactenus proferre non desinit?

Eux. Optimus legifer hominum morbos minime exspectat; id quippe vani judicis est; sed in principio quidem fore prædicit. Nam et herbas et medicamenta plurima atque remedia ante morbos terræ ut præparet atque ex se proferat jubet. Nunc itaque præscius deus homines, rationabilium virtutum admiratione commotos easque carere principio et ingenitas esse arbitrantes, principiaque plurima atque innumeros deos statuentes, confusam ac popularem ut ita dicam deorum multitudinem pro uno deo summa improbitate invecturos, quippe qui, et mundum istum visibilem laudantes et in illo commorantes, deum ingenitum ac sine principio dixere, eique tam stolidæ opinioni [43] etiam qui opinatissimi in philosophia fuerunt accessere atque ad irrationabilem omnino phantasiam proruperunt, ut hujusmodi præveniens arceret

errores, animas nostras utique rationales nunc quoque producit, certum suæ potestatis indicium præferens, per quod profecto admonerentur homines eas quoque quæ prius institutæ sunt angelicas virtutes minime carere principio, cæterum ex uno creatore unoque principio omnem simul rationalem virtutem spiritalemque manasse substantiam. Quod autem illæ quoque processerint facile credetis, si vos ipsos nuperrime in lucem editos inspiciatis, qui non dissimiliter illis primo institutis virtutibus supra hominem pergitis, atque ad primum usque principium mente et cogitatione conscenditis. Hujusmodi quippiam in cœlestibus quoque corporibus molitus est. Solam denique ex numero siderum lunam occidere ac luce destitui, rursumque incipere ac veluti juvenescere plenoque lumine lucere constituit; idque ne, ullum cœlestium corporum ingenitum existimantes, stulto atque impio errore raperemur. Verum ex hoc extremo omnium sidere, dum illi lucem accedere ac decedere morique ac denuo nasci animadvertimus, superiora quoque illa facta et condita non ambigamus. Pari ratione cum nuperrime humanus animus ex ultima substantia rationali producatur, superiores quoque rationales virtutes principium a creatore accepisse colligamus. Nihil enim ille otiosum, nihil superfluum, nihil frustra operatur. Porro si, unus homo cum sit, animam quidem præextitisse, corpus vero longe post effectum esse dixerimus, otiosa priusquam ad corpus descenderet anima fuit, tantoque tempore superflua neque vires suas actione monstravit, neque item quid haberet aut quiduam posset agnovit: hæc enim omnia ubi descenderit lucratur. Otiosior itaque magisque præstantior fuit, quam vos, quia prius corpus experta non est, sed primam hic generationem vivit; incorruptam ac recens editam vocatis, qualis [44] et Liberi patris et Herculis Thebis fuisse memoratur. Quod si antea quippiam operabatur, postmodum ubi descendit vacuam atque desertam et otiosam sedem suam dereliquit. Nam virtutes cæteræ rationales simul atque prodiere, singulæ ubi oportuit locatæ sunt, munusque suum atque ministerium et locum et custodiam servare jussæ. Est igitur perquam ineptum et indignum humanam animam, diu otiosam, sero tandem vinctam ad corpus relegare, cui præceptum sit terram ipsam ordinatissima ratione componere et illustrare, deique mysteria et cultum orbi prædicare, ne ullus sine deo locus relinquatur. Nonne ergo melius ac dignius est, illam, simul ac prodiit, injunctum sibi munus exequi, quam otio-

sam diu imperfectamque persistere, et, quod initio non statim operata sit, proprias quoque vires omnino ignorare? nam virtutis indicium ac notio profecto actio est.

Th. Nihil dici verius potest. Verum id me monet [*an* movet], quod, cum omnia quæ condita sunt, [*et*] initium conditionis suæ acceperunt, mortalia omnino esse labique ac defluere certum sit atque diffinitum, humanas animas immortales esse dicimus, quæ quotidie profecto novæ singulis corporibus addicuntur. Nam cœlestes illas virtutes, etsi initium aliquando accepere, quod simul conditæ sint multisque jam sæculis beatitate potiantur, facile ut immortales conditas putem ipsa ævi diuturnitate admoneor. At vero animas dum singulis singulas creari dicimus, una cum corpore occidere rationi fere propius videtur quam immortales fore.

Eux. Non alius superiores illas virtutes, alius humanas animas condidit; sed idem illas initio instituit et has quotidie creat. Sin vero idem est, ut est profecto, nihil novum aut admiratione dignum videri debet, si virtus una unaque scientia et tunc et modo idem operatur. Neque enim consenescit tempore conditoris virtus, neque scientia ipsius intra præscriptum aliquod tempus angustatur. Aut igitur ne illas quidem immortales esse concedemus, aut has quoque itidem esse immortales necessario [45] fatebimur. Ascendit quippe humanus animus, ut antea quoque meminimus, ad primum principium sicuti et illæ. Nullam vero rationalem substantiam ille mortalem condidit. Qui igitur, nostram animam creans, legis suæ scita transgressus est? quam sibi non quidem consubstantialem, sed similem, ac veluti imaginem, fecit, ut, si quidem philosophari voluerit, deo similis efficiatur. Quod autem immortali simile est, ipsum quoque immortale esse quis nesciat? nam quod mortale est, id immortali non simile, sed contrarium est. At vero tu, qui Platonem ebibisti, omne quod conditum est asseris penitus esse mortale et interire atque defluere. Admonebo autem te Timæi nobilis illius libri, ubi creatoris opificium paucis exprimitur iis fere verbis: « dei deorum, quorum ego sum pater et conditor, immortales quidem usquequaque non estis, quia facti estis; non tamen in mortem solvemini, mea sic agente voluntate quæ morte potior est ». Vides ut uno versiculo utrumque simul includat et fuisse conditos et non esse solvendos, et factos esse et morte potiores evasisse. Hujusmodi initio prodiit hominis anima, substantia rationalis, semper mobilis est arbitrii libertate honorata, vitam ex sese habens

et corpori impartiens: quæ profecto mortalia nulla acceperunt; sed hæc omnia sunt certissima immortalitatis indicia. Mirabilis sane ac stupenda vis interior animæ videbitur, si exteriorum et eorum quæ subjecta sunt oculis speciem varietatemque consideres. Omnis namque ars omnisque disciplina et speculatio immortalitatem animæ commendat. Nam qui esse dedit ut semper etiam esset nostræ animæ suum munus effecit, idque munus in naturam [46] versum est. Porro Platoni placet mundum quoque hunc omnem et factum fuisse et esse mortalem et immortalem servari. Neque enim quod ustionem admittit, id etiam continuo uritur. At vero qui hanc Platonis sententiam suscipiunt et admirantur quod corpora et facta dixerit nec peritura, ipsi hoc animabus ut permittere velint induci non possunt, quod corporibus facile omnino libenterque concedunt.

Th. Nefas profecto est adeo evidentibus clarisque rationibus non assentiri. Unum nos fugerat in primis inquirendum, quod scilicet sit quamobrem intellectuales substantias diffinitas esse, humanas vero animas in infinitum propagari dicimus, nisi eamdem animam in plurima corpora transire concedamus.

Eux. Animarum humanarum multitudo nobis quidem infinita, cæterum autori finita absque ulla dubitatione est, sicuti et aliæ substantiæ rationales, quas tibi innumerabiles deus numeratas habet. Quæque item ille comprehendit, nobis quidem infinita, illi vero comprehensa atque diffinita sunt; isque illis modus efficitur, quem jubet is qui eas comprehendit. Nempe in spiritalibus quoque substantiis multitudo non gignit angustias. Unum enim sunt omnia, et singula totum implent et omnia totum suscipiunt, nec aliis alia impedimento sunt, sicut in corporibus fit. Nam et in arboribus eorum quæ diximus quædam simulacra cernimus. Ex una enim arbore surculi cæduntur innumeri; quisque vero sic cæsus totam in se continet vitam, ut [47] terræ traditus germinet, totamque, ut diximus, vitam, non secus atque ingens illa arboris moles, surculus ille comprehendit: cumque ex uno innumeri prodeant, unum sunt omnes; nullusque sic prodiens ille esse dicitur unde processit. In infinitum porrigi nobis ista videntur, sed cuncta plane finita sunt. Præterea quicquid ex dissimilibus compositum est tempore etiam quandoque dissolvitur. Hujusmodi est visibilis mundus. Et cujus intereunt partes ex quibus totum constabat, to-

tum quoque una cum partibus ex quibus compositum fuerat intereat necesse est, quoad immortalitatem perfecte suscipiat. Tempusque omne deo quidem breve, mortalibus vero longissimum est. Si igitur mortalia corpora ad certum numerum finita sunt, non in infinitum producimus animas; sed sistetur animarum modus, cum subsident corpora quibus illæ infundantur. Animabus ergo modus usus est. Porro modus ipse corporibus suscipientibus terminatur. Quod si Apollo arenæ numerum apud omnes scire putatur, ipse animarum conditor ignorabit numerum quem ipse producit? Atqui intellectualium virtutum plenum est cœlum omne, plenus æther angelorumque ac dæmonum, plenum mare, plena quæ sub terra sunt omnia; et, ut quidam ex nostris sapientibus ait, inane nihil, ne tantum quidem quantum vel acus pungere vel capillus [*imo* capillum] capere injectum possit. Itaque si ad decem annorum millia mortalem hanc vitam hominibus propagare volueris, ne sic quidem arbitror humanas animas angelorum ac dæmonum infinitæ multitudini posse exæquari. Porro vitæ ætatisque quæ nunc dicitur ratione animarum [48] perfecta defectio sæculo fiet. Nam si ipsum ejusmodi permanet, ac boni quidem in Elysium evecti immortalibus conviviis lætantur sempiternoque implentur nectare (est quippe et istud Platonis decretum in libris De re p.), mali vero in Tartarum lapsi, unde nunquam excident, ipsi quidem nil ultra proficiunt, sed exemplar ultionis et cruciatus expositi æternum mœrent (hæc enim in Phædone et Gorgia Socrates asserit), tot sublatis ex numero, sensim hoc sæculum desertum hominibus ac destitutum linquetur. Neque ultra dicturus es hanc denuo vitam victuram esse animam : ista enim jam confutata sunt, et, si gloriari juveniliter liceat, adamantinis nexibus vincta atque constricta. Quod si semel intra mille annos in Phædro ait Socrates animam corpori communicari, atque intra decem millium annorum ambitum animarum summa et modus, quantum sat fuerit, implendus asseritur, nos paucioribus animabus indigemus. Neque enim in tantam ævi prolixitatem mortalia corpora provehenda putamus; sicque mea potius quam tua prævalet ratio, animas scilicet præfinito numero esse taxatas.

Th. De anima quidem nihil prorsus ambiguum relinquis, Euxithee. Cæterum putasne mundum tempore aliquando solvendum?

Eux. Non puto equidem, sed certissime scio.

Th. Quid [49] vero? nonne infectus est mundus caretque principio? aut quomodo creator est conditor, si tempus unquam fuit, quando eorum quæ sui muneris sunt nihil agebat?

Eux. Audi [50] sane quam afferunt qui verissime sapiunt præclaram et plenam pietatis rationem. Deus omnium rex, ex quo sunt omnia, initium rerum et fons, ipsumque bonum, sapientiæ pater et omnium conditor, non tempore genuit per quod fierent omnia; quippe semper est verbi ac sapientiæ pater; neque enim sterilis et infœcundus est divinitatis fons: non autem passione genuit; nulla enim conditione necessitatis adigitur: neque consortem generationis assumpsit; nullus enim erat: sed neque se ipsum suæ virtute potestatis exhausit; semper enim in se ipso quem genuit habet, totum in toto implentem et impletum; solius enim pater esse noluit solus: neque vero superfluit proles; alioqui in se ipso consubstantialem sibi nequaquam habuisset; non enim in eo est compositio: quocirca verbum essentialiter genuit, ut substantiam virtutemque patris enunciet ipsa mens in unum universa intelligentiæ ratione compingens. Omnia itaque per ipsum pater operatur; sapientia enim hoc omne oportebat institui. Atque una cum prole ejusdem substantiæ protulit spiritum sanctum, eoque spiritu intelligibilia et sensibilia, et inspirans omnia virtute implet et continet atque ad se ipsum trahit. Convertit enim semper ad patrem spiritus, et omnia attrahit quæcumque tetigerit. Ita intemporalis illa magna patris virtus et speculatio et operatio, sancta unitas [51] et beatissima trinitas, non magis minusve suscipiens (est enim una substantia), et intellectuales quoque substantias ante tempora condidit atque constituit. Habere enim voluit quibus faceret bene. Idcirco spiritales creavit supernasque virtutes; nullusque invidiæ locus est. Ita ante visibilium conditionem non in otio perstitit. Cœlum vero, unde tempus initium sumit, ac terram aeremque ac mare post priora illa creavit, aliasque aliud vi propriæ potestatis operatur. Semper autem ipse operatur materiamque præstat universo. Excitat præterea, coaptat, ordinat atque disponit; non enim imperfecta ac sine principio materia est. Hoc te et Chaldæi docent, atque Porphyrius in eo libro quem inscribit καθόλου, ubi Chaldæorum rationes in medium profert, in quibus asserere materiam carere principio ut impium dogma confutat. Si igitur facta materia est, neque ea principium, sed extrema est, quo pacto visibilis mundus aut infectus, aut sine prin-

cipio, aut ante tempora fuisse asseritur? neque enim est ante materiam quod ex materia sumpsit initium. Ipse nempe in Timæo Plato meministi quam nihil fingens nihilque dissimulans hanc sententiam ferat, primum interrogans factus sit mundus iste necne, et, cum factus responderetur, causa etiam protinus additur: visibilis enim est atque tangibilis. Cœli nempe gratissima portio stellæ sunt; sed ipsæ tamen factæ probantur. Namque [52] ipsa illarum perpetua migratio, cursus, conversiones, ascensus ad aquilonem, ad austrum descensus, solisque ac lunæ defectus, cuncta sensibus subjacent; quæ fieri quidem Platoni videntur, nunquam tamen solide ac firmiter esse. Porro qui Platonem exponunt quod ille factum dixit non sic tradunt, sed secundum causam factum. Puta, umbræ meæ corpus meum causa est. At hoc non illam fecit; sed ipsum illa secuta est. Non itaque creator est conditor, nisi volens quod facit operatur; sed fortuitum hoc erit omne, ac nisi factum fuerit corpus quod solis æquet magnitudinem, non permittet hæc ratio plena caliginis retro fieri lucem; ea quippe solis umbra est: quandoquidem quale corpus est, talis et ipsa describitur. At vero conditor incorporeus, infinitus, ipsaque lux est. Qui igitur aut unde illi umbra contingit? quonam item modo præstantior et veracissime creator erit, utrum si ipse faciat et singula ut voluerit componat atque coaptet, an si umbra illum ex necessitate sequatur? quis vero umbram suam componere et emundare velit? nonne providentiam quoque ista dementium ratio sustulit? nam nulla profecto habebitur umbræ cura atque diligentia. Ad hæc una cum corpore insinuatur umbra; sed possibile non est una cum creatore materiam accipi. Idque Plotinus ratiocinando assecutus materiam aperte omnino prædicit, Anaxagoramque in jus trahit ac vexat, quod conditorem una ac materiam [53] invexerit; id autem esse impossibile, quippe antiquior sit necesse est conditor eo quod condidit. Enimvero Atticus ille priscus Platonis in primis studiosus observator, dum quæ amantissimo suo videntur exponeret, ita ferme ait naturam mundi ordinemque discutiens, ipsum neque infectum esse neque sempiternum, cæterum ab excellentiore ac virtute præstante perfectioreque deo antiquissimo factum fuisse. Nam, cum visui tactuique subjectus atque omnino corporeus sit, infectum esse possibile non est. Quorum enim substantia ut sit alterius auxilio indiget, ea quo pacto inficiabimur facta fuisse atque a conditore servari?

Aristotelem autem etiam ridiculum appellat, qui, cum hoc omne visu tactuque explorari fateatur et esse corporeum, infectum tamen atque incorruptibile esse contendit. An vero non irridendus ille, si ne Ægyptiorum quidem vatibus assentiri vult, qui, mundi initium et generationem exponentes, cancro mundi horam præfecere? Apollo item consultus dæmones quoque factos esse respondit atque ante homines ipsiusque mundi fabricam conditos, creatorique ad hominis usus ministrare. Est autem oraculum hujusmodi : ἐκτίσθη πρὸ ἡμῶν θείας τε κόσμου γονῆς Ἄφθαρτα πνεύματα εἰς ἡμετέρας χρείας· « sunt ante nos conditi atque ante divinam mundi « generationem immortales spiritus in usus nostros ». Perquam igitur perversi ac violenti sunt hujusmodi Platonis interpretes, qui intelligibilia simul ac sensibilia cuncta miscentes, Apollini ac Platoni contraria nituntur asserere. Non enim simul sunt omnia. Non [*imo* nunc] æstivum [54] tempus adest, pomisque arbores læte gratam sui intuentibus speciem præbent; nondum vero cano gelu hiems inhorruit : num ergo ideo æstatis, non etiam hiemis est conditor? num ille non pluit, telluremque ferendis frugibus parat, quia non simul æstas hyemsque confunditur? atqui ista non imbecillitatis aut temeritatis, sed ordinis atque virtutis indicium sunt. Pythagoræ profecto decretum silentium est; attamen loqui norat, etsi tunc tacere decreverat. Sculptura item Phidiæ ars erat; cumque summus esset artifex, non tamen unam statuam quæ in Arce et quæ in Olympia erecta est fecit.

Th. Assentior. Sed num prius hoc omne male connexum erat, ut necessario solvendum sit?

Eux. Minime vero. Quid enim ab eo qui summe bonus, imo ipsa bonitas est, nisi optime fieri potuit? indicio est tanta constantia rerum quam id præclare initio conditum sit.

Th. Qui ergo solvetur?

Eux. Quia omne connexum simplex non est; alterum enim alteri conjungitur : quod autem ex pluribus et dissimilibus atque contrariis compositum fuerit, vim se facile solvendi habet : porro quod hujusmodi vi præditum est operabitur aliquando quod ea vis admonet.

Th. Quid? quod bene et rite connexum compactumque est solvere, num tibi videtur sapientia?

Eux. Si partes [55] hujus tanti operis mortales dereliquit, et totum simul solvere rationabiliter prædestinavit : ex illis enim hoc

constat. Nam si oculus et digitus et partes singulæ pati possunt, non est impatibile corpus; verum idem patietur totum quod partes. Deinde si quidem ea partium solutio perniciem inveheret universo, stultum profecto id esset; sin vero solutio ista perniciem solvet, ingentis omnino sapientiæ immortalisque virtutis est mortalia immortalia facere.

Th. Cur ergo initio non hujusmodi fecit? utrum non valuit, an noluit?

Eux. Dei voluntatem nunquam potentia deficit. Volens enim intelligibilia omnia immortalia fecit; cæterum visibilia facere noluit.

Th. Putasne invidiæ causa?

Eux. Benignissimo creatori nulla est aut esse potest invidia. Sed si omnia essent similia, nihil essent; unum enim essent. At nunc intellectuales rationalesque substantias intelligibiliumque mundum omnem immortalem principio protulit; et invidia nulla est. Secundo item mortalia etiam addidit, præclara illa quidem et magna, sed tamen deteriora prioribus. Non igitur secunda adjicere invidentis est; sed aliquid potius omittere ex iis quæ facere poterat [56] pulchrum atque optimum, immortaliaque ac mortalia condere virtutis, non imbecillitatis fuit. Perfecti namque verbi et creatoris est non modo varia, verum et sibi invicem contraria condere: puta album ac nigrum, calidum ac frigidum, immortalia atque mortalia, quæ tamen et ipsa ob virtutis excellentiam immortalia faciet. Quocirca et mortalibus rebus semina quædam immortalitatis inseruit, quæ item quandoque pullulabunt atque superabunt, et quod erit deterius obterent et ad se convertent ac transferent, sempiterneque virentes ferent fructus. Indicium hujus rei haud exiguum est, quod cœli ac terræ liquidissima ac purissima pars immortalis nunc usque servatur, quam Olympum et Beatorum Insulas et Elysium Campum sæpenumero veteribus appellare mos est; ut ex eo id colligatur, cœlum totum ac terram aliquando hujusmodi fore : nihil enim a creatore factum est usquequaque mortale; non itaque mortale durabit. Fecit autem ut sensibile ac materiale quod dicitur spatio quodam temporis et generationem corruptionemque susciperet, bonum aliquod majus inde molitus, partim quidem speciebus varietateque formarum dans pulchritudini locum, ut corruptione ac generatione sæpius informaretur ac mutatione perpetua pulcherrimæ formæ figuram in materia

exerceret, utque formarum rationes exercitatione firmarentur motuque judicarentur, et exteriorum mira varietate admirationi magis essent intimæ ipsorum et insitæ penitus intelligentiæ : veluti si quis pictor pulchrum nactus exemplar complures ipsius pingat imagines, ut nulla pars decoris latere queat [57], sed sese undique aperiat venustatemque artis ostendat : partim vero rationabilibus quoque substantiis indicans illis se non necessitate aliqua impulsum, sed gratuito potius immortalitatem largiri, easque primo loco statuere, utque oporteat prima secundis curam solerter adhibere et ne ipsis quidem licenter quasi sui sint juris imperare; cæterum parere facile, semperque pendere ex jubentis imperio et ipsum semper aspicere, et quod jubentur exequi, subjicique ac regi, quam dominari malle. Est enim libertas profecto summa et vera potestas ingensque felicitas conditori optimo servire cupere. Igitur operæ pretium est, ut qui rationalem substantiam adepti sunt sese sponte subjiciant et honestissime rectoris agantur imperio, si quidem libero arbitrio rite uti velint, quod vel maximum immortalitatis indicium a conditore acceperunt. Cæterum si quidem principi ministrare gravantur, et quisque quod primus factus non sit indigne ac moleste ferat appetatque tyrannidem, et incipiat jus fasque confundere, ordine avulsi incidant [*an?* incident] in confusam temeritatem atque a regis sui candidissima luce digressi non quidem mortales erunt, quippe immortales ab ipso initio conditi, verum damnari se tenebris mortalium sentient, huc illucque vagantes, ac subditi potius quam dominantes. Ista conditor prævidens præcavit quo pacto facinus istud consenesceret, neque recedentium causa subditis liberi arbitrii indultum gratis munus ademit, sed recedentium infirmitatem terrenis rebus mortalibusque coarguit. Deserti autem ac desolati perdere, non servare noverunt [58]. Istos quoque miseratus non sinit in mortali [*imo* immortali] morbo tabescere, id mortale molitus quo maxime frui cujusque compotes appetunt fieri, ut eo soluto una violenta quoque dominatio illa diffluat, et, post tyrannorum profligationem, immortalem rursus eam faciat partem quam illorum gratia mortalem primo dimiserat. Idque conduxit ad illecebram et argumentum solutionemque tyrannidis atque ad evidens indicium potentiæ conditoris atque justitiæ, mansuetudinis, clementiæ atque victoriæ. Corruptionem hujusmodi non ignoravit Plato, etsi futuram nescivit immortalitatem. Non enim terræ solius, sed cœli quoque corruptionem

in Timæo introduxit, dicens cœlum propria ex corruptione nutriri. Si igitur nutrimentum est ipsa quoque corruptio, ubinam erit immortalitas, nisi creator cœli ac terræ, corruptione translata, totum immortalitate vestierit, quam nulla jam mors, nulla malitiæ incursio, nihil omnino mortale sequatur? Porro stoicis visum est cœlum ac terram sæpe corrumpi: sed hos sane omittamus; namque nimis plerumque delirant. Certum est autem corpora ipsa nostra ad autoris nutum immortalitate donanda. Nam [67] si corpora solvuntur in nihilum, quidnam illud est quod tantum in eis virtutis insedit, ut plus possint condita tumulis quam cum viventia ubique terrarum peragrarent? Audis nempe Œdipum ut in Colonæo conditus Atheniensibus in Scyro situs putabatur. Fertur autem Atheniensibus, cum peste ac morbo vexarentur, Apollinem respondisse Theseum Ægei filium Athenas transferrent (Scyri autem obrutus fuerat; illic enim fraude peremtus est), admonentem nullam fere morbi absolutionem aut requiem, nisi prius vita functus Theseus Atheniensibus conciliaretur apudque illos condiretur. Cum illi maturato id exequerentur, simul atque Atticam Thesei cadaver solutum ac putridum attigit, vis omnis illa pestis elanguit. An vero nondum didicisti ut Orestes in tumulo apud Arcadas delitescebat? prolixo autem post Orestis mortem temporis emenso curriculo, Lacedæmonii cæteris bellis superiores semper evadere soliti, victi ab [68] Arcadibus fusique fuerunt. Cum vero quodnam sibi faciundum esset ignorarent, Apollinem quid facto opus sibi consulunt. Eis ille respondit non armare milites, non equites cogere, sed unum mortuum hominem sibi in auxilium consciscere maturarent; admonuitque obscure quidem, sed tamen admonuit, Agamemnonis filius quo in loco jaceret; hunc si furto sustulissent, victoriam ad eos deinceps migraturam. Inventum itaque furantur Orestem; jamque victoria potiebantur. Si igitur Œdipus matris nefario concubitu perpetuo dedecore affectus, et Orestes materno cruore fœdatus, et Theseus pudici pueri violator impurus, humo abditi terram servare dicuntur, quanto id excellentius posse credendi sunt qui vitam totam devovere virtutibus, mortemque vita ipsa illustriorem et honestiorem pro justitia, pro pietate, sponte constanterque susceperunt? Vidi equidem complura virorum illustrium corpora usque adeo dæmonum turmas deterrere ut credi vix possit, innumeraque morborum genera, in quibus medicorum ars diu nequicquam fuerat contrita tota, facilitate fovere, curare,

emundare ac prorsus excidere. Si vero futuræ immortalitatis omnino essent expertia corpora, infirma et superflua essent et pro nihilo abjecta. Præterea si malos necesse est cum corpore, quodlibet et illis circumdare malueritis, ad supplicii carcerem pertrahi, perquam sane justum est animæ [69] bonis perfrui corpus, cujus inter casus varios vexationesque innumeras nunquam deseruit societatem, sed ad certamina omnia prompte una ac libenter accurrit. Sapientissime proinde provisum est animam e corpore migrare, ut ex eo discatur quanta sit animæ virtus, quantaque imbecillitas corporis. Est autem divina omnino lex, denuo illud reviviscere. Neque enim profecto par erat corpus, animæ semel immortalitate gustata, semper inane atque abjectum jacere, sed ne in hanc quidem vitam reviviscere. Sufficit enim prima illa nativitas præsentis certaminis documentum dare. Ad hæc otiosa mors esset, si ad eandem rursus vitam redeundum esset. At enim ista fabulas esse supra satis declaratum est; neque oblitum te arbitror, cum sis memoriosissimus. Cæterum, ut verissima probavit ratio, in immortalem resurget vitam, bonis quidem omnibus diutissime cupitam et omni ambitu quæsitam, eis vero terribilem qui vitium nihil metuerunt.

Th. Non ignaviter aut objecta refellis, aut astruis vera. Sed si corpora ob consortium animæ immortalitate donantur, etiam mutorum animalium hujusmodi fore certum est, cum et ipsa animæ expertia non sunt.

Eux. Animæ quidem, sed irrationalis atque mortalis, o sapientissime, quæ cum corpore una interit atque dissolvitur. Si igitur desiit anima, otiosa est resurrectio corporis, neque enim sui causa, sed ad animæ gratiam resurrectura sunt corpora. Brutis igitur immortale nihil insitum est. Nam et illorum anima a morte superata dejicitur [70]; nostra vero anima, quippe immortalis, corpori conjuncta semen illi quoddam immortalitatis infudit. Et quod præstantissimum sit necesse est, creatoris sui homo veluti stirps germenque processit. Nihil ergo prorsus humanæ substantiæ potuit mortale persistere. Porro mutarum animantium generationem elementis proferre mandavit, ejusque præceptum vim naturæ percepit. Ea igitur iisce elementis veluti parentibus edita omnino solvuntur ac defluunt; nullum quippe unquam immortalitatis gustum accepere. At vero humanum corpus conjunctum animæ ad operandum immortali sensim nutritur alimonia, et ad omnem artem

aptissime elegantissimeque una agitatur, atque ideo nonnihil immortalitatis attraxit, neque a gustu nectaris usquequaque jejunat. Non igitur lapsum in mortem perpetuo jacebit. Nam si solis repercussa radiis aqua calescit per sui naturam frigida, ita ut ex ea ignis et flamma consurgat, quis jam credere differat hominis corpus animam immortalem totam intra se nactum vim quamdam et radium immortalitatis sibi vindicasse? Sicut enim terra ignita sulphur interim quidem frigida tactu jacet atque algida; si vero ignis illi propius admoveatur, eum facile corripit cui primo clam familiaris erat celeriterque succendit, et vim suam effectu operis monstrat, atque in ignis migrare ordinem properat: sic hominum corpora animæ immortali congressa atque commixta, tempus quidem reliquum frigida et omnino immobilia jacere abjecta videntur; sed cum sint ad animæ consortium idonea, si quando illi rursus misceantur et circumfoveantur, agiliter et strenue resurgunt [71], libentissimeque priscam societatem complexa ad immortalitatem evolare festinant. Neque sane incredibilis est materiæ in meliora mutatio. Namque et apud nos qui prudenter materiam callent argentum stannumque assumentes, priori specie omnino deleta et in formam honestiorem preciosioremque traducta, aurum pulcherrimum atque optimum faciunt. Arena item dispersa jacet et lytrum itidem fusum; verum humana ars ex hisce novum quoddam excogitavit atque lucidissimum vitrum. Arborum quoque mutationem et insitiones celebrant rustici. Quid ergo creatorem hominum imbecilliorem hominibus imperitioremque arbitramini? Quamdiu neque eorum quæ fiunt quotidie fide futura ut credatis admonemini; sed cum plurima certamen exercitia præcesserint, vosque ad certandum compararitis, in ipso certamine obliti omnium, formidine metuque territi cedetis? Si factus est mundus, ut est profecto factus, et homo primum de terra corpus acceperit, unum [*an?* num] etiam per naturam debuit postmodum corpus aliunde quam de terra restitui? Quid contra veritatem contraque concessa consensu omnium tam improbe obsistitis, qui et obscura et inepta ac turpia tam libenter admittitis? Vos enim, dum Glaucum Minois filium melle suffocatum Polyidus vates ex Argis Cretam profectus suscitasse dicitur herba a dracone percepta, nihil cunctati protinus creditis, et omnia absque discussione suscipitis; quodque Hippolytum Asclepius atque Tyndarum, et hoc enim fertur, excitarit, Alcestemque Hercules et Theum et Timonem [72] Lidumque et Timosthenem

Atheniensem, Eudoxo narranti facillime creditis. Pindarus quoque Thebanus et Herodotus Alicarnasseus Aristeum tradunt Proconnesium Proconnesi ingressum ad fullonem ibi vita functum esse, et tempus aliquod delitescentem palam cœpisse loqui, ducentisque post annis in Italia Metapontinis visum esse jubentem uti se Apollinemque honorarent: sequebatur enim, inquit, tunc Apollinem corvus, qui modo Aristeus est; Metapontinosque misisse Delphos ut Apollinem interrogarent esset illi obtemperandum necne, Pythiamque respondisse si parerent bene sibi illos suisque consulere. At nunc Aristei cognomento statua sub signo Apollinis stat, et quasi diis sacrificium novum utrisque decernitur. Quæ omnia vos passim et sine discussione sequimini, non secus ac pecudes fructicem, atque invicem gratulantes plausu et saltibus luditis. Nullus enim iis contraria scripsit, aut unquam reluctatus est. Cæterum si conditor ipse immortali animæ corpus quoque immortale facturum pollicetur, ad hoc hæretis; atque fluctuatis, invicem ad movendum acre bellum et inexorabile constanter hortamini. Atqui et Plato vita functum Armenium ex inferis ad vitam una cum corpore revocat. Porro Zoroastes fore aliquando tempus in quo mortuorum omnium futura sit resurrectio prædicit. Idque et te et cæteros Theopompus docet. Illis tamen veterum sapientium refragatus [73] est nullus. At ii audaci temeritate divini verbi sacramentum oppugnare pergunt, quippe divina sorte destituti et longissime a ratione remoti, non modo corpus mortale æterno derelinquunt, verum ipsam quoque animam præ stultitia et privatione rationis mori cogunt: mors enim animæ est virtutis ignoratio. Verum enim Hebræorum scripta, quæ profecto Apollinis oraculo laudata sunt, non hominis corpus, sed totum resurgere hominem prædicant. Nunc denique et apud Syros et alibi gentium sunt viri eximii a puero ad senectutem summa animi et corporis integritate pervecti, animamque ad cœlestia et intelligibilia levare semper assueti, corpusque illi servire in divinis obsequiis consuefacientes, qui et actu et contemplatione ad philosophiæ arcem pervenientes, mortuos quoque reviviscere fecerunt. Validum sane hoc dogmatis sui argumentum certissimamque probationem eapientes dogma ipsum apud eos non verbo tenus progredi, sed ex operibus fidem accipere, dum auditores dogmatis spectatores abscessere. Ac ne fabulam putes esse quod dicitur, iis fere diebus factum est miraculum iis quæ diximus congruens. Nam vidi equi-

dem senem optimum deoque charissimum : huic familiaris erat rusticus quidam simplicis ingenii vir uniusque parvuli pater. Is una cum puero senem frequens adibat, boni quippiam et facere et dicere gestiens, frugumque primitias illuc veluti ad fanum quoddam deferebat. Breve temporis spatium fluxerat [74], dum puer languore correptus vita defungitur. Defunctum non humo juxta legiscita pater occuluit, sed, sportæ injiciens, amicis nihil omnino patefecit. Sublata humeris sporta, ad senem, ut solebat, ingreditur, ac, deposito onere, senem, ut sibi moris erat, salutans, illique siccis oculis assidens, paucis verbis auditis et redditis, rursus abscessit, puerum ut jacebat in sporta quasi uvæ primitias linquens. Ubi vero sol occubuit, oratione solemni senex ex more impleta, sportam uvæ gustum percepturus exsolvit, discussisque pampinis non racemos, sed puerum exanimem reperit. Admiratus fidei speique paternæ magnitudinem senex, elevato ad deum animo, supra pueri cadaver incubuit, nec ante surrexit quam parvulus ille resurgeret. Ita excitatum remittit ad patrem. Ipse vero, fuga correpta, locum illum sedemque deseruit, ne admiratione perciti homines illi molestias inferrent. Hoc profecto opus rationibus superioribus concinit. Nunquam enim ille tantum opus patrare potuisset, si falsa ejus fuisset opinio. Sed sane verbum, quod a deo ipso didicerat, dei nutu in opus eduxit. Porro istud maxime probabilis est argumenti species id facere quod fieri possibile esse pollicearis.

Th. Novum quidem isthuc est atque mirabile; sed vero inspectori fidem non habere fas non est.

Eux. Aliud tibi quiddam referre aveo, quod istis oculis inspexi. Sed accipe. Viro [75] cuidam optimo discipulus erat non malus. Verum is, cum animi honestate polleret, luminibus orbatus erat. Cum ergo senior ex vita esset migraturus, propius assistens cæcus orabat sibi ut opem ferret. At ille, « si vera », inquit, « mihi fides « et verax opinio est, erit propitius deus, et die septima, disjecta « caligine, hunc aspicies solem ». Iis dictis senex efflavit animam. Neque secus atque ille prædixerat contigit; sed die septima qui interim fuerat cæcus solis radios hausit, et sumpto codice publice legens in stuporem spectantes convertit; persuasitque contentioso auditori immortalem esse animam, eamque, cum præclare educata et instituta hinc profecta fuerit, mortale postmodum corpus facile excitaturam.

Th. Felix profecto es: tibique quod ita sentias et ista aspexeris gratulor.

Eux. Ista quidem apud nos; cæterum alia hujusmodi plurima et facta sunt et postea fient. Quod autem heri fere contigit et ipse, reor, aspexisti.

Th. Quid illud est?

Eux. Magna Libya durissima tyrannide premitur. Infensa vero tyrannidi clementia est et opinio vera. Tyrannus [76] enim subjectorum pietatem pro crimine ducit, honestissimumque hoc dogma sacerdotes abnegare jubet. Non obtemperantibus (o impietatem sacrilegam!) linguam plenam pietatis abscidit, exemplo Terei, quem refert fabula, oppressa virgine, dum cupit latere crimen scelusque se putat obtegere, præcidisse virginis linguam. At puella quidem scenam totam intexuit peplo, crimenque quod lingua proferre nequibat arte patefecit; ii vero peplo et arte nihil indigentes naturæ opificem invocarunt. Ille novam eis inauditamque naturam tertia demum largitur die, non linguam alteram dans, sed sine lingua disertius loqui quam antea tribuens. Putabam equidem non esse possibile tibicinem absque tibiis peritiam suæ artis ostendere; impossibile item existimabam fidicinem sine fidibus musicam exercere posse modulationem. Sed plane novum hoc mirandumque spectaculum cogit mutare sententiam, nihilque visibile fixum aut solidum existimare quod deo transferre placitum sit. Vidi ego viros et loquentes audivi, articulatamque vocem admiratus vocis instrumentum inquirebam, nec satis auribus credens oculis judicium permittere institui, atque aperiens os totam radicitus evulsam inspexi linguam, majoreque stupore comprehensus admirabar, non jam quomodo illi diserte loquerentur, sed quo pacto servari potuissent. Hoc sane ingrati cujuslibet perfidiam solvat, admoneatque corpora lapsa et in mortem soluta resurgere. Illic nempe ex rebus existentibus erit resurrectio corporum; hic autem ex non existentibus [77] vocis absolute congruentia prodiit. Eis vero qui talia gerunt quis tam brutus ac stolidus sit, qui non perlibenter accedat, et quæ illi norunt non toto animo suscipiat ac sequatur?

Th. Qui enim fieri potest ut adeo apertis indiciis fides derogetur? Sed, quæso, dicas unde sapientes isti didicerunt, ut quæ verbis edocent operibus astruant.

Eux. Deus, virorum optime, deus, manens quod erat per summam clementiam homo factus, et verbi sapientiam et virtutem

operis inspiravit idoneis; ipseque primus, quippe deus, corpus suum ad immortalitatem excitavit, resurrectionisque commune donum fore cunctis pollicetur. Enim vero mendacii convinci non modo deum, sed ne sapientem quidem virum fas est. Quique illius obtemperat legibus, deus jam erit immortalis, non ultra mortalis, ut immortalitate donatus spiritalibus substantiis admisceatur, et deinceps cœlesti regi honestissime perpetuo assistat.

Th. Credo fideliter, ac libenter obtempero. Jam enim profecto sentio clementiam dei; jam intelligo quantum ille propitius et quam alto consilio humanos sit miseratus errores. Sed valeat sane Academia; ad illum autem proficiscamur. Et ipse enim Plato hactenus Platoni [78] obtemperandum monet, quoad sapientior illo quispiam in terris reveletur: quid autem sapientius deo?

Eux. Verum enim, quando huc ipso duce pervenimus, immolemus deo sacrificium laudis, non hecatombem, ut apud Athenienses Minervæ, neque formicam, sicut in Isthmo Soli et Neptuno, sed purgato animo ipsi deo similes nitamur evadere. Nam immundo mundum attingere nefas esse censetur.

O rex, pater et conditor omnium, o prima sapientia patris atque verbum per quod cuncta produxit (qui enim, nisi sapientia et verbo, creat deus?), o sancte spiritus, per quem deus inspirat omnes, continet continue, servat atque ad perfectum ducit, o beatissima trinitas et sancta unitas, des nobis supernæ pulchritudinis perpetuam memoriam; des item omnibus immortalitatem.

Th. Satis oratum est: sed proficiscamur.

ÆNEÆ VIRI CLARISSIMI DIALOGUS EXPLICIT FELICITER. VENETIIS PER ALEXANDRUM DE PAGANINIS ANNO M.D.XIII. MENSE VIIBRI.

RAPHAEL ADURNUS

DEI GRATIA IANUENSIUM DUX

SPECTATO AC PRIMARIO VIRO

ANDREOLO JUSTINIANO

Q. NICOLAI NOBIS CHARISSIMO.

Quanquam, spectate vir nobis charissime, communes literas ad vos cæterosque Mahonenses dari jusserimus, visum tamen est singularem in vos amorem specialibus literis testari. Cupimus enim ut quemadmodum vos peculiari quodam amore semper dileximus, ita vos in omni actione nostra id ipsum intelligatis. Advenerunt optati dies, qui nobis spem injiciunt ut vos sospitem ac lætum in patria videre possimus, qui jure a vobis exigunt ut propinquorum amicorumque et ipsius patriæ aspectu oculos satietis. Nosque non immerito a vobis expetimus, ut hujus status qui vester est particeps [*an?* participes] veniatis, ut vos illo fruamini nosque vestris conciliis adjuvemur. Quamobrem monemus atque adhortamur vos, ut, præcisis causis quæ impedimento essent, deo duce navem ingrediamini, et quanto poteritis citius ad eos qui vos præsentem videre et alloqui cupiunt festinetis. Dat. Genuæ die XXVIII martii 1443.

Jacobus Bracellius a secretis.

RAPHAEL ADURNUS

DEI GRATIA IANUENSIUM DUX

PRÆSTANTI ET CLARO VIRO

ANDREOLO JUSTINIANO

Q. NICOLAI NOBIS CHARISSIMO.

Querimur apud vos quod Angelum nostrum perraro videre licuit. Nam neque ipse ultimo ad nos ventitavit, et aliquando a nobis invitatus difficultates causatus est. Subverecunde nimium et infamiliariter nobiscum egit, propinquitatis simul et conjunctionis nostræ oblitus. Hæc non tam vobis significamus ut juvenis objurgetur, quam ut vos pro utroque suppleatis. Dat. Genuæ die XVI julii 1446.

Jacobus Bracellius a secretis.

JACOBUS BRACELLIUS

CLARISSIMO AC DOCTISSIMO VIRO

ANDREOLO JUSTINIANO

S. P. D.

Posteaquam in navibus Auria, Marrufa et Italica, quantum conditio temporum monebat, ad te scripsi, quæ ad te scribam nunc haud multa sunt. Magna in expectatione detinet nos fœdum scisma quo christianus orbis laceratur : inter quæ non levis terror impendebat, quod regis Francorum animus nutare dicebatur; et ne huic Transalpino, tum quod Gallus, tum quod ei et suis sanguine

junctus est, obedientiam præstaret, multi haud sine ratione vereri credebantur. Tandem, ut est rex ipse christianissimus et majorum suorum haud dissimilis, missa legatione ad Eugenium, non modo a solita veneratione non discedere pollicitus est, verum etiam auctores scismatis detestari ipseque paratum se pro voluntate Romani Pontificis esse spopondit. Addidit novissime et preces ut regi Siciliæ Renato vellet Pontifex opem suam obnixius præstare; quod et ille annuit. Ea spes videtur et regis animum et fautorum suorum aliquantisper erexisse. Nos, cum alioquin secundæ res essent, subita et inopinata fames adorta est. Vendita est frumenti mina libris sex; fortunatusque et felix negociator creditus est qui tanti emisset. Ejus mali causa fuit, quod cum Neapolis veluti quadam obsidione premeretur, et Florentinus populus socius et amicus, pervastatis agris a Mediolanensi exercitu, esurire cœpisset, utrique subvenire decretum est. Utroque frumenta importata; atque ita urbs nostra, ut in Neapolitanum Florentinumque populum benevolentiæ officio non deesset, omni tritico quod reconditum erat egesto, qua socios liberarat famem ipsam hospitio excepit. Triremis Flisca intra quadraginta prope dies triremes duas hostium expugnavit et Genuam victrix deduxit; primam Messanensem in Tyrrheno mari haud longe a Telamone captam, secundam Aragonensem in litoribus Africæ in conspectu Hyponis oppidi. Hæc ita strictim de publicis. Ptolomeus tuus absolutus est; verum nec emendatus, nec tempore hoc emendabilis : nam exemplar aliud, præter id quod me penes est, nolim putes hac in urbe posse inveniri. Liber enim recens traductus est in linguam nostram, nondum disseminatus est. Tu illo qualiscumque est utere. Pergamena, librarius, pictor, ligator, hæc quindecim libris constant, quas Simon tuo nomine deprompsit. Illum igitur ad te perferendum dedi Charino tuo; a quo cum ipsum acceperis, juvabit me si rescripseris quod respondeat expectationi tuæ. Piget me quod delitias tuas, marmorea signa petierim : inopem enim te, quod ignorabam, earum rerum liberalitas fecit. Itaque oro te, desinas statuam ad me mittere. Si quis vero casus effecerit ut ejusmodi statuarum copia tibi sit, tunc patiar ut electo aliquo Phidiaco vel Polycletico opere meas ædes, quæ tuæ sunt, exornes. Vale. Ex Genua die secunda julii 1440.

JACOBUS BRACELLIUS

CLARISSIMO AC DOCTISSIMO VIRO

ANDREOLO JUSTINIANO

S. P. D.

Magna in expectatione positus sum, ut ex te cognoscam quodnam de Liguriæ nostræ descriptione judicium feras. Nam si te vel diligentiam in opusculo illo laudasse compertum habeam, non pigebit me lucubrationum mearum, nec videbor libellum hunc temere hominum notitiæ commisisse. Tanti enim est apud me judicium tuum, ut vel eo solo contentus sim. Tu quid sentias rescribito. Non ignoro pleraque in Italia versari, et ea quidem ingentia, magnosque motus paritura, quorum te cognoscendorum cupidum putem, licuissetque mihi hæc ipsa intra angustias epistolares coarctata nota facere. Verum dum ipse recogito quot viros egregios Gentilis navis Chium devehat, a quibus eorum quæ nosse cupias certior fies, nullum operæ pretium putavi ea, quæ illi exactius uberiusque narraturi sunt, literis mandare. Quod autem perjucundum tibi fore non dubito, ego majorem natarum mearum hisce diebus collocavi Franco Marrufo, adolescenti, ut puto, non ignoto tibi, cujus nuptias nunc acceleramus. Id, quoniam mea omnia ad te pertinere jam dudum humanitas tua duxit, indignum putavi si ex alio prius quam ex me ipso cognosceres. Sed jam epistolam complicabo, si hoc unum addidero. Scio te, scio consortes tuos magna prudentia singularique consilio præstare; sed quo plus sapitis, eo plus amicorum consilia facitis. Timeo urbibus nostris transmarinis; ex quo saluti defensionique istius insulæ invigilandum puto. Memento te non solum tibi natum esse, Platonicæque sententiæ obtemperans, communi utilitati et tuæ reipub. dignitati consule. Ac vale. Ex Genua die x aprilis 1442.

JACOBUS BRACELLIUS

PRÆCLARO ET ORNATISSIMO VIRO

ANDREOLO JUSTINIANO

S. P. D.

Multa sunt quæ digne ad te scribi possent, si qui sit Italiæ status, qui motus, quam ingens rerum expectatio, velim literis complecti; sed longe plura, si ad Galliarum et Britanniæ regna, quæque a regibus illis parantur, stylum extenderem. Nam et nuntiis et cottidianis prope literis affertur hos duos potentissimos reges conventuros esse, non tam ut de bello agant, quam ut, positis inimicitiis, fœdus ac pacem contrahant; delectamque esse unam ex urbibus Aquitaniæ, in qua tanti hospites accipiendi sint; ingentes ac prope incredibiles esse utriusque partis apparatus, arma, viros, equos, pretiosam vestem, quicquid ad ostentationem opum oculis subjici potest, summo studio comparari. Verum cum Angelus noster ad te redeat, satius esse duxi ut hæc et ejusmodi præsens narret, quam ut a me Italiæ, Britanniæ, Galliæque res maximæ intra epistolares angustias coarctentur. Ita nec ego propter ipsam brevitatem rebus dignitatem detraham, et Angelus eo fungetur munere quod nomine angeli designatur. Unum est quod, quia rei magnitudo incredibile reddit, volui ut ex me cognosceres. Adolescens quidam Ferdinandus nomine, civis Cordubensis, vixdum vicesimum annum egressus, peragrata Britannia et Germania, in Gallias primum, deinde in Italiam venit, nullaque fuit aut celebris schola aut urbs illustrior, in qua non aliquod insigne disputationis certamen ediderit. Cum Patavii, Venetiis, Mediolani, magnum jam sibi nomen comparasset, Genuam venit, et, alloquutus clarissimum principem nostrum, pauca quidem de se, sine ulla tamen jactantia, disseruit. Cumque ad omnia et in omni doctrina responsurum se profiteretur, tamque ingens sponsio multum sibi fidei detraheret, accitis plerisque theologis ac medicis, et difficillimis quæstionibus in medium adductis, compertum est

eum non esse vaniloquum. Quam ob causam publicæ disputationi statuta dies est sexta mensis hujus. Inter hæc re vulgata quisquis aliquo doctrinæ genere confidebat, acuere ingenium, exercere memoriam, alios consulere, evolvere libros, seque velut ad prælium comparare, de quo in conspectu totius populi ferendum judicium esset. Octo et viginti quæstiones illi propositæ sunt, quarum etsi pars maxima ad medicinalem et theologicam materiam pertinebat, non arithmetica tamen aut geometria vel astrologia prætermissa est. Subscripsit ille omnibus conclusiones suas. Advenerat dies certamini constituta tanta quidem omnium expectatione, ut, quamquam Palatii fores reliquosque aditus miles armatus servaret, aula tamen illa nullius non multitudinis capax ita compleretur, ut descendenti principi ac senatui (quamquam turbam lictores submovebant) vix ad paratum sibi solium pateret accessus. Qui vel peregrini vel cives oculo multitudinem contemplati sunt affirmant supra quinque millia virorum ei spectaculo adfuisse. Quam ob causam cum major esset populi numerus, quam quieti ac silentio conveniret, non exiguam ejus partem ejicere, quamvis indignum, necessarium tamen fuit. Conscendit ille tandem pulpitum magna cupiditate a cunctis expectatus. Post quam brevem oratiunculam, ad altissimas illas de divinis Personis, de consecratione Corporis et Sanguinis quæstiones deventum est: in quibus (bone deus!) quanta in homine promptitudo, quam admirabilis et supra omnem fidem memoria, quam multiplex omnis disciplinæ peritia! Sæpe illi Augustinus in ore; sed Thomæ Scotique, et quem Magistrum Sententiarum vocant, tanta familiaritas, tamque expedita recitatio, ut non tam meminisse quam legere videretur. Nemo aliquid promptius manu prorrexit, quam hic trium horum testimonia ex memoria depromebat. Cum ad physica transitum est, Aristoteles, Averroes, Albertus, pari promptitudine in medium afferebantur, et ita quidem afferebantur, ut neque libri nomen neque capitis numerus omitteretur; et, quod usque ad stuporem homines commovebat, cum Aristoteles testis adducebatur, non, ut assolet, unica ejus sententia referebatur, sed quicquid ille multis libris, variis locis, de una eademque re sparsim dixisset, una collectum in medium veniebat, ac si otioso cuipiam cura data fuisset decerpendi quæcumque per universum corpus operum suorum in eam sententiam ab Aristotele disseminata fuissent. In medicinali materia totum fere temporis reliquum absumtum est. Nam juris civilis peritiam non admodum magnam

habere creditus est. Nec multa fuere quæ in arithmeticis, geometricis et astrologicis proposita sunt; idque raritate potissimum eorum qui in his artibus profecisse putarentur. Namque ipse tantam his operam impendisse professus est, ut non contentus latinis codicibus, ne qua ipsum astrologiæ cognitio effugeret, ad arabicos quoque authores, quorum et nomina inaudita nobis sunt, aliquando confugeret. Medicinalis disciplinæ præceptores sequutus videtur Galenum et Avicenam, sed Avicenam potissimum, quem popularem suum summis laudibus efferre solitus est: nec tamen Gentilem, Jacobum Imolanum, Ugonem Senensem, aliosque quos inter recentiores numeramus, ignorasse visus est, cum eorum sententiis se aliquando tueretur, quasdam validissime etiam impugnaret. Hoc maxime modo adventante jam vespere finis certamini datus est summa ac singulari hujus adolescentis laude, nec minori omnium admiratione, quem præter tot tamque multiplices disciplinas, hebraicæ quoque chaldaicæque linguæ magnam habere cognitionem creditum est, celebresque omnes Bibliæ locos ita mandasse memoriæ, digestos quidem ac sæpe versatos, ut in unoquoque illorum non modo quid catholici sentiant, sed quæ sit insuper Hebræorum interpretatio ac sententia, exploratissimum illi sit. Hæc ad te qua vides brevitate perscribere statui, ut præter incertos rumores rem prope incredibilem etiam aliunde cognosceres, simulque ut gauderes summos nempe viros et magna exempla daturos non ita prioribus contigisse ut sæculis nostris negati sint. Tu vale. Ex Genua XVII calendas julii 1446.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Pag. 7, 5, τὸν θύραθεν νοῦν] Stobæus Eclog. 1, c. 51, § 7, ait Pythagoram, Platonem, alios, θύραθεν εἰσκρίνεσθαι τὸν νοῦν. Ibi Heeren.

P. 14, 3. Leg. μοιχείας

P. 26, 16. L. δεῖ (436) τὸν

P. 31. 1. L. πρεσβεβίωκεν, οὐδὲν

P. 38. pen. L. ἀθανατίζουσιν

P. 41, 4, θεὸς μένων ὅπερ ἐστί] Cf. similia p. 77, 12.

P. 42, 22. Cf. n. 133 ad Zachar.

P. 50, 12. L. ἑαυτῷ) καὶ

P. 60, 13, ἀγελὴν συμπεφυκότων βοσκημάτων] cf. Zachar. p. 144, 18; n. 559 ad Æneam.

P. 61, 20. L. ἄλλο μὲν ἤσθη, ἄλλο

P. 71, 18. L. γῆς (554) ὕστερον

P. 73, 13. L. ἀφικόμενοι (569) τὴν

P. 74, 3. Ex versione Ambrosii, p. 508, 7, manifestum est repertam ab eo fuisse pro φύλλοις malam lectionem φίλοις.

P. 93, 8. L. δημιούργημα

P. 95, 6. L. καὶ (122) ἀγένητον

P. 141, 4. L. (451)

P. 149, 22. L. εὔλογον (502).

P, 150, 2, διαδραμούσας] « Percurrerunt, non pertraxerunt, ut vertit aliud agens Jo. Tarinus ». BA.

P. 158, 11. Memoratur et Euxitheus Demostheni De cor. § 91.

P. 166, n. 35. Ad verbum ἀπέῤῥιπται cf. pp. 7, 19; 9, 22; 70, pen.; add. p. 69, 6.

P. 168, n. 47. Ad verbum συμπεριπολεῖν et reliqua admovebo Philonem De spec. legg. § 1 : ἄνω μετάρσιος ἐδόκουν ἀεὶ φέρεσθαι κατά τινα τῆς ψυχῆς ἐπιθειασμὸν, καὶ συμπεριπολεῖν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ τῷ παντὶ

οὐρανῷ τε καὶ κόσμῳ. Clemens Alex. Protr. § 92 : τίς οὐρανοῦ πολίτης εἶναι δυνάμενος ἔρεβος διώκει, ἐξὸν παράδεισον γεωργεῖν καὶ οὐρανὸν περιπολεῖν ... Alcinous Introd. c. 27, p. 115 : μεγάλων τε καὶ θαυμασίων τὰς τῷ ὄντι φιλοσόφους ψυχὰς ἔφασκεν ἀναμέστους, καὶ μετὰ τὴν τοῦ σώματος διάλυσιν συνεστίους θεοῖς γινομένας καὶ συμπεριπολούσας, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας πεδίον θεωμένας. Sunt et in Himerii oratione 14, 12, quæ apte conferantur.

P. 172, 6. L. cum nn. 504, 507. Adde de animæ πτεροῤῥυήσει Wernsd. ad Himer. p. 629.

P. 176, n. 73. Cf. p. 6, 23.

P. 179, 1. Subjunctivo usus est p. 35, 17, sine varietate.

P. 180, n. 87. De verbo ἰλιγγιᾷν vide et p. 373.

P. 201, n. 159. Cum formula ποῖ φέρεσθε comparabo verba similia Joannis Chrys. Hom. in Psalm. 6, § 6 : ἄνθρωπε, ποῦ φέρῃ;

P. 208, n. 187. Nomen μυθολογία exstat et pp. 15, pen.; 69, 11.

P. 210, 27. L. ἀντικαταλλάττεται.

P. 221, n. 246. De difficultate parta tuendi Menander Fragm. inc. 172 : Λαμπρῶς γὰρ ἔνιοι ζῶσιν οἷς χαλεπώτερον Τοῦ περιποιησασθαί τι τὸ φυλάξαι βίον. In notis ad Pselli Opuscula, quæ sibi uni redemisse videtur bibliotaphus, non bibliopola, proposui p. 211, τοῦ περιποιήσασθαι 'στὶ τὸ φυλ.

P. 239, 325. Aristophanes Av. 605 : Πῶς δ' εἰς γῆράς ποτ' ἀφίξονται;

P. 242, n. 342. Exstat verbum illud καταπίνειν in Ionis fragmento ap. Athen. 10, 1 : ὑπὸ δὲ τῆς εὐφημίας Κατέπινε καὶ τὰ κᾶλα καὶ τοὺς ἄνθρακας. Bentleius et post illum vir doct. ὑπὸ τῆς βουλιμίας corrigunt, optime quidem, si sensum loci consideres, minus bene, si nomen corruptum. Propono, ὑπὸ δὲ τῆς εὐθυμίας : præ animi hilaritate et alacritate summa; præ nimio quo pruriebat genio litaturus gaudio.

P. 244, 8. L. θεράπαιναν

P. 263, n. 412, 3. De deo Gregorius Naz. t. 2, p. 45 : Ὦ ἄνα, τίς δέ κε σεῖο νόον καὶ βένθος ἀνεύροι, Ὃς σταγόνων ὑετοῖο καὶ ὃς ἁλίης ψαμάθοιο Οἶδας ἀριθμὸν ἅπαντα, καὶ ὃς ἀνέμοιο κελεύθους; — n. 415. Barthianum ἄχωρα mendum est pro ἄχυρα : vide Wernsd. Proleg. § IX.

P. 267, n. 426. Conf. n. 546.

P. 268, n. 430. Joannes Chrys. Epist. 14, § 2 : καὶ σχεδὸν αὐτὸς νεκρὸς ὢν εἰσῆλθον εἰς τὴν πόλιν. Ibi puto recipiendam fuisse trium codicum scripturam αὐτόνεκρος.

P. 271, 21. L. n. 74.

P. 283, n. 485. Conf. n. 264 ad Zachariam.

P. 288, n. 508, 13. Verba ipsa Plutarchi vide p. 425, n. 333.

P. 297, n. 533. De ἀκούεις quædam loca occupavit Jacobitz. ad Luc. Char. p. 18.

P. 308. Deest n. 568, nec est desideranda. Eam imprudens præcedenti immiscui.

P. 318, 20. L. n. 72 et n. 120.

P. 324, n. 6, 15. Conf. p. 340, n. 55. — 20. Cf. p. 380, 6.

P. 328, 9. Alia nominis δεῖξασμα exempla quære pp. 92, 11; 110, 1; 123, pen.; 124, 1; 125, 14; 131, 8, 23; 132, 1; 143, 3.

P. 376, n. 144. Proverbiorum locum respiciebat Gregorius Cyprius in meis Anecd. t. 1, p. 181 : τὰ καλῶς κείμενα κινεῖν καὶ ὅρια μεταίρειν ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες ἡμῶν. Eustathius eodem respiciens Opusc. p. 195, 48 : μανθάνει μὴ τὰ τεθειμένα ὑπερβαίνειν ὅρια.

P. 392, n. 166, 1. L. δημιουργεῖν.

P. 429, n. 356. « Genebrardus edidit : « neque providentia ei qui habet a se ipso statum », τὸ εἶναι. Tarinus suppleri omnino voluit μὴ et legit... Montacutius aliam correctionem probat legentis, τῇ τε προνοίᾳ τοῦ παρ' ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχοντος, « et per ejus providentiam qui ex se habet ut sit ». DUC.

P. 436, n. 389. Conf. Gregor. Naz. supra p. 195, 5.

P. 446, n. 443. Obtinet passim illa vocalium ω et ο permutatio. In Plutarchi libello de Iside c. 67 male scriptum fuit τρανωτέροις vel in Wyttenbachiana. Luciani Scholiastes ad Pseudol. 8, γεγωνότερον per τρανώτερον reddidit; imo τρανότερον. Vide Anecd. mea t. 4, p. 60. Parile mendum ἀνιαρώτατον relictum est etiam ab Heindorfio in Gorgia p. 102.

P. 451, n. 468. Illa synchysi vocalium η et οι iterum utar, ut Photio prosim sic edito Epist. 221, p. 329 : ἐάν τις τὸ ἐκείνων πτῶμα φίλῳ ἀληθείας περιάπτοι· scrib. περιάπτῃ. Procopius Epist. 39 Maianæ : εἰ μὲν οὖν ἔλθῃς ὡς ἡμᾶς, θᾶττον ἂν λάβῃς τὸ κτῆμα· scrib. λάβοις.

P. 461. In dimidiam ferme exemplarium partem numerus MDCLXV irrepsit pro MDCXLV.

INDEX.

A.

B.

Θ.

I.

J.

K.

Ξ.

O.

P.

Π.

Q.

R.

P.

S.

Σ.

T.

U.

V.

Υ.

FINIS.



